[illegible]

BIBLIOTECA MUNICIPAL
MADRID

R. nº 5049

Ayuntamiento de Madrid

IVSTI LIPSI

AD

# ANNALES CORN. TACITI

LIBER COMMENTARIVS, SIVE NOTÆ.

LIBROS
DEL DR.
L. MARCO

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

LVGDVNI,
APVD ANT. GRYPHIVM.

M. D. XCVIII.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

# ORDINIBVS BATAVIÆ, I. LIPSIVS DEDIcat conſecrátque.

LIBROS
DEL DR.
L. MARCO

HISTORIÆ, *Ampliſs. Ordines, magna dignitas eſt, magnus fructus. Memorias legere priſci æui, bella inter ſummos reges, populorum caſus & occaſus, dignitatem cum voluptate habet: nec paſcitur ſolùm ea lectione animus, ſed adſurgit. Notare autem in hiſtoria varietates exemplorum, cauſſas euentorum, & ex iis fontibus praecepta deriuare ad vitam priuatam communém-*



Ayuntamiento de Madrid

que, vtilitas eſt: qua haud ſcio an maior eſſe poſſit ex vllo genere literarum. Et priuata nunc omitto: Reipublicæ quidem & populorũ ſana gubernatio, non ab alia magiſtra. Vt in naui dirigenda, reſpectus habendus eſt ad Cynoſuram: ſic in publica adminiſtratione, ad facta prioris æui. Prudentia enim certè eſt, quæ Reſpublicas conſtituit, ſeruat, auget: ea autem ab euentu rerum: & euentus non niſi ab hiſtoria, aut ab vſu. Sed ab vſu leuiter. quoniam in hoc anguſto vitæ circo, citiùs ferè ad metam peruenîmus, quàm obſeruare oculis licitum varios & reciprocos humanæ rei fluxus. Hiſtoria autem non vnius ætatis regioniſque finibus circumſcripta: ſed omnium ſæculorũ gentiũmque res geſtas cum fide tibi oſtendet, velut in tabella. Quapropter in omni gente, in omni æuo, iure culta hiſtoria: & antiquiſſimas litteras non niſi in memoria rerum propaganda conſum

Ayuntamiento de Madrid

ſumptas reperietis. Hanc Hebræi, hanc Græci, hanc Barbari ſibi vindicant: nec vlla gens tam aliena ab humanitate fuit, cui non ſimulacrum aliquod hiſtoriæ & cura rerum tradendarũ. Sed ea tamen non vniuſmodi: & pro gentium populorúmque ritu, varia, vt ſic dicam, hiſtoriæ facies, & quaſi forma. Eſt enim quæ bella, plurimum, & militiam narret: eſt quæ togam induat, & pacis actiones. Quædam in optimatum aut populi ſtatu occupata eſt: alia ſub regibus dynaſtiſque res geſtas contexit. Nec vtiles omnes nobis pari gradu. ea, vt cenſeo, maximè, in qua ſimilitudo & imago plurima temporum noſtrorum. Vt in pictura faciem præuiſam facilius agnoſcimus: ſic in hiſtoria noti moris exempla. Cuius generis ſi vlla eſt fuitque, inter Græcos aut Latinos: eam eſſe Cornelij Taciti hiſtoriam adfirmatè apud vos dico, Ordines illuſtres. Non adfert ille vobis ſpecioſa bella aut triũ-



Ayuntamiento de Madrid

*phos, quorum finis ſola voluptas legentis ſit, non ſeditiones aut conciones Tribunitias, agrarias frumentariáſve leges, quæ nihil ad ſæcli huius vſum: reges ecce vobis & monarchas, & velut theatrum hodiernæ vitæ. Video alibi Principem in leges & iura, ſubditóſque in Principem inſurgentes. inuenio artes machináſque opprimendæ, & infelicem impetum recipiendæ libertatis. lego iterum euerſos proſtratóſque tyrannos, & infidam ſemper potentiam cùm nimia eſt. Nec abſunt etiam reciperatæ libertatis mala, confuſio, æmulatióque inter pares, auaritia, rapinæ, & ex publico non in publicum quæſitæ opes. Vtilem magnúmque ſcriptorem, Deus bone! & quem in manibus eorum eſſe expediat, in quorum manu gubernaculũ & Reip. clauus. Quem ego vt protraherem magis magiſque in lucem, viſum mihi, ſicubi is obſcurior breuiórque, Commentario illuſtrare, & hunc laborem meũ,*

Ampl

Ayuntamiento de Madrid

*Ampliſſimi Ordines, dare, dicare vobis. Meritò vobis, ſiue mea, ſiue Taciti cauſſa. Mea, quia priuatim benefici in me fuiſtis, & publicè in omne nomen litterarum, inſtituta nuper Schola, & reuocatis iis artibus quas ſuperiorum temporum vel calamitas, vel calliditas potius reieciſſet. Scilicet nolebant locum eſſe huic Soli, qui tenebras illuſtraret caliginoſi illius & vana opinionum nube inuoluti aui. Taciti cauſſa, quia reuera is peculiaris quodammodo & proprius gẽtis veſtræ ſcriptor. Scriptor autem? imò cultor & amator. Ite ad eius libros. nullam gentem reperietis inter externas, cuius res vberiori ſtilo, fideliore cura, benigniori teſtimonio proſecutus ſit. Veram vetuſtámque Batauiæ deſcriptionem debetis illi: illi Cattos, & originem veſtri: illi vni ſimilem, & cum principe terrarum populo geſta bella, quæ etiam nunc cum inuidia leguntur, & fidem vix inueniunt*



Ayuntamiento de Madrid

*etſi ſcripta ex fide. Macti hac laude ô Batavi, quòd angulus vnus Europæ provocare olim Romanum imperium & quindecim legiones auſi ſitis: non ſine occulta lege fati, iam tunc vindices & adſertores publicæ libertatis. Et tamen perierat vobis ſeges illa æternæ gloriæ, ſi periiſſet hic ſcriptor. Quem iure amate, colite: & vnà hunc Commentarium meum, qui etſi Taciti cauſſa ſcriptus, nonnihil fortaſſe veſtræ meæque. (verum omen ſit) æternitati ſeruiet.*

*Ad*

Ayuntamiento de Madrid

## *Ad Lectorem.*

HABES Commentarium meum, Lector, opinione tua, & promiſſo meo fortaſſe tardius. nec mirum: quia ſeriò opus adgreſſus, eiuſmodi comperi, vt properandum in eo mihi ſuerit, non feſtinandum. Multa in Annalium libris rara, recondita, & paucitate ſcriptorum eius æui obſcura; multa etiam ex non vulgatis fontibus & vetuſsimo iure haurienda. Nec dux mihi alius ad hoc iter. Primi, inquam, hanc viam ingredimur, Ferreto, Alciato, Vertranio viſam potius quàm tritam. Deniq; ſcripſi hos Commentarios, non exſcripſi: & meo remigio, vt ille ait, rem geſsi. Correctiones aliquot veteres firmaui, nouas addidi. neutrum ambitiosè: quia certè peccamus iam nos Critici in hanc partem, & vt olim vitiis, ſic nunc remediis laboratur. Quædam etiam in aliis ſcriptoribus paſsim animaduerſa: non quia adfectarim, ſed quia dabant ſe ſub manum. Vt in ſegete flores quidam internaſcuntur ſua ſponte: ſic in his ſcriptis alieni generis notæ Hiſtoriæ & moribus, cùm opus. Nam vulgata quædam, & è Dione Suetonioque in loco prompta adſpergere, cui rei? Fanaticorum eſt & eorum qui exierunt è poteſtate, mero meridie accendere lucernam. Et tamen, ſcio, facilia quædam mihi viſa, quæ obſcura aliis. ſed quid? iam antè teſtor me nec pueris iſta elaboraſſe (quid enim iis cum Tacito?) nec detortis quibuſdam variiſque iudiciis, quibus



Ayuntamiento de Madrid

nuſquam liquet aut lucet. Inueni tam fatuum, qui rectiſsimos Taciti locos inuerteret, & optimum quemque eius ſenſum. Breuitas etiam mea fortaſſe quibuſdam non ad guſtum. quid faciam? ita natura mea & iudicium eſt: & tractari malo, quàm ſemel adſpici & tangi. Aquam maris dulciorem in imo eſſe aiunt, quàm in ſummo: ſic fortaſſe ſuauiora tibi iſta cùm penetraueris. Aut ſi magis protrita tibi ſapiunt & vulgata: ab imi homo, non ego cymbalum ad tuas aures. A te ſerie & erudite lector pero, vt ſicubi lapſus ſum aut ſiquid mihi elapſum, corrigas, non culpes. quia reuera in tanto opere nec vnus omnia peruidi, & in quibuſdam alludo potius ad ſententiam ſortàſſe, quàm tango. Politica non attigi. Siue enim peritis, ſiue imperitis, fruſtrà. Illi ſponte eligere poſſunt: hi nec electis rectè vti. Et audio iam eſſe, quibus propriè ea cura. Ego quod potui, id feci: nec impedio, ſiquis in eodem Circo curret ad palmam. Vale, &, ſi merui, faue Lector.

AD

Ayuntamiento de Madrid

# AD PHOEBVM DE I. LIPSIO

## ODA IANI Lernutij.

*SIc textum capitis roſa*
*Incendat rutilans, temporaq́; ardeant*
*Circum chryſolithi, mare*
*Dum mane Oceanum linquis, & æthera*
*Curru ſcandis in aureo.*
*Sic decliuus aquas veſpere ad hoſpites.*
*Cùm vergis, celeri obuiam*
*Horæ, ac Nereides agmine prodeant:*
*Exceptumq́; ſinu, patris*
*Ducant in thalamos, fons vbi nectare*
*Arcanus ſcaturit mero.*
*Sic ſeu voce melos, ſiue melos lyra*
*Mauis diuidere, ac Deûm*
*Inſtaurare epulas, carmina cælites*
*Attenta aure vorent tua,*
*Spernantq́; ambroſiam præ modulamine:*
*O mundi decus ô pater*
*Vatum Phœbe, lubens huc ades: & mihi*
*Nubem pectoris exige.*

Et

Ayuntamiento de Madrid

*Et luſtra ingenium lumine candido:*
*Da Sancte orgia myſtica*
*Rimari, atque oculis prendere lynceis:*
*Da verſu lepido & pio*
*Laudes egregij ſcribere Lipsij.*
*Aut id ſi mereor minus,*
*Si perferre homini tantum onus eſt nefas:*
*Hoc plectrum, hanc citharam Deus*
*Certè ſume tibi, dignáque Lipſio*
*Pro me carmina concine.*
*Hic namque ille bonis eſt animi potens*
*Diuinis animi bonis,*
*Princeps nobilium Lipſius artium.*
*Hic eſt quem neque turbidi*
*Armorum ſonitus, nec variantia*
*Fortunæ, & fera perpetis*
*Morbi ſæuities à ſtudio auocant*
*Virtutis, ſapientiæ.*
*Hic eſt quem & decus & delicias ſuas*
*Ad cantum ingeminant lyræ*
*Muſæ, Mercurius, Gratia, Amor, Venus.*
*Quem Suadela via inuia*
*Supra vrbes, populóſque & maria arduum*
*Fama curribus euehit:*
*Et te cumpariter currere dat polum.*
*Cui ſi Phœbe parem putas*
*Doctrina, eloquio, moribus, ac fide,*
*Et tibi eſſe puta pares*
*Aſtrorum faculas, non hyeme aſpera*

*Cæli*

Ayuntamiento de Madrid

*Cæli cardine in horrido,*
*Cùm per ſigna meas ſemiferi ſenis*
*Acri frigore pallidus:*
*Sed cùm vel nitidi Veris obis dies,*
*Admiſſiſque iugalibus*
*Exultas medio flammeus æquore:*
*Vel cùm frugifera premens*
*Spicas Erigones ignimicantibus*
*Autumnum radiis coquis,*
*In partémque deos agricolas iuuas.*
*Hoc plectrum, hanc citharam pater*
*Ergo ſume tibi, dignáque Lipſio*
*Pro me carmina concinens*
*Ipſum crede tuum dicere te Linum.*

I N

Ayuntamiento de Madrid

# IN IVSTI LIPSI RESTITVTVM TACITVM EPIGRAMMA.

FLEVERAT Eurydicen demiſſam in tartara, Vates
Credulus infernas ſtare adamante domos.
Fleuerat, & plectro citharam percuſſit eburno,
Nec mora, fatales ſcandit aduſta vias.
Ederat atra lues Taciti corpúſque animúmque,
Vt pænè infernis merſus abeſſet aquis.
Nil magicæ potuere artes, nil vota, precéſue,
Et ſcio Pœonias obſtupuiſſe manus.
Sola ſuper ſpes Phœbus erat, Phœbíque Sacerdos
LIPSIVS Auguſta primus in hiſtoria.
Ille lyram capit, ille fides, Fata, optima fata,
Infit, Romanum reddite Thucydidem.
Sic Taciti exciuit Manes, plagáſque latentes
Corporis, æternis proſtituit tabulis.
Felix nate Dea LIPSI, felicior Orpheo,
Qui miſer erepta bis caret Eurydice.

*Nic. Dalius* I. C. *Vltraiect.*
*Patr. opt.* L. M. P.

# IN CORNELIVM TACITVM AB I. LIPSIO DENVO RECOGNITUM, COMMENTARIIſQUE ILLUſTRATUM.

*LIPSI, quòd Tacitum prius tacentem,*
*Quódue intelligerent minus, loquentem,*
*Non aures modò, dixerim, Batauæ,*
*Sed quotquot ſimul eruditiorum*
*Aut ſunt, aut aliis fuere in oris:*
*Quòd hunc tu Tacitum facis loquentem,*
*Quòd intelligat & modo Batauus*
*Et qui te duce ceſſerint Batauis*
*Omnes qui ſimul eruditiores*
*Aut ſunt, aut aliis erunt in oris:*
*Quòd tu ſic Tacitum facis loquentem,*
*Bonam das operam bono, datámque*
*Locas tam benè quàm locetur vſquam,*
*Nam dono tibi gratiis idipſum*
*Acceptum referens, referre grates*
*Non neglexerit ille, quippe factum*
*Qui nunquam tacitus tuum tacebit.*

Ayuntamiento de Madrid

# IN EVNDEM TACITVM AD LECTOREM.

*PRIMORVM Tacitus cluebat olim*
*Princeps, hiſtoriæ nihil tacendo*
*Auguſtæ, foret id bonum, malúmue.*
*Fatalis taciturnitas-ſed illum*
*Solui neſcia-fecit vt taceret,*
*Nempe ex quo ſcabies mala, occupata*
*Vigentis potiore parte lingua*
*Immundæ maculis lepra inquinauit:*
*Vt iam non Tacitus modò taceret,*
*Sed morbo malè ſontico iaceret*
*Aeternum taciturus. & tacendus,*
*Infelix! miſerabili labori*
*Felix Lipſius hoc ſuo labore*
*Nî ſuccurreret. ille ſe beatum*
*Fecit cum Tacito ille te beatum*
*Cui ſas alterius frui labore.*

I. Grotius.

I. LIPSI

Ayuntamiento de Madrid

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM I.
## ANNALIVM
### COMMENTARIVS.

LIBROS DEL DR. L. MARCO

CORNELII Taciti. *Id verum huic ſcriptori prænomen. Sidonius lib. IV ad Polemium epiſtola:* Caius Tacitus è maioribus vnus tuis, Vlpianorum temporum conſularis. *Et ad Leonem:* Namque & antiquitùs cùm Caius Cornelius Tacitus Caio Plinio Secundo paria ſuaſiſſet. *Sed & epigraphe Farneſiani libri,* C.Cornelij Taciti Romanas hiſtorias ſcribentis ex his qui reperiuntur liber primus. *Publium prænomen quod in libris triuiis, à caſu aut à vulgo eſt. Mihi autem in ipſo aditu teſtari placet,* Odi profanum vulgus & arceo.

PAG. 17. Prænomen Taciti quod.

Annalium liber. *Bene Rhenanus qui hanc inſcriptionē adſerit, etiā contra libros. In quibus eſt,* Actorum diurnaliū, *vel, vt in Veneto,* Actionum diurnaliū. *Qui tamen titulus non accepto referendus alicui imperito. Vnde enim illi in mentē fuiſſent Acta vel Diurna? ſed cuipiam antiquioris æui, qui Taciti Annales non ineptiſſimè cōparauit cum Actis vrbis. Quē tamē refellit ipſe Tacitus lib.* XIII. Nerone II. L. Piſone Coſſ. pauca memoria digna euenêre, niſi cui libeat laudādis fundamen-

Inſcriptio horum librorum. Acta diurna non eſſe. Annales eſſe



Ayuntamiento de Madrid

tis & trabibus volumina implere: cùm ex dignitate populi Rom. repertum ſit, res illuſtres Annalibus, talia diurnis vrbis actis mandare. *Alibi* Nemo Annales noſtros cum ſcriptura eorum contenderit. *Itemque* Ni deſtinatum mihi foret ſuum quæque in annum referre. *Et Iornandes in rebus Gothicis, Cornelium hunc citat Annalium ſcriptorem.*

Vulgata lectio retenta.

Neque Decemuiralis poteſtas vltra biennium. *Ita accipio, quaſi dicat, haud multo vltra biennium. Nam exacte ſi putas, reuera vltra biennium Decemuiri imperij potentes, Nec tamen Vertranio adſentior,* vltra triennium, *ſufficienti. Nam id includat triennium eos imperaſſe. quod contra eſt, & non niſi ſupra biennium, aliquot menſes.*

Principis nomen, & origo.

Nomine principis ſub imperium accepit. *Non ergo tã celebre tũc imperatoris nomẽ, ex quidẽ notatione. Et Augusto viſũ iſtud minuẽdæ inuidiæ: quia etiã olim Princeps Senatus. Quod exemplũ nõ dubiè ſecutus. Sciũ etiam illud Tiberiíne an Auguſti non ſatis memini:* Dominum ſe ſeruorum eſſe, Imperatorem militum, principem ceterorum. *Nec temerè aliter Tacitus appellat. Inde Principatum, & Principium etiam pro imperio, Suetonij cap. XXXI.*

Principium pro, principatu poſitum.

Auguſti principium, clade Variana, Tiberij, ruina ſpectaculorum memorabile factum. *Ita opt. liber notante Torrentio, nec ambigo quin ſincerè. Tertullianus quidem receptã eam ſignificationem ſuiſſe oſtendit, aduerſus Hermogenem:* Poſſunt & aliter, *inquit,* principiũ interpretari, nõ abs re tamen. Nam & in Græco principij vocabulũ quod eſt *ἀρχὴ*, non tantùm ordinariũ, ſed & poteſtatiuum capit principatum. Vnde & *ἄρχοντες*, dicuntur principes. Ergo ſecundum hanc quoque ſignificationem Principium pro poteſtate & prin

Ayuntamiento de Madrid

principatu ſumetur. *Sed & gloſſæ Græcæ diſtinctè ἀρχὴ τὸ προοίμιον,* exordium: *& deinde ἀρχὴ,* imperium, magiſterium, præſidatus, principium.

Veteris reip. proſpera. *Ita Vertranio placitum. Vetus lectio notu, quæ vulgò, v.r.*

Gliſcente adulatione deterrerentur. *Sciui verum eſſe,* deterrerentur. *non monui, quia fecerat ante me Ferretus lib. II. Hiſtor.* Siquid ardoris ac ferociæ miles habuit, popinis & comeſſationibus & principis imitatione deteritur.

Tiberij, Caiique, & Claudij ac Neronis res. *Fines deſignat intra quos hi libri: quattuor duntaxat principes. Vt vel hinc liqueat hiſtorias ſeorſum, ſcriptas, finémque Annaliũ fuiſſe in fine Neronis.* Annales Taciti quatenus progreſſi.

PAG. 18. Pompeius apud Siciliam oppreſſus. *Non mehercules apud Siciliã. In Aſia oppreſſum eum iugulatúmque cõſentiũt ſcriptores: de vrbe tamen ambigitur. Dio caſum vult ἐν Μιδαείῳ τῆς Φρυγίας, in Phrygiæ oppido Midaio: Florus & Appianus Mileti, quæ Cariæ adſcripta. Sed noſter victum eum ſaltem intellegit, & copias eius apud Siciliam oppreſſas.* Florus lib. IIII. cap. VIII. Dio XLIX.

Exutóque Lepido, *Eleganter, id eſt exarmato, & exercitu ſpoliato.*

Claudium Marcellum ſororis filium. *Magnam illam Romæ & libertatis ſpem. De cuius laudibus plena manu Seneca ad Marciam:* Octauia Marcellum amiſit, cui & auunculus & ſocer incumbere cœperat, in quem onus imperij reclinaret *(male,* declinare) adoleſcentem animo alacrem, ingenio potentem, ſed & frugalitatis continentiæque in illis aut annis aut opibus non mediocriter admirandæ, patientem laboris, voluptatibus alienum, & quãtumcunq; imponere illi auunculus, & vt ita dicam, inædificare voluiſſet, laturum. Seneca leuiter emendatus.



Ayuntamiento de Madrid

M. Agrippæ ignobilitas.

M.Agrippam ignobilem loco. *Adeò vt ipſum generu ſui nominiſque pœniteret. Narrat comiter Seneca pater Controuerſ. lib.* II. Tanta autẽ Mæcenas ſub diuo Auguſto libertate fuit (*corrigo,* Tanta autẽ ſub diuo Auguſto libertas fuit, *nihil hic de Mæcenate, & excuſi ãua vox mutilè inculcata*) vt præpotenti tunc M. Agrippæ non defuerint qui ignobilitatem obiicerent. Vipſanius Agrippa fuerat. Viſpanij nomen quaſi argumentum paternæ humilitatis ſuſtulerat, & M. Agrippa dicebatur. Cùm defenderet reum, fuit accuſator qui diceret Agrippam & quod in medium eſt, (*iterum reſcribo,* Agrippa M. & quod in medio eſt, *ea enim verba ſunt & gentis nomen medium inter cognomen prænomenque*) volebat Viſpanium intelligi. Fuit qui diceret, Concurrite Agrippa malum habebis reſponde diis. Ea in arte (*forte* parte) vtique mihi videtur admiratione dignus Auguſtus: ſed horum non poſſum miſereri, qui tanti putãt caput potius quàm digitum perdere. *Scribendum,* dictum.

Correctus Seneca.

Horum.

Geminatus conſulatus, quid.

Geminatis conſulatibus extulit. *Ideò ne geminatis tantùm? bis conſul? Caue cenſeas, tertium enim fuiſſe Dio docet & Faſti. Sed ideo id dixit, quia poſtremi duo cõſulatus Agrippæ cõiuncti cõtinenteſque. Qui ſanè honos erat & raro cuiquam ea ætate tributus, præter principes re, aut deſtinatione.*

De loco mortis Marcelli.

Mox defuncto Marcello. *Qui Baiis obiit, vt clarè teſtatum reliquit, Elegia huic rei propria, poeta Vmber. Nec ſcio cur vir doctus tãto opere perſẽdat mortuum eum potius in Stabiano. Quid? Propertius qui vixit, locũ neſciuit funeſtũ iuueni tam illuſtri? Sciuit, ſed dedit hoc, inquit, Liuia, quæ ſuſpicione laborabat Marcelli interempti. Nec herclè immerito. Num ergo venenũ dari Baijs minus potius,*

ac

Ayuntamiento de Madrid

*ac in Stabiana? Scilicet ſoluta omni crimine illa au lica Medea ſi Marcellus obijt Baijs. Ego verò, vir maxime, cauſſam nullam video huius tuæ tã ſeriæ adſertionis: placét que cũ Propertio & Vulgatis Seruij libris mortuum eum in Baiano. Suſpicionẽ quidem de Liuia Dio eiuſmodi infermit:* αἰτίαν μὲν οὖν ἡ Λιβία τοῦ θανάτου τοῦ Μαρκέλλου εἶχεν, ὅτι τῶν υἱέων αὐτῆς προετετίμητο. *At Tacitus plenè aſque ea culpa non liberant Auguſtum Annal.* I I. Sed ſuberat occulta formido reputantibus, haud proſperum in Druſo patre eius fauorem vulgi: auũculum eiuſdem Marcellum flagrantibus plebis ſtudiis ereptum, breues & infauſtos populi Ro. amores. *Plinius lib.* V I I. *inter Auguſti infortunia:* Suſpecta Marcelli vota, pudenda Agrippæ ablegatio. *Quaſi conceperit aliquid cupieritque cõtra Auguſtũ, amore priſtini ſtatus & libertatis.*

Liuiã cauſſam ei mortis fuiſſe.

Siue etiam Auguſtum.

Tiberium Neronem & Claudiũ Druſum imperatoriis nominibus auxit. *Non eo more, quo rei Romanæ domini, Imperatores dicti: ſed quo olim, q̃ rẽp. militiæ feliciter geſſiſſent. Vulgatus olim honos: non item ſub Impp. qui rei proſperè geſtæ lauream & laudem ſibi adſcribi volebãt auſpiciiſque ſuis. Turbat in ſententia huius loci vir doctus, & miror. Tu vide Dionẽ Caſſium lib.* LIV. *& Velleiũ, itémque ea quæ ſcribo ad extremum librum quartum.*

Imperatoris duplex notio.

Vide & Diõ. LV.

Caium ac Lucium in familiam Cæſarum induxerat. *Emptos domi à patre per æs & librã. Ita loquebãtur non, per aſſem, vt perperã inolenis Suetonij cap.* L X I I I I. *Quamquam reuera in ea formula Æs nõ aliud notat quàm Aſſem. Varro lib.* VIII. Pro aſſibus nonnũquam æs dicebant antiqui, à quo dicimus aſſem tenentes, Hoc ab ære æneáque libra. *Ritũ hũc (vt omittã notata alij̃s) notat explicátq; elegãter Clemẽs Alexãdrinus Strõ.*

Emptio per æs & librã.



Ayuntamiento de Madrid

De eo Clementis locus.

quinto: Καὶ τὰ παρὰ ῥωμαίοις ἐπὶ τῶν διαθηκῶν γινόμενα πάντα εἰλήχει διὰ δικαιοσύνην, ἐκεῖνα ζυγὰ καὶ ἀσσάρια καρπισμοί τε, καὶ αἱ τῶν ὤτων ἐπιψαύσεις. τὰ μὲν γὰρ ἵνα δικαίως γένηται, τὰ δὲ εἰς τὸν τῆς τιμῆς μερισμόν, τὰ δ' ὅπως ὁ παρατυχὼν, ὡς βάρους πρὸς αὐτοὺς ἐπιθεμένου, ἑστὼς ἀκούσῃ, καὶ τάξιν μαρτυρίας λάβῃ. Triplex antiquitatis ritus, interpreti nō intellectus. Aes & libra in teſtamentis, Vindicia, & Anteſtatio. Nam καρπισμὸς ad Vindicias adſertionémque refero: τὰς τῶν ὤτων ἐπιψαύσεις, aurium tactiones, ad Anteſtationem. Omnia enim hæc ad familiæ mutationē pertinent, quæ per teſtamentum, de qua Agellius & Iuriſconſulti.

Lib. XV. cap. XXVII. Iuſtinian. de Teſtam.

Necdum poſita puerili prætexta, principes iuuentutis appellari. Ridiculū, vt principis iuuentutis ſint, qui etiamnum in pueris. Natus autē Caius anno vrbis DCCXXXIV. Sex. Apuleio. P. Silio Coſſ. At Lucius biennio toto minor, ex Dione LV. in actis eius anni. Princeps iuuentutis (προκρίτης τῆς νεότητος Zonaras hic reddidit) ab Auguſto inuaduit, ad futurum imperium titulus & omen. Sunt nummi cum inſcriptione. C. L. CAESARES. AVGVSTI. F. COS. DES. PRINCIP. IVVENT. adpoſita effigies Caij Luciique, cum clypeis & haſtis. quæ Tirocinij die equites dederāt, honoris Auguſti cauſſa.

Aetas Caij & Lucij.

Princeps iuuentutis.

Dionis error, ſiue à lapid. diſſenſio.

Dio: καὶ αἱ πέλται τότε δόρατα ἃ παρὰ τῶν ἱππέων εἰς τοὺς ἐφήβους ἐσιόντες χρυσᾶ εἰλήφεσαν, εἰς τὸ βουλευτήριον ἀνετέθη. Obſerua Dionem aureas haſtas dicere, quas lapis (magnæ apud me fidei, vt quē viuus conceperit Auguſtus ipſe) qui Ancyræ, argenteas. Verba ſunt, uti ad me miſſa beneficio viri illuſtris Augerij Busbequij: EQVITES. AVTEM. ROMANI. VNIVERSI. PRINCIPEM. ........ HASTIS. ARGENTEIS. DONATVM. APPELLAVERVNT. quam lacunam tale explene

Ayuntamiento de Madrid

*pleuritis*, Principem iuuent. Caium.

*Caius & Lucius quando Conſules.*

PAG. 19. Deſtinare conſules flagrantiſſimè cupiuerat. *E. verò perfecerat, Romæ marmor, de Caio.* QVEM. POPVLVS. COS. CREAVIT. ANNOS. NATVM. XIIII. *Ait annos natum quattuordecim: & addicit Dionis ratio, qui conſulem facit deſignatum anno vrbis* DCCXLVIII. *Tamen Auguſtus in iam dicto lapide, XV. illi annum circumdat, veréne, an velúde ignominiæ? Verba ſunt:* Honoris mei cauſſa Senatus populúſque Romanus annum quintum & decimum agentis Conſulis deſignauit, vt eum magiſtratū inirēt poſt quinquennium ex eo die quo deducti in forum.

*pro Agentes & Conſules, antiqua ſcriptura.*

Caium remeantem Armenia. *In Lycia mortuū eum voluit Suetonius cū Velleio. Ille his verbis:* Caium & Lucium in duo de uiginti menſiū ſpatio amiſit ambos: Caio in Lycia, Lucio Maſſiliæ defunctis. *Iſte his.* Deinde reluctatus inuitúſque reuertens in Italiā, in vrbe Lyciæ, Limyrā vocant, morbo obiit. *Fugerit ergo ratio memoriosum illū ſenem neceſſe eſt, qui in Syria tradidit defunctum. Dico Senecam patrem in controuerſiis:* Itaque cū mortuo in Syria C. Cæſare, codicillo queſtus eſſet Auguſtus, quòd in tam magno & recenti luctu ſuo cœnaſſet. *Sed an fortaſſe qui culpā eam in exſcriptorem conferet, reſcribérque,* Lycia.

*Diſſenſus ſcriptorum in morte Caii.*

*Senecæ fortaſſe error.*

Nouercæ Liuiæ dolus abſtulit. *Nata exitio reip. mulier, & ſuæ domus. Sed bene quòd Tacitus nuſquam diſſimulat fraudem eius & ſcelus. Plinius cautiùs, qui ſuſpicionem hanc tangens, cauet ſibi obſcuritate ſermonis:* Incuſatæ filiorum mortes, luctúſque non tantùm orbitate triſtes. *Nec enim hîc traxeris ea verba, non me quidem interprete.*

*Plinius explicatur.*

Nullius tamen flagitij comperium. *Imitatione Liuij forte, qui de T. Manlio:* Filiū iuuenē, nul-

lius probri compertum, extorrem vrbe egit.

Filij munimenta regni

Quò pluribus munimentis insiſteret. *Verè namque Filij & hæredes paſſim dicūtur ſubſidia & firmamenta regni. Tacitus v. Hiſtoriar.* Non legiones, non claſſes, proinde firma imperij munimēta, quàm numerum liberorum. *Euripides:*

φιλῶσι τυράννους παῖδας ἔρυμα δώμασι.

*Sic ſubſidia aulæ Suetonio, Adminicula Auguſti Senecæ, heredes imperij dicūtur. & verè. Sicutas ille momar (exprimit quod verū eſt à me indignatio) cum ſua coniectura,* ſed qui plus pluribus motum vitiis inſiſteret, *abeat Morboniam.*

PAG. 10. Ægro & corpore fatigabatur. *Velim tranci, & ægro corpore.*

Rhodi ſpecie ſeceſſus exſulem egerit. *Ita principem agere, & Agere ſe paullo minus quā priuatum, in Suetonio aliiſque lego. M. Antonio tamen Mureto, cuius ſcripta Venus inhabitat pariter cum Muſis, leg. videtur,* exſul egerit.

Cōſule Muretū lib. 11. cap. 1.

Duobúſque inſuper adoleſcentibus, qui remp. interim premant, quandóque & diſtrahant. *Dixi corruptum olim locum mutilúmque. Redeo in viam admonitu amici qui explicat. Druſus & Germanicus nunc quidem coniuncti prement remp. at olim orta, ſi ſors fuit, diſcordia, eandem diſtrahent per bellum ciuile diſſipabúntque*

Quidā ſcelus vxoris ſuſpectabant. *Hæc eſt tertia venenaria huius patina, & iure léniſcata. Tangit verò ſuſpicione illā de ficubus, quæ nota ex Dione.*

De Maximo historia

Maximum vxori Martiæ aperuiſſe, illā Liuiæ. *Habes elegātem hiſtoriam iſtam in Plutarchi περὶ ἀδολεσχίας, quē locum pretiū puto vt conuertā pæne verbatim.* Fuluius verò Cæſaris Auguſti amicus, cùm iam ſenem eum ſæpius querentem audiret de ſolitudine ſuæ domus; quódque duo-

bus

Ayuntamiento de Madrid

bus nepotibus fato functis, Poſtumo, qui ſolus reliquus, ex calumnia neſcio qua exſulante, cogeretur vxoris ſuæ filium ad ſucceſſionem imperij vocare, quamquam miſerans & conſilium captans reuocandi ab exſilio nepotis: cùm, inquam, hæc audiret Fuluius, enuntiauit ſuæ vxori, illa Liuiæ. Liuia autem acerbè cum Cæſare egit, cur, quoniam iampridem id decreuiſſet, non accerſeret nepotem, ſed ſe odio inuidiæ quę ſucceſſoris obiiceret? Venientem igitur, de more, mane Fuluium & ſolitum illud dicentem Aue, Cæſar reſalutauit, Vale, inquit, Fuluie. Atque ille id intellegens, domum ſe illico ſubduxit, & vocata vxore: Reſciuit, inquit, Cæſar non ſiluiſſe me arcana, ideo mori mihi decretum eſt. Vxor autem: Iure, ait, quoniam tamdiu mecum habitans viuénſq; nec noueris nec caueris intemperantiam meæ linguæ. Sed præcedam tamé ego. & accepto gladio, ſeipſa viro corã interemit. *Hæc Plutarchus: nec alibi tam liquide narrata res. Hoc tantùm malè, quod φύλβιον vbique vocat, qui Fabius eſt. Fabius ille Maximus, qui conſul fuit Anno vrbis* DCCXLII. *Item quòd Marciã interfectã vult ante maritum. cùm noſter clarè vixiſſe eã dicat, & auditos gemitus eius in funere mariti. Atque hæc homini vera cauſſa mortis: ne innocuum poetam oneremus, aut potius ipſe ſe, De ponto,*

Quod ſolet morituris dici abituriſſi. Græcè eſt, ὑγίαινε. quod interpres vertit ſanus eſto non rectè.

Plutarchi duplex error.

Occidis ante preces, cauſſãmque ego Maxime mortis,
Nec fueram tanti, me reor eſſe tuæ.

*Eſt enim hic Maximus, quẽ Naſo coluit, & ad quẽ Elegia nõ vna. Sed & vxor Naſonis, propinqua Maximi ſeu coniugis eius Marciæ, ex his verſibus:*

Maximus Naſoni amicißimus.

Ille ego, de veſtra cui data nupta domo eſt.

Eleg. III. lib. I.



Ayuntamiento de Madrid

Hanc probat, & primis dilectam ſemper ab annis
Eſt inter comites Martia cenſa ſuas.

*Frequens antiquis patiendi verbum agendi ſignificatione.*

*Eſt cenſa, pro cenſuit, ſatis nouè. imò antiquè. Sic Adfectatus eſt regnũ, pro Adfectauit: Spectatus eſt ſuæ, in Varrone lego, retineóque. Communicatiſſumi, pro Communicaueriũt, in Liuio & plura. Tangit hanc de Fabio tragœdiam etiam Plinius:* Iuxta hæc abdicatio Poſtumi Agrippæ poſt adoptionem: deſideriũ poſt relegationem. inde ſuſpicio in Fabium, arcanorúmque proditiones.

PAG. 21. C. Nauum id Cæſari. *Pridẽ emendaui firmauique,* Gnarum id Cæſari. *G.-ij Naui nulla perſona eſt in hoc actu. Sic lib. v* Gnarum id Cæſari. eóque dubitauit de tradenda rep. *Alibi.* Gnarũ id duci. inceſſítque itineri & prœlio. *Sed ecce hãc mihi quaſi deſponſam coniecturã, eſt qui ſine ullo deuortio velit abducere. Ego verò non dimitto. nec. n. ſoli Atridæ vxores ſuas amãt, ait ille.*

*Suetonij à Tacito diſſenſus.*

Quem ignarum Centurio ægrè confecit. *A Tribuno interfectum Suetonius voluit:* Hunc, ait, Tribunus cuſtos adpoſitus occidit, lectis codicillis quibus vt id faceret iubebatur. *Sed Dio pariter vt noſter à centurione:* ὁ ἑκατόνταρχος ὁ τὴν φρουρὰν αὐτοῦ ἔχων καινοτομοῦντά τι ἀπέσφαξεν. *Credo verum eſſe vt à Centurione occiſus ſit. at iuſſu Tribuni.*

*In renũtiando, militiæ mos.*

PAG. 22. Nuntianti Centurioni, vt mos militiæ, factum eſſe quod imperaſſet. *Solemnia verba, Factum quod imperaſti. Suetonius:* Renuntiãti Tribuno factum eſſe quod imperaſſet. *Et in Claudio:* De nece cõſularis viri renuntiante centurione factum eſſe quod imperaſſet.

*Salluſtius amicus Augusti.*

Salluſtius Criſpus. *Eſt ille, cuius vitã mortémque infra memorat lib. III. Salluſtij hiſtoricũ regis ex ſorore nepos. Nominat eũ Seneca, inter intimos Auguſti, lib. I. D. clementia:* Ignouit abauus tuus

Ayuntamiento de Madrid

victis. Nam ſi nō ignouiſſet, quibus, imperaſſet? Salluſtium & Cocceios & Duillios & totã cohortem interioris admiſsionis ex aduerſariorũ caſtris cōſcripſit. *Sed cedo, quis in Seneca Duillius? Falſum, ſcribo ſane, Deillios, ſiue* Dellios. *Deillius à Seneca patre dicitur, in Suaſoria:* Belliſsimam tamen rem Deillius dixit, quem Mellalla Coruinus deſertorem bellorũ ciuilium vocat: qui à Dolabella ad Caſsium, à Caſsio deinde tranſiuit ad Antonium, nouiſsimè ab Antonio transfugit ad Cæſarem. Hic eſt Deillius cuius epiſtolæ laſciuæ ad Cleopatram feruntur. *Græcis tamen eſt Dellius, Plutarcho Dionique. Plutarchus eum hiſtorias quoque ſcripſiſſe oſtendit:* πόλλας, *inquit*, καὶ τῶν ἄλλων φίλων οἱ Κλεοπάτρας κόλακες ἐξέβαλον, τὰς παροινίας καὶ βωμολοχίας οὐχ ὑπομένοντας. ὧν καὶ μάρκος ἦν σίλανος, καὶ Δέλλιος ὁ ἱστορικός. *Eadem Dio, quinquageſimo libro. Ad Salluſtium autem iſtum facit, quod Plinius, lib.* XXXIIII. Metallum quoddam Salluſtianum appellatum, *ſcribit*, ab amico diui Auguſti. — Correctus Seneca. Deillius inter amicos Auguſti. Siue Deillius.

Is ad Tribunum miſerat codicillos. *Ita enim receptum quo magis cautum militibus eſſet, cædem mandari per libellum. ſcilicet ne Imperator auctoritatem poſſit defugere. Pulchrè Herodian. lib.* III. *de Saturnino & Plautiano:* ὁ δὲ Σατουρνῖνος γραμματεῖον ᾔτησε τοῦ φόνου φέρον τὰς ἐντολάς. ἔθος γὰρ τοῦτο τυραννικὸν εἴ τινα ἐκπέμποιεν ἐπὶ φόνον ἀνέκριτον, ἐντέλλεσθαι τοῦτο διὰ γραμμάτων, ἵνα μὴ γινόμενον ᾖ ἀκατασήμαντον. *Ad quem vſum duplices adhibitos, alibi lectum.* — Mos mandandæ cædis per libellū. Herodiano lib. VII de Quæſtore miſſo ad cædem Vitaliani.

Eam eſſe conditionem imperandi, vt non aliter ratio conſtet, quàm ſi vni reddatur. *Scitum dictũ, nec quidquã mutemus. A menſulariis ductũ eſt, quibus conſtant rationes cùm pares ſunt. Plin. lib.* I. *epiſt.* Mirũ eſt quã ſingulis diebus in vrbe — Rationē conſtare quid.

Ayuntamiento de Madrid

ratio aut conſtet, aut conſtare videatur, cum diſque non conſtet. *Idem Panegyrico*: Augeo principis munus, cùm oſtendo liberalitati eius ineſſe rationem. Ambitio enim, & iactantia, & effuſio, & quiduis potius quàm liberalitas eſt, cui ratio non conſtat. *Vſi & auctores priſci iuris, l. 1. De obſeq. parer. l. penult. De re militari. Addè Valerii dictum apud Spartianum.* Non ſibi apud deos inferos conſtare rationem, quod quamuis hoſtem ſuum, Piſonem tamen iuſſiſſet occidi, virum cuius ſimilem Rom. reſp. non haberet.

Lacrimas, gaudium, queſtus, adulationes miſcebāt. *Acutè Muretus:* lacrimas gaudio, queſtus adulatione miſcebant. *Placet, rei bonū uſq; cauſſā.*

*Turranius præf. annonæ.*

C. Turranius præfectus annone: *Et quidem primus in eo munere, ab Auguſto. Nā Auguſtus accepram à populo. Præfecturā, niſi fallor, tenuit dū vixit, aut certè paullo ante morte ſubſtituit ſibi Turranium iſtum. Adfero id ex Cornelij noſtri verbis Annali XI.* Tum potiſſimum amicorum vocat, primúmque rei frumentariæ Præfectum Turranium. *Nec enim eſt vt aliter accipias, n ſi placeat diſtinctione ſententiam vertere:* potiſſimum amicorum vocat primúmque, rei frumentarię præf. *vt illud Primus gradum in amicitia principis notet, non officij tempus. Turranij etiam mentio Seneca, ad Paulinum cap. extremo: neſcio an huius, quia procurationem illi tribuit, non præfecturam. Nominat & Ouidius in poetarum albo.*

*Verba Taciti ambiguæ mentis.*

Muſáque Turrani tragicis ſubnixa cothurnis.
*& in doctorum, Plinij index. Sed quæras. cum præf. prætorio & Annonæ in verba Tiberij iurarint, cur omiſſus præfectus vrbis? cuius auctoritas nō minor, (maior imò illo Annonario) & cui proprius in vrbe miles. Credo equidē omiſſū, quia nemo fuit.* Tan-
rus

*Præf. vrbis cur nō iurarit in Tiberij verba.*

Ayuntamiento de Madrid

*vur Statilius defunctus erat, cui Piſo ſuffectus poſt aliquot annos à Tiberio, vt doceo clarè lib VI.*

Neque abſcedere à corpore: *Nõ reip. corpore, ne inducat te Meurſius, ſed Auguſt. Datũ enim honori defuncti Auguſti a Tiberio, quod ab eo olim Druſo. Lib III.* Ipſum quippe Auguſtũ aſperrimo hiemis Ticinũ vſq; progreſſum, neque abſcedentẽ à corpore vrbe ſimul intrauiſſe. *Sed cur id è publicis muneribus? V. sũ ita Tiberio loqui, ad honorẽ Auguſti, quaſi magiſtratuũ præcipuũ eſſet, & eorũ q̃ reip. primi, curare ſumꝰ ſermonis illiꝰ, & virĩ ſupra viros.*

PAG 23. Excubiæ, arma, cætera aulæ. *Lictores, faſces laureati, & ſiquid præterea tũc receptũ principis diſtinguendi. Neque enim adhuc illa Principatus inſignia, Ignis, Diadema, Purpuraque reperta ſequentibus, & ad exemplum regũ. Ignis originem neſcio: niſi quod antiquũ video, & à temporibus Antoninorum. Herodianus ſanè in Comodo ſtatim meminit, vt rei vulgatæ, vbi de Lucilla ſorore eius.* οὐδὲν ἧττον μέντοι καὶ ὁ Κόμμοδος ἐφύλαττε τιμὰς τῇ ἀδελφῇ. καὶ ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου καθῆστο ἐν τοῖς θεάτροις, καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς *id eſt:* Nihilo ſecius Cõmodus honores ſorori ſuæ ſeruauit. nam & in theatris ſella imperatoria ſedebat, & ignis eam præcedebat. *Item de Marcia Cõmodi concubina:* οὐδὲν, *inquit,* ἀπεῖχε γαμετῆς γυναικὸς ἀλλὰ πάντα ὑπῆρχεν, ὅσα σεβαστῇ πλὴν τοῦ πυρός. *id eſt:* quæ nihilo differebat à legitima vxore, ſed omnia vt Auguſtæ aderãt, præter ignẽ. *Et de Pertinace:* κατῆλθεν ἐπὶ τὸ συνέδριον τῆς βουλῆς, οὔτε τὸ πῦρ ἐάσας ἑαυτοῦ προπομπεῦσαι, οὔτε τι ἄλλο τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι. Venit, *ait*, in Senatũ, neque igne ſibi paſſus præferri, neque aliud vllũ principatus inſigne attolli. *Et habeo hunc morem pro re certa. Illud tamen mirum.*

Inſignia olim principatus.

Prælatio ignis.

Silentium de eo more apud priſcos.

*mirum, bis mirum, non alium e Græcis Latiniſque exprimere tam inſignẽ rem, præter Herodianum. Non Dionem, non Capitolinum, Spartianũ, Lampridium, qui eadem ſcripſerunt illi. Nec enim, quod ſciã, meminerunt verbo. Quis tamen iſte ignis? non è carbonibus aut ligno, nec qualis ille apud Horatium prunæ batillus: lampas tantum fuit. Rem adhuc ignotam doceo firmóque ex M. Antonino in libris ſuæ vitæ: ὅτι δυνατόν ἐστι, inquit, ἐν αὐλῇ βιοῦντα μήτε δορυφορήσεως χρῄζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων τοιῶνδέ τινων, καὶ τοῦ ὁμοίου κόμπου. Deſcribit recenſétque inſignia omnia principatus, &* poſſe *ait*, eũ qui in aula viuat, carere ſtipatoribus, carere veſte inſigni purpuráque, item lampadibus, & certis ſtatuis, ſimiliq; luxu. *Vt ergo in deorum cultu adhibitæ lucernæ faceſque, vt docui in* Electis, *ſic Imperatorum. Opinor autem Romam traductum morem è Perſis. Illorum enim Regi prælatus ignis. Xenophon lib.* VIII. πα-δείας καὶ πῦρ ὄπισθεν τοῦ ἅρματος ἐπ' ἐσχάρας μεγάλης ἄνδρες εἵποντο φέροντες. *& poſt igne illum ſecutus Cyrus. Diadema autẽ primus Romanorum principum vſurpauit Aurelianus: vti in vita eius Victor. Etſi alibi malè id refert ad Caligulam. Purpuram quis primus ſumpſerit, adhuc quæro.*

Cuius teſtamentum inlatum per virgines Veſtæ. *More ſcilicet Romano, qui pactiones, fœdera, teſtamenta, pecunias etiã deponebant in templis: & ſæpiſſimè in iſto Veſtæ, quod religione primum. Dio* XLVIII. *de pace inter Triumviros & Sextũ initam:* ταῦτά τε οὖν συνθέμενοι, καὶ συγγραψάμενοι, τά τε γραμματεῖα τὰς ἱερείας τὰς ἀειπαρθένους παρακατέθεντο, καὶ μετὰ τοῦτο δεξιάς τε σφίσιν ἔδοσαν, καὶ ἐφίλησαν ἀλλήλους. *Eadem in re Appianus:* καὶ ταῦτα

συν-

Qualis ille ignis.

Sap. III.

Vnde is mos Romam.

Diadema te quis primus vſus.

Pacta & teſtamenta olim in templis.

Ayuntamiento de Madrid

τινες γεγράφασι, κἀσημασμένας καὶ ταῖς παρθένοις φυλάσσειν ἔπεμψαν ἐς ῥώμην. *Sed & Iulianum teſtamentũ virgini Maximæ traditum, Suetonius ait: M. Antonij, depoſitum apud Veſtales Plutarchus. Et generatim de templis, Vlpianus:* Si cuſtodiam teſtamenti æditu us ſuſcepit. *Dixi & pecunias in templis deponi ſolere: quod verum adeò, vt quidam omnes fortunas in ijs haberent, quaſi cuſtodia certa. Herodianus lib. I. de templo Pacis, quod exuſtum ſub Commodo:* πλουσιώτατον δὲ ἦν πάντων ἱερῶν, διʼ ἀσφάλειαν. ἕκαστος δὲ ἃ εἶχεν, ἐκεῖσε ἐθησαύριζε· ἀλλὰ τὸ πῦρ ἐν μιᾷ νυκτὶ πολλοὺς ἐκ πλουσίων πένητας ἐποίησεν. *Nec mirum, quia milite hæc templa cuſtodiebantur. Tertullianus de Corona, vbi non vult Chriſtianum militem ſcribi:* Et excubabit pro templis, quibus renunciauit? & cœnabit illic, vbi Apoſtolo non placet? & quos interdiu exorciſmis fugauit, noctibus defenſabit, incumbens & requieſcens ſuper luncho quo perfoſſum eſt latus Chriſti? *Et in Apologetico:* Aedes ſuas dij tuerentur & imagines: quæ, vt opinor, Cæſarum milites excubiis ſalua præſtant.

L. III. De tabulis exhib. Pecuniæ in templis.

Excubiæ militares circa templa.

Liuia in familiam, noménque Auguſtæ adſumebatur. *Ideo in Nummis & lapidibus ex hinc ferè Iulia ſcripta aut ſculpta. Sed nomen Auguſtæ an recepit? Negat ecce Suetonius Claudio, cap. XI.* Auiæ Liuiæ diuinos honores, & Circenſi pompa currum elephantorum Auguſteo ſimilem decernendum curauit. Patri Circenſes annuos natali die, matri carpentum quod per circum duceretur, & cognomen Auguſtæ, ab auia recuſatum. *Dicit ab Auia id recuſatum: quæ non alia quàm Liuia eſt. Mirum. Liuiam enim Auguſtam faciunt ſcribuntq; alij omnes: & hercle ſi ambitionẽ feminæ noui, nõ recuſauit. Tacitus lib. IIII.* Decretũ quotiens Auguſta theatr

Liuia in nomen Iuliæ & Auguſtæ. Quod tamen Suetonius negat.

Ayuntamiento de Madrid

theatrum introiſſet. *Albis* Auguſtæ valetudo atrox. Fr. Iulia Auguſta mortem obiit. *Plinius*: Liuia Druſilla, quæ poſteà Auguſtæ matrimonij nomen accepit. *Idem lapides ſexcenti teſtantur & nummi. Quid ergo Suetonio viſum diſſentire? Nō ipſi quidē, ſed librario qui peruertit. Liquet enim nobis corruptū locum, ſcribedū æque*, ab viua recuſatu: *Ad matrem Antoniam hæc referuntur, non ad auiam: vti docet vel ἀκολουθία ſermonis. Quæ viua donata Auguſtæ nomine à Caligula* (ταύτην τε γὰρ Αὐγούςαν εὐθὺς καὶ ἱέρειαν τοῦ Αὐγούςου ἀποδεῖξας, *ut Dio*) *diſpreuit: & mortua tādē per Claudiū recepit. Itaque in lapidibus Claudiam eius*. ANTONIAE AVG. DRVSI, *ſculptum hodiéque. Hæc verū, at interpretes in Suetoniano loco quàm natant? qui licet ad portum ſe recipiant, me duce.*

Ille verè correctus.

Et explicatus.

Legata non vltra ciuilem modum. *Id eſt, nihil præcipuū nouúmque in legatis, nihil regiū aut præter ciuilē modum morémque. Nam de Falcidia modo accipere, (ignoſcent viri magni) prauū acumē eſt.*

Populo & plebi CCCCXXXV. *Video placere viro docto, emendatiè Suetonio*: populo & plebi CCCC. tribubus XXXV. *vt intelligamus, ait præter quadringenties legatū populo, etiam in ſingulas tribus centena millia relicta eſſe. Hæreo: & e vulgatis Taciti verbis eruo eundē illum ſenſum. Coniunctim ſcilicet extulit noſter, quæ magis diſtinctè Tranquillus. Et tamen eius mens, vt populo, legatū ſit quadringēties, tribubus ſiue plebi* XXXV. *Ni eſſet, non iūxiſſet duas eas voces, populo & plebi. Sed populus ergo alius à tribubus? Alius, hac quidē in parte. Populo legauit quadringenties viritim diſtribuēdū, &* καθ' ἕνα: *tribubus* XXXV. *i. corpori tribuū vniuerſo: veluti ſi collegio legē, & collegiis ſingulis ſeorſum. Diſcrimē hoc ſummamque exactam neglexit, Dio, qui*

Mureto lib. XI. Variar.

De legatis Augusti.

Ayuntamiento de Madrid

*qui ſatis habet dicere legatum populo* CCCC. *neglexi vereor & ego. dum in Electis meis hæſitatione aliorum tentaui corrigere* tribulibus XXXV. *in Suetonij verbis, pœnitet.* Retractatio probabilis aliàs notæ.

Legionariis cohortibus ciuium Romanorum. *Bene additũ, ne accipiamus etiam cohortes ſociales. Ideo & Dio vertit,* τοῦ τε λοιποῦ τοῦ πολιτικοῦ πλήθους πέντε καὶ ἑβδομήκοντα δραχμάς. *Itaq; ille idẽ legiones,* πολιτικὰ στρατόπεδα *nõ ſemel appellat: q. ſcripta ex ciuibus tantum. Fuit tamen cũ in Dione placeret,* τοῦ ὁπλιτικοῦ πλήθους, *malè. Suetonius.* Legionariis trecenos nummos: quam ſummam repræſentari iuſſit. nam & confiſcatam ſemper, repoſitámque habuerat. *Vbi confiſcatam, in fiſco aſſeruatam. vti Tertullianus eleganti metaphora, de Fuga,* Felices itaque pauperes, qui animam totam in confiſcato habent.

Cohortes ciuium.

Confiſcandi verbum propriè.

PAG. 24. Renouandum per annos ſacramentum in nome Tiberij. *De eo ritu dico ad lib.* XVI.

Remiſit Cæſar, adroganti moderatione. *Quid? non ergo elatũ corpus humeris Senatorum? Eſt verò Suetonius:* Senatorũ humeris delatus in campum crematúſque. *Idem Dio. At Remittendi verbũ eò valet: vt non ſit factum. Lib.* IIII. Remiſſa Ædilibus talis cura. *Lib.* XI. Hortantibus dehinc inertiam & leuem exitum, remittere beneficium Aſiaticus ait. *Scribo ergo,* permiſit Cæſar. *Sed eã ipſam permiſſione arrogantem eſſe vult Tacitus: quia per ſpeciem modeſtiæ & quaſi pugnare cum Senatu taliter, habuit ampliſſimũ ordinem inter veſpillones. Simile illud libri* VI. *de Aſinio Gallo:* conſultúſque Cæſar an ſepeliri ſineret, non erubuit permittere.

Remittere & permittere contraria.

Quod idem dies, accepti quondã imperij princeps, & vitæ ſupremus. *Erit fortaſſe qui hic adſta-*

Varius dies primi imperij Augusti.

b

Ayuntamiento de Madrid

rear, cui adiutorium ero. Triplex enim ratio numerādi imperij Augusti.

Prima ratio.

Alij plurimiq́; ab Actiaca pugna numerant, cū victo Antonio potens fuit imperij solus. Ea pugna pugnata IV. Nonas Septēbres.

Secunda.

Quidam à sexto eius conſulatu, cū imperium illi à Senatu firmatū, datumq́; cognomen Augusti. quaſi is legitimi principatus primus dies. Dies is fuit, VII. Eidus Ianuar. Atque ea ratio numerādi prouinciis fere familiaris. ita in lapide, qui Narbone. VII. QVOQVE. IDVS. IANVARIAS, QVA. DIE. PRIMVM. IMPERIVM. ORBIS. TERRARVM. AVSPICATVS. EST: THVRE. VINO. SVPPLICENT.

Oroſij & Cenſorini error.

Oroſius paullum a lapide diſſentiens, VIII. nominat idus. Cæſar, inquit, victor ab Oriente rediens, octauū idus Ianuar. vrbem triplici triumpho ingreſſus eſt. Hoc die primum Auguſtus conſalutatus eſt: atque ex ea die ſumma rerum ac poteſtatum penes vnum eſſe cœpit & manſit, quod Græci μοναρχίαν vocant. Longius recedit Cenſorinus, qui reiicit in XVI. Kal. Februar. Ante diē: inquit, XVI. Kal. Febr. C. Iulius Cæſar diui filius Imp. Auguſtus ſententia Munatij Planci dictus eſt. Ouidius idus duntaxat nominat:

Idibus in magni caſtos Iouis æde ſacerdos
Semimaris flammis viſcera libat ouis.
Redditáque eſt omnis populo prouincia noſtro:
Et tuus Auguſto nomine dictus auus.

Prouinciarū enim diuiſio facta eodem illo die.

Tertia ratio.

Sed lapidē ego credo verum dicere. Tertij deniq́; numerabant à primo eius cōſulatu: ſcilicet quia is gradus & aditus ad reliquos honores. Is fuit XIIII. Kal. Septēbres. Eam rationem ſecutus eſt quicunq; ille ſcriptor De cauſis corruptæ eloquētiæ, qui imperitaſſe Auguſtū ait annis LVI fallente numero, niſi ad hanc rationem. Quā ipſam ſecuti curioſi iſti, qui

in

Ayuntamiento de Madrid

*initium imperij & finem Auguſti vitæ, in eundem diem, miraculi cauſſa, conferebant. Satis dixi: tu abi liber & expeditus.*

PAG. 25. Numerus etiam conſulatuum celebrabatur, quo Valerium Coruinum, & C. Marium ſimul æquauerat. *Nam Valerius ſextum, Marius ſeptimum conſul. At* Conſulatus Auguſti.

Ter Latio deciéſque tulit labentibus annis
Auguſtus faſces. ------ ------

*vt ait Statius in Siluis.*

PAG. 26. Antonium Tarentino Brundiſinóque fœdere. *ὑστερολογία eſt. Nam Brundiſinum fœdus aliquot annis prius Tarentino. Vtrumque autem a loco, vbi ictum. Brundiſinum, quod Cæſar cum Antonio coiit. Peruſia capta: cum morte opportuna Fuluiæ ſublatũ eſſet nõ dubium bellũ, anno vrbis* CCCXIV. *Octauia tunc Antonio data, & prouincia Orientis. At Tarentinũ triennio poſterius eſt: cum iterũ ſimultate exorta ὁ μὲν Ἀντώνιος (verba Appiani ſunt Ciuilium quinto) ἐξ Ἀθηνῶν ἐς Τάραντα δ' ἔπλει ναυσὶ τριακοσίαις sed prudentia Octauiæ, adnitente item Agrippa & Mæcenate, iterum compoſitæ res. Antonius Cæſari centum naues ad bellum Siculum, ipſe illi duas legiones ad bellum Parthicum attribuit. Adi, ſi libido eſt, Plutarchum Antonio, Dionem* XLIX. Brundiſinũ fœdus. Tarentinũ.

Nuptiis ſororis illectũ. *Octauia ex Ancharia. de quo in ſtabili cõiugio mirè fœdatus Senecæ patris locus Suaſoria prima:* Cùm Antonius vellet ſe Liberũ patrem dici, & hoc nomen ſtatuis ſubſcribi: occurrerunt venienti et Athenienſes cum coniugibus ac liberis, & Dionyſiũ ſalutauerunt. Bene illis ceſſerat, ſi naſus Attic⁹ ibi ſubſtitiſſet. dixerunt deſpondere ipſos (*mauim*, ipſi) in matrimonium Mineruã Muſam ſuam, & rogauerũt vt Antonij cũ Octauia nuptiæ.



Ayuntamiento de Madrid

ducerct & Antonius ait ducturum, ſed dotis nomine imperare ſe illis mille talcta. Tum ex Græculis quidam ait . . . . . . . . . . . . . . . . . . Huic quidem impune fuit, ſed Athenienſium ſponſalia mille talentis æſtimata ſunt, quæ cùm exigerentur, multi cõtumelioſi libelli propoſiti ſunt, ſicut ille qui ſubſcriptus eſt ſtatuæ eius, cum eodem tempore Octauiam vxorẽ haberet & Cleopatram: Hoc tu euita reſtituas, tibi habe. *Primum offendimus in Minerua Muſa. quoniam neque Dio nominat in hac hiſtoria, ἀθῦρειν dixiſſe cõ. ἔτω nec cognomen noſtrarũ dearum ſcio aliàs adhæſiſſe Mineruæ. Itaque inducta ea voce ſcribo,* Mineruã ſuã, *nata fuit ex confuſa repetitione litteræ vociſque ſequentis. In ſumma diſcrepat idem Dio, qui ἐκ τῶν μυριάδας imperatas pro dote ait, id eſt Romano ritu H-S. quadragies. Mille autem talenta Senecæ, paullò minus faciũt ducẽties quadragies ſexies tanto immaniore ſumma. Tamen non muto. Græculi iocum, cui ſpatium vacuum doleo abeſſe. at Darinũ cõmodè reſtitue,* Octauia res tuas tibi habe. *Quicumque ille, comiter iocatus eſt ex deuortij Romani forma. Cum enim Cleopatram amaret haberétque Antonius, ecce ſubſcripſit iſte quaſi nomine Antonij Octauiam repudiantis, Octauia res tuas tibi habe. Quæ ſolemnia in libello repudij verba fuiſſe, iam notum. Appuleius:* Tu quidem ob illud (*ita emendo*) tam dirũ facinus confeſtim thoro meo diuorte, tibíque res tuas habeto.

Pater Seneca ſemel atque iterum correctus.

Dionis à Seneca diſſenſio.

Deuortij ſolennia verba vulgo eſt. Tu quidem ubi iſtud t. diſcimus.

Lollianas Varianáſque clades. *Non impleo paginas iſtis, quæ alibi expoſita & prõpta, Suetonium in Aug. vide, Dionẽ* LIIII. *Euſeb. Chron. olymp.* CXC.

Interfectos Romæ Varrones. *Fuit Licinius Varro Murena, de cuius inſidiis præter alios, Strabo lib.* XIV. ἐπ' ἐμπεσὼν εἰς τὴν μεγάλην φιλίαν, ἐκείνου

Licinius Varro.

σωνειδ

Ayuntamiento de Madrid

συνώδλω φεύγων, φοβηθείσης τῆς χρ. καὶ ὀργὰς τοῦ Σεβαστοῦ ἐπιβολῆς.

Egnatius Rufus.

Egnatios. *M. Egnatius Rufus Aedilis. de quo Dio* LIII. *Sueton. cap.* XIX. Mox M. Egnatij exin Plautij Rufi. *ita ibi ſcrib. non* Genutij. *Vide Senecam de Clementia* I. *ca.* IX.

Iulus Antonius.

Iulos. *Iulum Antonium intellegi, Triumuiri filium, ad quem Horatij Oda. Cognomen ei Africanus: quod malè adhæſit Fabio, cum quo conſul fuit, apud Sueton. in Claudio cap.* II. *Paullo enim Fabio cognomen Maximi fuit, & ſunt duæ ex ordine Horatianæ odæ libri quarti, prima & ſecunda ad hos non dubiè conſules pérque eam occaſionem coniunctim ſcriptæ. De eo Iulo. Seneca in De breuitate vitæ:* Filia & tot nobiles iuuenes, adulterio velut ſacramento adacti, infractam ætatem territabāt. poſtquam (*melius*, poſtque) iterum timenda cum Antonio mulier. *Apparet enim hunc Iulum arcanum aliquod ſcelus (cui proximus ab adulterio gradus eſt) cum Iulia in Auguſtum concepiſſe: vti olim cum Cleopatra eius pater.*

Explicatus Seneca.

Qui Tedij & Vedij Pollionis luxus. *Non extrico quis hic Tedius. Vtrumne Atedius ſcribendū? vt ſit ille q. Ciceroni dictus inter Cæſaris amicos. An Sex. Tedium Afrū capimus. qui conſul deſignatus ſe præcipitauit, apud Suetoniū? Lenter placet. magis eſt, vt geminata ab hæſitāte librario vox ſit, ſcribamúſque:* Qui Vedij Pollionis luxus. *In Seneca ſane ſimile medū ſuccreuerat, tertio de Ira ca.* XL. Diuus Auguſtus cum cænaret apud Vedium Pollioné. *ita reſtituit Pincianus, cū antea,* Atedium, *legeretur. Pincianus, ſi lectus mihi cēſor, & verbis medicus re induciéque ingēs. Metio huius Vedij luxuriéque eius apud multos. Dionem* LIIII. *Plinium lib.* IX. *Tertullianū de Pallio: facti etiam eius, quod ſanium*

Vedius Pollio.

Pinciani lar.

Hiſtoria celebris de Pollione.

*& ſæuum. Piſcinam habebat refertam murenis, quẽ piſcẽ ille non ad delicias parauerat, ſed ad pœnas. Humana enim carne eas alebat. Serui, domeſticiq́; ſiquid deliquerant, dabantur ad hos piſces. Forſ fuit vt cœnaret apud eum Auguſtus. puer qui ad cyathos erat, dum porrigit poculũ cryſtallinum fregit pretij grandioris. & ſimul fracta eius vita. iubetur abiicere domino murenis obijci in piſcinã. Puer accidit ad Cæſaris pedes non vitam, ſed aliam mortem petit, ne in piſcibus eſca ſit in terra. Obſtupuit inauditam ſæuitiam Cæſar. dimitti puerum iubet, ſimul adferri ad ſe quidquid in domo cryſtallinorũ: allata frangi communique & abiici in piſcinam. addit Seneca,* Fuit Cæſari ſic caſtigandus amicus, bene vſus eſt viribus ſuis. *Hic eſt ille Pollio qui teſtamento Cæſari Pauſylypum legauit: & è cuius diruta domo, facta Romæ porticus quæ Liuiæ dicta.*

Porticus Liuiæ qua cauſa facta.

Cùm ſe templis & effigie numinũ, per flamines & ſacerdotes coli vellet. *Mira & inſana ambitio. quam exemplo Herculis & Liberi patris, excuſare tamen videtur* libro IV. *noſter. Sed Auguſtus adhuc viuus & hominem fungens, in prouinciis, non in Italia aut Romæ. Suetonius:* Templa quamuis ſciret etiã proconſulibus decerni ſolere nulla tamen in prouincia recepit, niſi cõmuni ſuo Romæque nomine. Nam in vrbe quidem pertinaciſsimè abſtinuit hoc honore. *De vrbe ait: Dio etiam de Italia lib.* LIIII. *Quod Tacitus ſcribit effigie numinum: valet in eam mentem, vt ſigna adpoſita Auguſti ſtatuis ſint, quæ ſolent deorum, nutu, radius, haſta, fulmen. Lucanus,*

Auguſtus pro deo.

Fulminibus manes, radiiſque ornabit & aſtris.

*Itaque Nummi etiam hodie, in quibus Auguſti caput radiatum. Quãquam & ipſi effigies numinis tributa Auguſto, puta Iouis. Clarè prudentius,*

Imagines Auguſti, ad formã deorum.

Fla

Ayuntamiento de Madrid

— — — Flamine & aris
Auguſtum coluit, vitulo placauit & agno.
Tollantur tituli, prodant conſulta Senatus,
Cæſareum Iouis ad ſpeciem ſtatuentia téplũ.

Imò ipſe in forma Iouis, ex Sc.

*At de Flaminibus & ſacerdotibus Auguſti, plena omnia monumenta: & pudidum ſit referre. Nec viri ſolùm ad ſacerdotium adſcripti magni huius diui, ſed, quod rideamus, feminæ. Adeò proiecti in adulationem tunc mores. Marmor:*

Feminæ ſacerdotes Auguſti.

P. POSTVMIAE. P. F. PAVLLAE.
SACERD. D. IVLI. AVGVST.

*Item in Hiſpania,* LVCR. L. F. CAMPANA. FLAM. PERP. DOMVS. AVG. *id eſt,* Lucretia L. filia, Flaminica perpetua. *Exemplum huius rei à Liuia, quæ miro exemplo, ſacerdos ſui viri: & quidem ex decreto Senatus. Dio LVI. extremo:* τότε δὲ ἀθανατίσαντες αὐτὸν καὶ θιασώτας οἱ καὶ ἱερὰ, καὶ ἱέρειαν τὴν Λιουίαν ἀπέδειξαν. *id eſt.* Tunc vero conſecrantes Auguſtum, ſodales ei & ſacra inſtituerunt, & ſacerdotem Liuiam. *Quod noto cò libentius, vt lux inde affulgeat tenebricoſo Ouidij loco,* IV. *De ponto:*

Liuia, prima Aug. ſacerdos.

Ouidio noua lux.

Nec pietas ignota mea eſt, videt hoſpita tellus
In noſtra ſacrum Cæſaris eſſe domo.
Stãt pariter natúſque pius, cõiúxque ſacerdos,
Numina iam facto non leuiora deo.

*Natus pius, Tiberius eſt. coniux ſacerdos, Liuia. Puto adhæc ſacerdotia, quæ cum ambitu & ſumptu adfectabant prouinciis paſſim, pertinere Arriani locũ elegantẽ, De ſermonibus Epicteti, lib. I. c. XIX.* σήμερόν τις ὑπὲρ ἱερωσύνης ἐλάλει μοι τοῦ Αὐγούστου. λέγω αὐτῷ, ἄνθρωπε ἄφες τὸ πρᾶγμα· δαπανήσεις πολλὰ εἰς οὐδέν. ἀλλ' οἱ τὰς ὠνάς, φησὶ, γράφοντες, γράψουσι τὸ ἐμὸν ὄνομα. μήτι οὖν τοῖς ἀναγινώσκουσι λέγεις παρὼν, ἐμὲ γεγράφασιν; εἰ δὲ καὶ νῦν δυνα-

Arriani egregia irriſio harum ineptiarum.

σαι παρεῖναι πᾶσιν, ἀλλ᾽ ἀποθάνῃς, τί ποιήσεις; μενεῖ μου τὸ ὄνομα. γράψον αὐτὸ εἰς λίθον, καὶ μενεῖ. ἄγε, ἔξω δὲ Νικοπόλεως τίς σου μνεία; ἀλλὰ χρυσοῦν στέφανον φορήσω. εἰ ἅπαξ ἐπιθυμεῖς στεφάνου, ῥόδινον λαβὼν περίθου· ὄψει γὰρ κομψότερον. *Lepidus, & ad philoſophum, dialogiſmus* Hodie, *inquit*, locutus mecum quidam ſuper ſacerdotio Auguſti. Dico ei, Mi homo mitterem, ſumptum multum facies fruſtrà. At ſcribæ publici, inquit, (*corrupta hac parte Græca*) nomen meum adnotabunt. Num tu igitur legentibus omnibus coràm dices, Me inſcripſerunt? & vt nunc poſſis adeſſe omnibus legentibus, mortuus quid facies? Manebit meum nomen. Inſcribe ipſum lapidi, & manebit Age, extra Nicopolim autē q̄ memoria tui? At coronā aureā geſtabo. (*qua ſacerdotes ornati ſacerdotes dū faciūt, ex Liuio, Plutarcho, a'ij̄*) Si proſſū appetis coronā roſeā indutus circum. aſpectu enim id iucudius.

Coronati ſacerdotes in ſacris.

PAG. 17 Templum & cæleſtes religiones decernuntur. *Templum in Palatio ipſo, ex decreto Senatus Dio*: καὶ αὐτῷ (Αὐγούστῳ) ἔν τε τῇ Ῥώμῃ ἡρῷον ἐψηφίσθη μὲν ὑπὸ τῆς γερουσίας, οἰκοδομήθη δὲ ὑπό τε τῆς Λιβίας καὶ ὑπὸ Τιβερίου ἐποιήθη, καὶ ἄλλοθι πολλαχόθι. *Liuiæ tamē ſoli id opus attribuit (præter Dionis & Suetonij mentē cap.* XLVII.) *Plinius lib.* XII. Radicē eius magni pōderis vidimus in Palatij tēplo, quod fecerat D. Auguſto cōiux Auguſta, aureæ pateræ impoſitā. *Hac reſpicientem credo Senecā ſcribere, Cōſolatione ad Polybium*: Fortuna ibi violentior per omnia, ſicut eſt ſolita, eas quoq; domos auſa iniuriæ cauſſa intrare, in quas nonniſi per tēpla aditur, & atrā laureatis foribus inducere veſtem. *Puto enim id tēplum in palatij veſtibulo fuiſſe. etſi rēferre forte an poſſis ad templum Apollinis Palatini. Ceterum ἀποθέωσιν hāc Auguſti,*

Templū Palatinū Aug.

Quis exſtruxerit.

De Senecæ loco.

Ayuntamiento de Madrid

*Auguſti, quam Tacitus commemorat, carmine ſingulari libri complexus videtur Ouidius ipſe quidem indice De ponto.*

Ouidius carmen emiſit de nouo Deo.

Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti
Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi.

*& alibi.*

Ad effigiem Auguſti. *Quæ in ipſa curia. Apparet etiam ex illis quæ de Hortenſio infrà:* Modò Hortenſij inter oratores ſitam imaginem, modò Auguſti intuens.

Effigies Auguſt. in curia.

Cùm proferri libellum recitaríque iuſſit. *Libellum eumpſe, quē Suetonius Rationarium imperij non incommodè appellat, ſcilicet quia rationes eo publicæ continebātur. Videbatur autē prolatione libelli flexus paullū Tiberius, & imperiū accepturus, cùm curas ſuſciperet. Vocat idē auctor etiā Breuiariū, cap. vltimo:* De tribus voluminibus, vno mādata de funere ſuo complexus eſt: altero, indicem rerum à ſe geſtarum, quem vellet incidi in æneis tabulis, quæ ante Mauſoleum ſtatuerentur: tertiò, breuiarium totius imperij, quantum militum ſub ſignis vbique eſſet, quantum pecuniæ in ærario & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis. *Vbi nota mihi etiam, Indicem hunc rerum Auguſti, certò illum eſſe cuius exemplar Ancyræ poſitum, & curante nobiliſſimo Busbequio, exſcriptū. Nā titulus in ea ipſa tabula iſte.* Rerum geſtarū diui Auguſti, quibus orbem terrarum imperio populi Romani ſubiecit, & impenſarum, quas in rempublicam populúmque Romanum fecit incíſarū in duabus aheneis pilis, quæ ſunt Romæ poſitæ, exemplar ſubiectum. *Ex quo fidenter colligerim dixerímque, in Suetonio ſcribendum,* in æneis pilis, *non tabulis. De eadem re loqui vtrúmque, id quidem clarum eſt.*

Aug. cap. XXVIII.

Breuiaria imperij.

Index rerum Aug. quid.

Idem cū reperto lapide.

Suetonius dubie correctus.

b 5

Neceſſitates ac largitiones. *Neceſſitates vocat onera publica, quæque neceſſario in milites, in populum, aliáſque imperij vſus eroganda. Liuius eadem ſententia lib.* XXIIII. Productum in côcionem Fuluio prætori eſſe, indicandúmque populo publicas neceſſitates. *Lampridius in Alexandro.* Quartarios iam formatos in monetam detrauit, expectans vt ſi vectigal contrahere potuiſſet, eoſdem ederet. Sed cùm non potuiſſet per publicas neceſſitates, conflari eos iuſſit. *Capitolinus paullò aliter in Gordianis:* Familiæ Gordiani hoc Senatus decreuit, vt à tutelis atque legationibus, & à publicis neceſſitatibus ſemper vacarent. *Videtur non ſeiungere ab ære alieno Tacitus lib. II.* Hortaturq; ad luxũ & æs alienum, ſocius libidinũ & neceſſitatũ, quò pluribus indiciis illigaret.

Addiderat conſilium coercendi intra terminos imperij. *Quod conſilium ſuum plenè extollis Auguſtus apud Iulianum in Menippea de Cæſaribus:* ἀπὸ δὲ τῆς ἐμφυλίου στάσεως τὴν ῥώμην ὀρθὴν εἰς ἔσχατον ἐλαύνουσαν πολλάκις κίνδυνον, οὕτω διέθηκα τὰ περὶ αὐτήν, ὥστε εἰ μὴ δι' ὑμᾶς, ὦ θεοί, τὸ λοιπὸν ἀδαμαντίνην εἶναι. τῆς γὰρ τῶν ἀμέτρων ἐπιθυμίας εἴκων, ἐπικτᾶσθαι πάντως αὐτῇ διενοήθην, ὅρια δὲ διττὰ ὥσπερ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδεδομένα, Ἴστρον καὶ Εὐφράτην ποταμοὺς ἐθέμην. *Sed qui termini ſunc limites Ro. imperij ſub Auguſto? Duos nominat Iulianus, Iſtrum & Euphratem: quibus adde Rhenũ, & Oceanum. Tacitus* Mari Oceano, aut amnibus longinquis ſeptum imperium. *Ad eos terminos Limitanei milites: qui ſublati demum à Conſtantino, magno rei Romanæ malo. Narrat Zoſimus lib.* II *Vide Appianum in Prœloquio operis ſui.*

Termini imperij ab Auguſt.

Neglexit deſeruitq. Côſtantinus.

PAG. 28. Interrogo quã partẽ reip. mãdari tibi velis? *Explicat Dio. Tiberius, inquit, tres fecerat*

Tres reip. partes.

reip.

*reip. partes. prima Romã & Italiã cõplectebatur: altera, exercitus: tertia prouinciæ. Vni ex iſtis parti ẽ ſe aiebat, nõ omnibus. At bono hiſtoriæ, conidetracta pro pemodũ perſona eſt, improuiſa interrogatione Galli.* Tres reip. partes.

Arruntiũ diuitem, promptũ artibus egregiis. *Eſt is qui conſul anno vrbis* DCCXXXII. *Artes in eo doctrinámque ſuſpicit nõ vanè, quoniã ex Plinij Indice lib.* III *& V. inter ſcriptores cẽſeius illuſtres fuit & ſcripſit, niſi fallor, Geographica. Diuitias etiã cõmemorat quas Seneca non fuiſſe ſtudij à bona arte, ſi de eo quidẽ ſenſit lib.* VI *De Benef.* An tu Aruntiũ & Hateriũ & cæteros qui captandorũ teſtamentorũ arte profeſſi ſunt, non putas eadẽ habere, quæ deſignatore & libidinarios vota? Arruntius quis.

PAG. 29 Quouſque patieris Cæſar non adeſſe caput reip. *Sententiam potius in hoc loco expedimus, quàm verba. Lectio quam poſui, à Ferreto eſt, qui adſeuerat in Mediceo codice ſic ſcriptũ. Et cur ambigimus? ſententia herclè percommoda eſt: offenſum Tiberium, pro reliqua ſua modeſtia, quòd caput reip. nominaretur, qui tanquam veteri libertate vnus vellet eſſe è multis. Nec abſurdè legeris è vulgatis,* non eſſe caput te reip. Correctus Tacitus.

Eiúſque accuratiſſimis precibus. *Ita correxi, vulgò,* & vſque accuratiſſimis.

Ne lictore quidẽ ei decerni paſſus eſt. *Quæ tamẽ vulgò feminæ principes vſæ, Veſtaliũ exemplo. Claudij quidem Agrippina, etiam duobus Tacitus,* Decreti & à Senatu lictores duo, Flaminiũ Claudiale. Lictores Auguſtarum.

Aráque adoptionis & alia ad huiuſcemodi prohibuit. *Ludis! ſic facis vir doctus, qui te nõ plaudente Dãnat lectionẽ veterem, & multis verbis ſuadet hanc nouã,* æráque adoptioni. *quaſi Tiberius, inquit, in æs incidi adoptionẽ publicéq; proponi vetuerit. Mi homo, hodie nihil credo tibi. Nã notus mihi* Aduerſus Verranium. Mos ſtatuẽdi aras.

*mos*

*mos Romanus, quo receptũ vt propagãdæ memoriæ cauſſa, ara aut tẽplum ſtatueretur virtuti reique, quam cuperent laudatam. Noſter lib.* III. Præceperant animis orationem patres: quò quæſitior adulatio fuit. nec tamen repertum, niſi vt effigies principum, aras deûm, templa & arcus aliáque ſolita cenſerent. *Ita apud eundem, cum Tiberius publico iudicio vltus eſſet Germanici mortẽ.* Cęcina Seuerus cenſuit aram Vltioni. *Et lib.* XV. *poſt natam ex Poppæa prolẽ,* Supplicationes, à Senatu decretæ, & templum Fecunditati. *Eódem trahe Suetonij illud in Caligula, cap.* VIII. *præter interpretum mentem:* Addit etiam pro argumento aras ibi oſtēdit inſcriptas, ob Agrippinę puerperium. *Erat idem ille dum cenſet, de Tiberij adoptione hic agi, cùm Tacitus intellegat de Liuia. Nam Liuia teſtamẽto adoptata id familiam Iuliani nomẽque Auguſtæ: & nouo exemplo, coniux facta filia mariti. Ideo dum Liuiæ adulantur, decreta ara Adoptioni. Paßim in lapidibus & nummis, Diui Filia lego. vt in marmore Hiſpanienſi:*

Vide ad hũc morẽ. lib. I. Electorum, cap. XIV.

Explicatus Suetonius.

Liuia mariti ſui filia.

IVLIAE. AVG
DIVI. F. MATRI
TI. CAESARIS. AVG. PRIN
CIPIS. ET CONSERVATORIS
ET. DRVSI. GERMANICI
M. CORNELIVS. PROCVLVS
PONTIFEX. CAESARVM.

*Nummo æreo,* S. P. Q. R. DIVAE. IVLIAE. AVGVSTI. FIL. *carpenti forma tracti à duabus mulis.*

PAG. 30. Germanico Cæſari proconſulare imperium petiuit: *Quídne ante habeat? Nã Dio diſertè proconſulare imperium illi tribuit, anno* DCCLXIIII. *id eſt, triennio ante. Lib.* LV.

τιβίεως

Ayuntamiento de Madrid

τιβέριος μὲν καὶ Γερμανικὸς ἀντὶ ὑπάτου ἄρχων ἐς τὴν κελτικὴν ἐσέβαλεν. *Et verò cur petitũ illi proconſulare imperium, quod iure & lege habebat, iam antè Conſul? Tamen cogitemus, & prorogatum illi fortaſſe hoc imperium, non nunc datum.*

Candidatos Præturæ XII. nominauit, numerum ab Auguſto traditũ. *Prætorũ origo, progreſſus, augmentũ, ſatis ambiguè tradita: etiam ab iis, quibus hæc vna cura fuit. Ego breuiter rẽ expediã, & ad hiſtoriæ fidẽ. Primus Prætor Romæ inſtitutus, anno vrbis* CCCXCVIII. *Furius Camillus. Liuius lib.* VII. *& Suidas in voce* στρατηγὸς. *Additus alter anno* DX. *cui cognomen datũ Peregrini, quòd plerũque inter ciues ius diceret & peregrinos: Epitoma Liuij* XIX. *Additi duo alij, anno vrbis* DXX. *Sicilia & Sardinia in prouinciã redactis, qui illuc cum imperio mitterentur: Epitoma* XX. *Iterũ duo, victis Hiſpaniis, anno* DLVII. *Ita in vniuerſum ad id tẽpus Prætores ſex: è quibus duo iuridicũdo præerant, reliqui in prouincias mittebãtur expertes iudiciorũ. Id manſit, donec Quæſtiones perpetuæ cõſtitutæ, anno vrbis* DCV. *L. Cenſorino. M. Manilio Coſſ. patribuſque tũc viſum, vt in totũ magiſtratus ſui annũ, prætores in vrbe manerent, è quibus duo, more priſco, ius dicerẽt: reliq. quattuor publicis iudiciis præeſſet, inde omnes exacto anno, ſorte in prouincias prætorias mitterẽtur. Cornelius deinde Sulla Dictator auxit Quæſtionũ publicarum numerũ pariterque Prætorum. non tamẽ eatenus, vt quot Quæſtiones eſſent, totidẽ Prætores: (errat largiter Pomponius, q̃d id ſenſit, q̃ plures ſæpe Quæſtiones apud eundẽ prætorem exercitas conſtat) ſed in vniuerſum addidit duos. Ita nõ plures octo Prætores ad Ciceronis æuũ: idque ex variis eius ſcriptis clarũ, non decẽ, vt voluit Iuriſconſultus. Oppreſſa mox rep. C. Cæſar* Dictator

Prætorum origo. Progreſſus.

Quæſtiones perpetuæ. quando

Sulla auget prætorum numerum.

Poponius errat in præt.

Sub Cæſare. quot præt.

Ayuntamiento de Madrid

Anno vrbis DCCVII.

*Dictator primus inſtituit decem, quò pluribus bellorum ſociis honorem eum gratificaretur.* Dio lib. XLII ἵνα πλείους αὐτῷ (*συναγωνιστῶν intellego*) ἀμείψηται, στρατηγούς τε δέκα ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος ἀπέδειξε, καὶ ἱερέας ὑπὲρ τὸ νενομισμένον. *quæ Pomponium refellunt diſertim. Sed nec in eo numero perſtitit Cæſar, creauitque biennio poſt* XIIII *tertioque anno poſt,* XVI *idque, vt Dio addit, in multos annos. At Auguſtus rep. & imperio potitus, pariter varium ſe in hac creatione geſſit. Anno vrbis* DCCXXXI. *minuit Cæſarianum numerum retraxitque ad decem.* Dio LIII. τοῦτό τε οὕτως ὁ Αὔγουστος ἐποίησε, καὶ στρατηγοὺς δέκα, ὡς οὐδὲν ἔτι πλειόνων δεόμενος ἀπέδειξε. *Anno* DCCLXIIII *creauit* XVI. *propter turbam competitorum: ita tamen (ait Dio lib.* LVI *) vt poſterioribus deinceps multis annis* XII *duntaxat crearet. Atque hoc eſt quod hic Tacitus de duodenario numero tradito ab Auguſto adſeuerat: verè & rectè, ſi reſpicias inſtituta eius extrema. Nam ad prima adiecit oculos Pomponius, qui* XVI. *prætores conſtituit ſub Auguſto: & in tempore ſaltè errat. At quod Tiberium iuraſſe Tacitus ait ſe numerum* XII. *non exceſſurum, quis Pontifex periurio eum ſoluet? Nam ego manifeſto hominem teneo ex Dionis teſtimonio lib* LVIII. *qui adfirmat Tiberium, anno vrbis* DCCXXCVI *quindecim Prætores creaſſe, additque:* καὶ τοῦτο ἐπὶ πολλὰ ἔτη συνέβη, ὥστε ποτὲ μὲν ὅτε ἑκκαίδεκα, ἔστι δ' ὅτε καὶ παρ' ἕνα ἢ καὶ δύο χειροτονεῖσθαι. *Imo Claudius Imp. alias* XIIII. *alias* XVIII. *creauit: interdum medio inter hos numero. Vide eundem Græcum, lib.* LX.

Hæc ex Dione l. XLIII. Sub Auguſto quot.

Varietas magna in numero.

Tiberius falſo adieruit ſe non exceſſurum.

Sub Claudio quot.

Tunc primum comitia è campo ad patres tranſlata ſunt. *Comitiorum res, amiſſa libertate, variè habita. Iulius Cæſar ius creandi magiſtratus non totum à populo tulit, vmbra adhuc ſeruitute: ſed cum eo diuiſit, Suetonius ſatis clare, cap.* XLI. Comitia

Comitia qualia ſub Cæſare.

cum

cum populo partitus eſt, vt exceptis conſulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiarentur (*iuſtum comitiorum verbum eſſet, renuntiarentur*) pro parte altera, quos ipſe dediſſet. (*ſcribe* *ediдiſſet*.) Et edebat per libellos circum tribus miſſos ſcriptura breui, Cæſar Dictator illi tribui Commendo vobis illum & illum, vt veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. *Vbi vides, conſulibus exceptis, in ceterorum ſuffragia æquale ius principi fuiſſe cum plebe. Nam Conſules quidem, ſummi imperij olim nomen, & ipſe & ſecuti principes ſibi poſuerunt Senatui ſibique. Auguſtus deinde.* Comitiorum priſtinum Ius (*verba Suetonij ſunt, cap.* XL.) reduxit: ac multiplici pœna coercito ambitu, die comitiorum tribulibus ſuis, &c. *Quo loco priſtinum ius, non vetus illud accipio quod integra libertate: ſed hoc idem, quod à patre eius Iulio inſtitutum. Priſtinum tamen vocat, quia per bella ciuilia & impotentem Triumuiratum, abolitus Cæſarianus mos, quem reduxit longo interuallo nunc Auguſtus. Eum Suetonij ſenſum (nam interpretes ſilent aut vacillant) aſtruo ex Dione lib.* LIII. ὅ τε δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὸ πλῆθος αὖ συνελέγετο· οὐ μέντοι καὶ ἐπράττετό τι, ὃ μὴ καὶ ἐκείνῳ ἤρεσκε. τοὺς γοῦν ἄρξοντας, τοὺς μὲν αὐτὸς ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, τοὺς δὲ καὶ ἐπὶ τῷ δήμῳ τῷ τε ὁμίλῳ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιούμενος ἐπεμελεῖτο ὅπως μήτ᾽ ἀνεπιτήδειοι, μήτ᾽ ἐκ παρακελεύσεως, ἢ καὶ δεκασμοῦ ἀποδεικνύωνται). *Aliquid tamen plebi etiam cum Conſulum comitiis fuiſſe, videtur colligi ex Dione* LIIII. *in actis anni* DCCXXXIII. *Tiberius primus, animis Quiritium fractis iam & ad ſeruitium factis, ius omne ſibi & Senatui ſumpſit, populi nullo loco. Quod Tacitus his verba*

Suetonij leuiuſculæ cor lectiones.

Comitia ſub Aug.

Suetonius explicatus præter mentem vulgi.

Comitia Tiberiana, cuiuſmodi.

*verbis voluit*, comitia è campo ad patres tralata. *Sed in Conſulibus quid eius anno fuerit, Tacitus ipſe effari nō (q. eſt fine huius libri*; De comitiis cōſularibus, quæ tū primum illo principe ac deinceps fuêre, vix quidquam firmare auſim. adeò diuerſa non modò apud autores, ſed in ipſius orationibus reperiuntur. *Poteſt Dio: qui videtur omnē conſulum renuntiationē ad Tiberium referre: aliorum magiſtratuū ad Senatum, commedatione principis interpoſita, quem lib.* L V I I I. *vide ex eo tempore expers ſuffragiorum populus, donec Caius* Tētauit comitiorum more reuocato, ſuffragia populo reddere. *ait Sueton. cap.* XVI. *ſcilicet Tiberij inſtituto omiſſo, Auguſti reuocato: ſed idem ille omiſit, Tiberianúmque morem, apud ſecutos principes valuiſſe deinceps, clarum ex memoria rerum.*

In conſulibus obſcura

Ludi Auguſtales.

Origo eorū.

Ludos, qui de nomine Auguſti Faſtis additi Auguſtales vocarentur. *Verum eſt. nā & in Kalēdario veteri hodiéque legimus,* IV. *eid. Octob.* AVG V S T. *id eſt, Auguſtalia. Eorum ludorum originē reperio, anno* D C C X X X V. *cùm ex Græcienſi & Sicula peregrinatione redux Auguſtus, paſſus eſt inter alios honores,* τύχῃ τε ἐπαναγωγῷ (*Fortunā Reducē Latini dicunt*) βωμὸν ἱδρυθῆναι, καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἀφίκοιτο, ἔν τε ταῖς ἱερομηνίαις ἀριθμεῖσθαι, καὶ Αὐγουστάλια ὀνομάζεσθαι. *Ludi que eo die ex decreto Senatus instituti, octēnio poſterius, Aelio Tuberone, Paullo Fabio Coſſ. Id e ſcriptor* τὰ δὲ δὴ Αὐγουστάλια, καὶ νῦν ἄγεται. τότε πρῶτον ἐκ δόγματος ἐτελέσθη. *At Suidæ Auguſtale eſtā lpens eſt, in quo præfecti regionū & cultores Auguſti ſaltabant, Idibus Octobris. Video hominem alludere velle ad hos ludos: ſed ita, vt eum planè non capiam.* Αὐγουστεῖον, *inquit,* ἐκλήθη διότι τῇ ιέ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς οἱ ῥεγεωνάρχαι καὶ οἱ σεβαστοφόροι ἐχόρευον ἐν τῷ Αὐγουστείῳ, οἷον ἐν

Suidæ obſcurior nota.

τῷ

τοῦ ὀψεπωλίῳ, εἰς τιμὴν πλέζειν. *Seies tamen & alios ludos fuiſſe, die natali Auguſti, qui pariter celebrabantur in Circo, notatos Faſtis, VIII Kal Octob. Quorum mentio eſt Dioni in actis anni* DCCXLIII. *& Suetonio, niſi fallor, cap.* LVII. Equites Romani natalē eius ſponte atque conſenſu biduo ſemper celebrarūt. *Quos intellegit & Ouid. lib* IV. *de Pōto:*

Ludi natalitij Auguſti.

Pontica me tellus, quantis hac poſſumus ora
Natalem ludis ſcit celebrare Dei.

Ouidius explicatus.

*Sed eos caue cum Auguſtalibus confundas.*

Vtque per Circum triumphali veſte vterérur. *Tribuni, mortuo Auguſto, prafecti his ludis, ait Dio, quaſi ſacri: vt id quoque cederet honori Auguſti. Ludi autem ipſi, Circenſes, id eſt curules, & ſi ſo tè Venatio. Quod veſtem triumphalem petunt Tribuni: faciunt ad exemplum Conſulum & Pratorum, quibus in Circo ludos prabentibus ius toga picta. Iuuenalis:*

Auguſtalia, edita à Tribunis.
Cuius generis ij ludi.
Toga picta pretorib. per ludos.

——— ſimiliſque triumpho
Prædo caballorum Prætor ſedet ———

*Quo verſu baſi aliquando, num leg.* præda: *quia magna ſcilicet pecunia vis effundenda pratori in aurigas & equos, iiſq; ipſe quaſi prada. Idem alibi,*

Adde inſtitutiō de Iuuenalis lectione.

——— & medio ſublimem in puluere Circi
In tunica Iouis, & pictæ Sarrana ferentem.
Ex humeris aulæa togæ.

*Nec alius ſententia illud Corne'ij noſtri, lib.* XII. Ludicro Circenſium Britannicus in prætexta, Nero triumphalium veſte tranſuecti ſunt. *vt dicam in loco.*

Curru vehi haud permiſſum. *Ne prorſus aquarentur poteſtati maiori. De curru Pratorum in Circo, Iuuenalis,*

Prætores curru vecti in Circo.

Quid ſi vidiſſet prætorem in curribus altis.
Exſtantem?

*Plinius:* Non vetus & bigarum celebratio in his



Ayuntamiento de Madrid

qui prætura functi, curru vecti eſſent per Circum. *De conſulum, Plinius alter in Laudatione Traiani:* Nos ſub tuis oculis auguſtior ſolito currus accipit: nos inter ſecunda omnia & vota certantia vehemur alacres, & incerti vtra ex parte maior auribus noſtris clamor accidat. *Scripſique de hu vberius peculiari D. ſpectaculis libro, cui Saturnalia Index.*

Etiam Conſules.

PAG. 31. Dux olim theatralium operarum, & miſcere cœtus hiſtrionali ſtudio doctus. *In theatro, ſicut in Circo, ſuæ partes & factiones diſtracto videlicet fauore plebis in hunc hiſtrionem, in illum. Eæ non rarò in tumultum exibant, imò pugnam, imò cædem. Dux his factionibus & ſignifer, leuiſſimus quiſque è plebe: cui lingua manuſque ad iniurias & contumelias promptæ. Ab vno exemplo diſce rem totam, apud Suetonium Nerone, cap* XXVI. Interdiu quoque clàm geſtatoria ſella delatus in theatrū, ſeditionibus Pantomimorum ex parte proſcenij ſuperiore, ſignifer ſimul ac ſpectator aderat. & cùm ad manus vētum eſſet, lapidibúſque & ſubſelliorum fragminibus decerneretur, multa & ipſe iecit in populum, atque etiam prætoris caput conſauciauit. *Operæ autem theatrales Tacito: vt Ciceroni, operæ Clodianæ: & in lapide priſco,* OPERAE. VETERES. A. SCAENA. *Plinio etiam operæ in Circo, ſed à me correcto lib.* IIX. *cap.* VI. L. Piſo inductos dumtaxat (*elephantos intellegit*) in Circum, atque vt contemptus eorum increſceret, ab operariis haſtas præpilatas habentibus, per circum totum actos. *vbi,* ab operis, *ſcribendum eſſe confirmo.*

Factiones theatri.

Vide aliquid in Epiſtol. meis, lib. I. cap. I.

Operæ theatrales.

Plinius correctus.

Quòd tricena aut quadragena ſtipendia ſenes toleret. *Qui ergo, & quot, legitimæ militiæ anni? nec enim rem in procliui cares, quam imber cùm pluit,*

De ſtipendiorum vero numero.

ait

Ayuntamiento de Madrid

*ait ille. Et antiquitus quidem Seruianam formulam tenuiſſe credo, vt initium militiæ eſſet annus decimus ſeptimus, finis, quadrageſimus ſextus. Tubero apud Agell. l. X,* Seruius Tullius Rex populi R. pueros eſſe exiſtimauit, qui minores eſſent annis ſeptemdecim, atque inde ab anno XVII. quos idoneos iam eſſe reip. arbitraretur, milites ſcripſiſſe: eóſque ad annum quadrageſimum ſextum iuniores, ſupráque eum annum ſeniores appellauit. *Nec variatum de initio, niſi forte ſub bella Punica, acciſis patriæ rebus. Liuius:* Tribuni plebis ad populum ferrent, vt qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem & viginti (*mendum eſt, & ſcribe ex manuſ.* ſeptem & decem) annorum aut maiores milites facti eſſent. *Idque tamen ipſum vetitum mox C. Gracchi lege, qui cauit νεώτερον ἑπτὰ ἢ τὸν καὶ δέκα, μὴ καταλέγεσθαι στρατιώτην. Plutarchus in Gracchis. Id ó ſue Seruius, in illud Virgilij.*

*Annus XVII initium Romanæ militiæ.*

*Lib. X. cap. XXVIII.*

*Lib. XXV.*

*Correctus Liuius.*

*Gracchi lex.*

Ante vrbem pueri & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis.

Benè Romanæ militiæ exprimit morem. Nam poſt pubertatem armis exercebantur, & decimoſeptimo anno militabant: quo etiam ſolo ſub cuſtodibus agebant.

*At in fine militiæ, poſterior ætas aliquid mutauit. Nõ enim quadrageſimuſſextus annus, vti Seruio placitũ, vacationem militiæ dabat: ſed quinquageſimus, quo validæ adhuc ſcilicet & crudæ vires. Quæ lex id ſciuerit, aut quando, incertum: lex tamen: Seneca,* Lex à quinquageſimo anno militem non cogit, à ſexageſimo Senatorem non citat. *Pater eius; nullo aliter id poſtremum:* Senator poſt ſexageſimum & quintũ annũ in curia venire nõ cogitur; *ſed numeris corruptis, & corrigẽdũ, ad exẽplũ prius. Liu. l. 42.*

*Annus quinquageſimus immunis à militia.*

*De Breuitate vitæ, c. vii.*

*Lib. II. Controu. vlt.*



Ayuntamiento de Madrid

Nec vlli, qui non maior annis quinquaginta eſſet vacationem militiæ eſſe. *Quot militiæ anni, dixi: nunc quæ fuerint, quæram. Et primo quidem numerũ definitum ſtipendiorum, vt opinor, hoc tantum obtinuit, vt quotiens bellum incidiſſet, rogari ſacramento omnes poſſent intra eos terminos ætatis quos poſui. Cõmoda enim adhuc militiæ non erant, nec hiberna caſtra quidem, aut perpetuæ legiones. At ſtipendio militari conſtituto, præmiis etiam emeritis decretis, emerito & veteri milite in agros coloniáſq; deducto pro bono viſum patribus, definire certum ſtipendiorum tẽpus, quo exacto, cõmoda veteranorum haberent & nomẽ. Credóque ſtipendia prima, definita viginti quinque annis. Seruius id mihi perſuadet in Virgilij illud.*

Quot anni ſtipendiorũ.

Quando videantur cœpiſſe.

——— ſacrata reſoluere iura Militiæ, *ait*, tria ſunt genera. Plerumque enim Euocati dicuntur. & non ſunt milites, ſed pro milite. vnde Salluſtius, Neu quis miles, néue pro milite. Plerumque Tumultuarij, hoc eſt qui ad vnum militant bellum. Plerumque ſacramento rogati, qui poſt electionem in remp. iurant. & hi ſunt qui habent plenam militiam. Nam & vigintiquinque annis tenentur. *Nec ambigo, quin id ſcitum valuerit ad ciuilia bella Triumuiratum, quibus rapta præmia, nõ data. Liuij locus non me mouet loco, lib.* XLII. *qui ſtipendia definit annis* XXII. *Nam excuſans ſe à belli munere Sp. Liguſtinus ſic loquitur:* Quater intra paucos annos primum pilum duxi: quater & tricies virtutis cauſſa donatus ab Imperatoribus ſum ſex ciuicas coronas accepi. XXII. ſtipendia annua in exercitu emerita habeo: & maior annis ſum quinquaginta. *Mẽdũ enim conſtat de vitio eius ſcripturæ, ex ratione annorum. Nam Sp. hic Liguſtinus auſpicatus eſt militiam P. Sulpicio, C. Aurelio Coſſ. vt ipſe fatetur exordio huiuſce orationis. Atqui*

Hæc eadem Iſidorus è Seruio ſumpſit, iiſdẽ ferè verbis, lib. 9. in voce Sacramentum.

Solutus nodus, è Liuij loco.



Ayuntamiento de Madrid

*ab iis Conſulibus ad P. Licinium & C. Caſſium quo anno hæc geſta, clarum eſt annos intereſſe* XXX. *Ergo cum ipſum numerum in Liuio hic non tam de re contendã, etiã cõtra libros. Hæc in rep. libera. Oppreſſa ab Auguſto, ipſe, vt multa in militia, ſic in ſtipendiorũ numero mutauit, reduxitque, in gratiã turbæ militaris ad annos* X X. *quibus expletis cenſebantur Veterani. Suidas.* Βετεράνος παρὰ ῥωμαίοις, ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας ἐπὶ εἰκοσαετίαν δὲ οὗτοι ἐδούλευον. *Dio, & Tacitus infrà. Quæ dixi, in pedeſtri militia obtinuerunt: aliud fuiſſe videtur in equite, qui dena ſtipendia tantum fecerunt, ſi rectè Liuium capio lib.* XXVII. Illis omnibus adempti equi, qui Cannenſium legionum equites in Sicilia erant, addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita ſtipẽdia procederent iis qui equo publico meruerant, ſed dena ſtipendia equis priuatis facerent. *Nec mirum etiam in hac parte potiorem fuiſſe equitum conditionem.*

Ipſe correctus.

Auguſtus definit ſtipẽdia.

Veterani qui propriè dicti.

Equeſtria ſtipendia quæ.

Apud vexillum retentos. *Attende qui hiſtoriam principum legis. Apud antiquos ſimplex & vna honeſta Miſſio: ab Auguſti æuo facta duplex: Exauctoratio & Miſſio. Tacitus auctor ſic diſtinguendi, infra:* Placitum vt epiſtolæ nomine principis ſcriberẽtur, miſſionem dari vicena ſtipendia meritis, exauctorari qui ſenadena feciſſent, ac retineri ſub vexillo, ceterorũ immunes, niſi propulſandi hoſtis. *Exauctorationis eſt vis, vt (exempli cauſſa) legio aliqua ſacramento ſolueretur, ſignis aquilaq; adẽptis: nõ tamen dimitteretur protenus, ſed ſeorſum in exercitu ageret ſub vno aliquo vexillo, donec præmia ſoluerentur & agri. Interea immunis à labore, excubiis, vigiliis, & munere omni caſtrenſi eſſet, excepta pugna in hoſtem. At plenæ miſſionis effectus, vt ſtatim ab exercitu caſtriſque domum aut in colonias irent, præ-*

Duplex ſub Aug. miſſio.

Exauctoratio propriè, quid Ad vexillum retineri.

Plena miſſio quid.



Ayuntamiento de Madrid

*mus acceptis Cui bono hoc inuentum ? inquies. Bono fiſci. Suetonius in Tiberio, cap.* XLVIII. Atque etiam miſſiones veteranorum rariſſimas fecit, ex ſenio mortem, ex morte compendium captans. *Præmia enim, de quibus mox dicam, mortuis non debebantur : ſicut nec cum cauſſa miſſis, ante ſtipendia completa. (Ideò Caligula Suetonio narrante, cap.* XLIIII.) in exercitu recenſendo, pleriſque Centurionum maturis iam, & nonnullis ante pauciſſimos quàm conſummaturi eſſent dies, primos pilos ademit, cauſſatus ſenium cuiuſque & imbecillitatem. *Caput ergo nunc, cur hic de tricenis quadragenisque ſtipendiis querela : & infrà à toties mentio retentionis apud vexillum, fons Pannonicæ & Germanicæ ſeditionis.*

Caussa inuenti eius diſcriminis.

Alio vocabulo *Quomodo? Veterani enim propriè dicebantur, non legionarij. Ita lib.* III. Vexillum veteranorum, non plus quingenti. *Historiar. lib.* III. Ipſum Othonem comitabantur ſpeculatorũ lecta corpora cum ceteris prætoriis cohortibus, veterani è prætorio, claſſicorum ingens numerus. *Nam & Prætoriani post* XVI. *annos habebantur ſub vexillo. Dicti etiam Emeriti. Gloſſa priſcæ,* Emeritus, ἔντιμος κατὰ στρατιωτικοὺς καμάτους. *Sæpe item Vexillarij. Vt mox,* Vexillarij diſcordium legionum : *in Hiſtoriarum libris,* Vexillarij XIII. XV. legionum, *&c. De iiſdem laboribus, quod adeant : mentiuntur.*

Veterani, iidem cum exauctoratis

Emeriti etiã dicti.

Et Vexillarij.

Ac ſi quis tot caſus vita ſuperauerit. *Nonne melius ?* ſi qui tot caſus vitæ ſuperauerint.

Vbi per nomen agrorum, vligines paludum vel inculta montium accipiant. *Id quidem contra leges militares. Nam in Flacco Siculo lege,* Siluas & loca aſpera in aſſignationem non veniſſe. ſi quid amari vel incerti ſoli eſſet, id aſsignatione non datum:

Paludes militi non adſignatæ.

Ayuntamiento de Madrid

datum: ſed militi veteranóque, culturam aſsignatam.

Denis in diem aſsibus animam & corpus æſtimari. *Gordius, vt multis viſum, hic nodus: nec ego tamen Alexander: ſoluam enim, non ſcindam. Originem & progreſſum ſtipendij Romani docui nuper in Electis, & verè. Aureus in menſem fuit, id eſt, deni in diem aſſes, vt hic milites fatentur. Quomodo ergo iidem milites ſtatim denarium petunt, quaſi ad ſtipendium augendum?* Vt ſingulos denarios mererent. *&,* Vt denarius diurnum ſtipendium foret. *Nónne enim, inquiunt, denarius idem quod deni aſſes? Et Æmilius Ferretus quidem poſt multum æſtuum hæſit in hoc vado. Locos eos pugnantes ſic conciliat, quaſi milites petant, inquit, duplicari ſtipendium: id eſt alios denos aſſes præter illos datos. Vir optimus non didicit conciliaturas. Quod Suetonius dicit voluiſſe eos æquari ſtipendio Prætorianis, (qui autem binos denarios capiebant:) de Germanico milite dixit, non de Pannonio, vt cenſet ipſe, & poſt eum vir doctus. Dio, de hac ſeditione nimis clare,* τό τε οὖν ..., καθ' ὑπὲρ ἑκκαίδεκα ἔτη στρατεύεσθαι ἤθελον καὶ δραχμὴν ἡμερησίαν φέρειν, τά τε ἆθλα εὐθὺς αὐτοῦ ἐν τῷ στρατοπέδῳ λαμβάνειν ἠξίουν. *En petebant, ait,* δραχμὴν ἡμερησίαν. *non ergo duas, vt volunt illi. Sed quid ad illud? res ſic ſe habet. Aliud illo æuo Denarius, aliud Deni aſſes. Per bella videlicet ciuilia (& ſentimus etiam nunc) creuerat auri precium & argenti. Itaque Denarius* XVI. *primò aſſibus, (& pro ratione, ſeſtertius item aſſibus quattuor, quod ex Meciano & Vitruuio diſce) tandem æſtimari* XII. *cœpit. in eóque ſtetit, Auguſti & ſequentium aliquot Principum æuo. Quo argumento? Claro quidem, è loco Suetonij vt nos eum emendauimus erchettra nõ dubio conſenſu, in Domit. cap.* VII.

Cap. II.

Deni aſſes diurnum militis.

Errat Ferretus, refellitúrque. Turpi notione conciliaturæ vox.

Diſcrimen inter Denarium & Denos aſſes.



Ayuntamiento de Madrid

Vide Electa.

*Ex quo clarum, Aureum Romani militis ſtipendiũ fuiſſe in menſes. At ſi aureus: ergo non plus* XXV. *denarijs. Abi nunc ad menſularios, & reduc denos in diem aſſis (ita vt menſis dies habeat triginta) ad denarios* XXV. *reperies Denarium ipſum planiſſimè valuiſſe duodecim aſſes. Quid ergo miraris, ſi milites pro denis aſſibus Denarium petant: vt quinque ſcilicet denarios in menſem facerent lucri? At acriter in hanc ſententiam pugnat Plinius, qui ait in militari ſtipendio ſemper denarium pro decem aſſibus datum. Pugnet. ego eum tam tranquillum reddam, quàm alcedo olim mare. Nam Plinius quidem placidè à me eſt. Ea, inquit, ſeueritas diſciplinæ militaris fuit, vt quamquam denarij pretium ſæpius auctũ miles tamen nihil inde commodi ſenſerit, ſed proinde illi in ſtipendium denarius proceſſit, quaſi ſi eſſet tantum aſſium denũ. Ea Plinij mens: aut ſi alia, de priſca rep. ſenſit, non de hac Auguſtea. Simile prorſus ante annos paucos vidimus in vrbe, vrbium ocello. Hiſpani militis in petulanti illa ſeditione præcipuum poſtulatum fuit, vt Aureos in ſolutũ acciperet priſca æſtimatione, non hac grandi quam obtinebat. Nec impetrauit. Fecitque lucri in auro preſſo fiſcus: quod olim argenti reſp. Romana. Porrò quod ad modum hunc ſtipendij attinet ſcire licet eundem propemodũ fuiſſe Græcis. Daricum enim in menſes accipiebant, id eſt* XX. *drachmas in expeditione Cyri, ſeſquidaricum extorſerunt, tantùm non per ſeditionem. Xenophon, lib. I.* περὶ ἀναβάσεως κύρου. ὁ κῦρος ὑπισχνεῖται ἡμιόλιον πᾶσι δώσειν οὗ πρότερον ἔφερον, ἀντὶ δαρεικοῦ, τρία ἡμιδαρεικὰ τοῦ μηνὸς τῷ στρατιώτῃ. *Et ſimilis de Darico menſtruo locus,* VII. *lib. Melior ergo conditio militis Romani.*

Eruta denarij æſtimatio ex Aureo menſtruo.

Lib. XXXIII. cap. 3.

E Plinio obiectum, ſolutum.

Græcanici ſtipendij idem modus ferè.

Hinc veſtem, arma, tentoria redemi. *Vides ergo, aucto à Iulio vel ab Auguſto ſtipendio, abrogatam illam*

Veſtis militi non vltra è publico.

Ayuntamiento de Madrid

*illam Gracchi legem, quæ militi è publico veſtem dari iuſſit, ſine vlla ſtipendij detractione. Quod ſuggerat me admonere ea electu, cap. De ſtipendio.*

P A G. 32. Vacationes munerum redimi. *Scripſi ea re de ad libros Hiſtoriarum.*

Ne vltrà ſub vexillis tenerentur, ſed iiſdem in caſtris præmium pecunia ſolueretur. *Quæ eſt iſtud pecuniarium præmium? Suetonius id quoque ab Auguſto eſſe oſtendit, ſed eſſe obſcurius, cap.* XLIX. Præmiū pecuniariū in miſsione.
Quidquid vbique militum eſſet, ad certam ſtipendiorum præmiorúmque formulam aſtrinxit: definitis, pro gradu cuiuſque, & temporibus militiæ, & commodis miſſionum: ne aut ætate aut inopia poſt miſſionem ſollicitari ad res nouas poſſent. *Nam commoda miſsionum, hanc pecuniam accepit. Sed clariſsimè Dio, lib.* LV. *ſumma etiam præmij expreſſa:* χαλεπῶς δὲ δὴ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὴν τῶν ἄθλων σμικρότητα διὰ τοὺς πολέμους τοὺς τότε ἐνεστηκότας οὐχ ἥκιστα ἐχόντων, καὶ μηδενὸς ἔξω τοῦ τεταγμένου τῆς στρατείας σφίσι χρόνου ὅπλα λαβεῖν ἐθελόντος, ἐψηφίσθη, τοῖς μὲν ἐκ τοῦ δορυφορικοῦ πεντακισχιλίας δραχμὰς ἐπειδὰν ἑκκαίδεκα ἔτη, τοῖς δὲ ἑτέροις τρισχιλίας ἐπειδὰν εἴκοσι στρατεύσωνται, δίδοσθαι, *id eſt:* Cùm milites præmiorum tenuitatem, ob bella tunc exorta, ægrè ferrent, nec facilè quiſquā extra definitum militiæ tempus arma ſumere vellet decretum eſt, vt Prætorianis quinque millia drachmarum poſtquam ſedecim annos, reliquis tria millia darentur, poſtquam viginti militaſſent. *Ex quo loco pronum mihi eluere vetuſtam Suetonij maculam, Cal. cap.* XLIV. Præmij eius definita ab Augu. ſumma. Suetonius emaculatus.
Ceterorum increpita cupiditate, commoda emeritæ militiæ ad ſexcentorum millium ſummam recidit. *Hæc præmia enim haud dubiè intellegit. At quomodo conſtat immane illa ſexcentorum millium*

*ſummæ: ſi ex Dione veriſſimum eſt τρισχιλίας δραχμὰς tantū, id eſt, Romano more, duodena millia nummum deſtinata iis fuiſſe? Caligula autem de ea ipſa ſumma aliquid recidit. Scribe igitur*, ad ſex milliū ſummam. *Et enim veritas: & Caligula dimidium imminuiſſe putandus eſt præmij militaris. Pretium operæ eſt ſanè hæc loca inter ſe conferri, & nō per caliginem vltra ſciri rationem militiæ ſub Auguſto. Hæc pecunia alio nomine, Emeritū dicta: quia ſcilicet emeritis debebatur. Modeſtinus*: Qui militiæ tēpus in deſertione impleuit, emerito priuatur. *Et*, Vt veteranus reſtituetur, & emerita accipiet. *Menander Arrius*, Et præmia & emeritum capiet. *Sueton. in Aug. cap.* XXIIII. Alias legiones immodeſtè miſſionem poſtulantes citra commoda emeritorum præmiorum exauctorauit *vbi male*, emeritorum & præmiorum. *Dio alibi adſerere videtur, eam pecuniam attributam pro agris, his verbis* καὶ διέταξε (*Auguſtus ſcilicet*) τά τε ἔτη ὅσα οἱ πολῖται στρατεύσοιντο καὶ τὰ χρήματα, ὅσα παυσάμενοι τῆς στρατείας, ἀντὶ τῆς χώρας, ἣν ἀεί ποτε ᾔτουν λήψοιντο. *cui ambigo an adſentiar, quia non ſemel hic in Tacito & pecuniæ mentio & agrorum.*

Emeritum, ea ipſa pecunia.

Lib. LIIII. Ea pecunia an agrorum vice data.

An prætorias cohortes quæ binos denarios acceperint. *Bini denarij decreti a Senatu Prætorianis, in honorem Auguſti: vt ſcilicet fidelem gererent eius curam, in ſalute cuius ſalus publica nixa. Id accidit in* VII. *eius Conſulatu. Si tamen Dionis verba non binos denarios meriti Prætoriani: ſed tantū,* XX. *aſſes. Nam ait*, τοῖς δορυφορήσουσιν αὐτὸν διπλάσιον τὸν μισθὸν τοῦ τοῖς ἄλλοις στρατιώταις διδομένου ψηφισθῆναι διεπράξατο. *Vnum, inquam, duplum quod ceteris militibus, datum Prætorianis: cōſtat inuidioſam orationē iſte nebulonis Percennij de duobus denarijs, & augenda rei. Quantum enim interſit, docui antè.*

Prætorianū ſtipendium.

Lib. LIII. Non exactè duo denarij.

*At*

*At exemplum hoc ſtipendij Prætoriani augendi, ſumptum à militia veteri: apud quos Prætoria cohors ſeſquiplum accipiebat, honoris cauſſa. Vide Feſtum in Prætoria cohors.*

Quæ poſt ſedecim annos penatibus ſuis reddantur. *Lapſus ergo Dio, qui lib.* LIIII. *diſertè tradit, Auguſtum definiſſe annos Prætoriis cohortibus* XII. *alijs* XVI. *Niſi tamen id decretum mutatum poſteà, Anno* DCCLVIII. *Quod apparet ex eodem Dione, lib.* LV. *vbi de præmijs militaribus. quem adi.* In a[illegible] anni DCCXLI.

Simul congerunt ceſpites, exſtruunt tribunal. *Nota morem antiquum. Tribunal Imperatorium ecce in caſtris, etiam illa ætate ceſpititium. Plinius in Laudatione Traiani:* Decora facies Conſulis: multa poſt ſecula tribunal viridi ceſpite exſtructum, nec faſcium tantùm ſed pilorum ſignorúmque honore (*malim*, horrore) circundatum. *Xiphilinus de Boodicia regina Britanniæ:* συνήγαγε δὲ τὸ στράτευμα ἀμφὶ δώδεκα μυριάδας ὄν, καὶ ἀνέβη ἐπὶ βῆμα ἐκ γῆς ἑλώδους ἐς τὸ Ῥωμαϊκὸν τρόπον πεποιημένον. *Eleganter.* & aſcendit, inquit, tribunal è terra paluſtri, more Romano confectum. *Ammianus lib.* XXIII. Ipſe aggere glebali aſſiſtens, coronâq; celſarum circundatus poteſtatũ, talia ore ſereno diſſeruit. *Lucan. lib.* V. *de* Cæſare *concionante,* Ceſpiticij tribunalis occultior mos. Plinius ſtrictim correctus.

---- ſtetit aggere fulti
Ceſpitis, intrepidus vultu, meruitque timeri
Non metuens.

*Plutarchus in Pompeio:* βήματος δὲ οὐκ ὄντος, οὐδὲ τῶν στρατιωτικῶν γενέσθαι φθάσαντος, ὃ ποιοῦσιν αὐτοὶ, τῆς γῆς ἐκτομὰς βαθείας λαμβάνοντες, καὶ κατ᾽ ἀλλήλων συντιθέντες, &c.

Clamitans, mea potius cæde imbuite manus. *Mirari videri poſſit, & quid cauſſæ, cur ob tribunal ceſpiticium adeo inclamet Blæſus? Nã ſubiungit,* Leuiore Tribunalis erectio, quid ſignet.

flagi

flagitio legatum interficietis, quàm ab Imperatore deſciſcitis. *Capitale ergo adeò facinus illud? capitale prorſus. Nam tribunalis exſtructio, ſignum eligendi noui Imperatoris: quod allocuturus milites conſcenderet. Simile apud Vopiſcum in Probo.* Vndique ab omnibus adclamatum eſt, Probe Auguſte dij te ſeruent. Deinde concurſus, & ceſpiticium tribunal, appellatúſque Imperator. *Et exempla quæ adduxi ſuprà, omnia ad imperatores pertinent.*

Solius Imp. id eſſe.

PAG. 33. Nauporto, quod municipij inſtar erat. *Meminit & Velleius. Strabo collocat in Tauriſcis, ſitu ab Aquileia ſtadiis* C C C L. *ſed vocat* Ναύποντον *corruptè, vt opinor.*

Lib. VII. Nauportū.

Aufidienum Rufum, Præfectum caſtrorum. *Munus fuit, neſcio an antiquum. mentionem quidem eius antè Principes nondum inueni: poſteà ſæpius. Deſcribit Vegetius lib.* II. *cap.* X. Erat etiam caſtrorum Præfectus licet inferior dignitate, tamen occupatus non mediocribus cauſis. Ad quem caſtrorum poſitio, valli & foſſæ deſtinatio (*neſcio an deſignatio*) pertinebat. Tabernacula vel caſæ militum cum impedimentis omnibus nutu ipſius curabantur: præterea ægri contubernales, & medici à quibus curabantur vehicula, ſagittarij, nec non ferramenta quibus materia ſecatur vel cæditur: item ligna vel ſtramina, arietes, onagri, balliſtæ, ceteraque genera tormentorum procurabat aliquando ne deeſſent. Is poſt longā probatámque militiam legebatur, vt certè (*potius rectè*) doceret alios, quod ipſe cum laude feciſſet. *Quæ verba ad lucem huius loci pertinent, & plurium infrà in quibus de caſtrorum Præfecto. Cuique autem legioni ſuus caſtrorum præfectus fuit ſi tamen tenderet ſeorſum. Colligo ex Tacito, lib.* X I V. Pœnius Poſthumus, Præfectus caſtrorum ſecundæ legionis.

Præf. caſtrorū, quando.

Vegetius emendatus obiter.

Quæque legio ſuū præf. habuit.

&

Ayuntamiento de Madrid

*& Velleio, lib. II.* At è præfectis caſtrorum duobus, quàm clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit. *Supra Tribunos militum collocare eos viſus noſter Hiſtor ſecundo in pompa Vitelliana.* Ante aquillam Præfecti caſtrorum, Tribunique, & primi Centurionum candida veſte. *Vir eg egius, cuius memoriam amo, colo, in Semeſtribus ſuis cenſuit hunc eundem eſſe cum Prætorij Præf. cto. & Veſpaſiani, auum etiam auget hac dignitate, quoniam Suetonius ſcripſerit:* Pollâ patrem habuit Veſpaſium Pollionem ter Tribunum militum, Præfectûmque caſtrorum *Abi vir maxime, lucrifac, reliqua virtutis tua cauſſa, cenſoriam notam.*

Lapſus viri docti, qui hûc confundit cũ præf. præt.

Quem direptum vehiculo. *Melius* dereptum.

PAG. 34. Inuictus operis ac laboris. *Medicea ſcriptura*, intus operis. *Fortè*, nimius operis.

Claudi carcere iubet. *In caſtris ſtatiuis ergo carcer. & cùm exercitus moueret, eoſdem catena trahebant, more militari, vt alibi dicam. Iuuenalis, ſat.* VI.

Carcer caſtrorum.

Inde fides arti, ſonuit ſi dextera ferro
Læuáque, ſi longo caſtrorum in carcere manſit.

Iugulauit per gladiatores ſuos. *Refer ad ſolutum ſaculi eius morem, quo Præſides & Præfecti prouinciarum, familias gladiatorum alebant ad ſpectacula exhibenda. Non enim inter milites lecti, ne erres.*

Gladiatores apud præſides.

PAG. 35. Cui militaribus facetiis vocabulum, Cedò alteram indiderant. *Moris huius militaris exemplum item in Aureliani vita:* Huic ſignum exercitus appoſuerat, Manu ad ferrum: vt ſi fortè quæreretur quis Aurelianus aliquid feciſſet, vel geſsiſſet, ſuggeretur, Aurelianus manu ad ferrum. *De vite autem Centurionum, protrita iam res & conſulta.*

Cognomina di militaris mos.

Centurionem cognomento Sirpicum. *Cauſſa huius*

*huius cognomentum me fugit. An fortè Sirpicus, à ſirpando? quod eſt ligare, nodóque conſtringere, priſca quidem voce. Vnde Sirpi, & ignata ſiue nodi. Quian verberauit obſoleto illo verbo militum aures? an quia aſperior in conſtringendis militibus duriórque.*

Sirpicus, cur dictur. Varro de L. L. lib. IIII.

Robora Germanorum, qui tum cuſtodes Imperatori aderant. *Recepit ergo iterum Germanos cuſtodes Tiberius, deſtituros poſt cladem Varianam ab Auguſto. Sueton. Aug. cap.* XLIX. *De cuſtodibus iſtis, ibi abunde.*

PAG. 36. Legiones non lætæ, vt adſolet neque inſignibus fulgentes, *De cultu & incultu inſignium hæc obſeruo. Rebus lætis & militia proſpera, ornari ſigna mos fuit, lauru, floribus, vnguentis. Claudianus.*

Ornari inſignia, quid ſueris.

Lætaturque tamen: Mauortia ſigna rubeſcunt
Floribus, & ſubitis animātur frondibus haſtæ.

Floribus coronata.

*Suetonius Claudij cap.* XIII. Verùm intra quintum diem oppreſſus eſt, legionibus in pœnitentiam religione conuerſis: poſtquàm denuntiato ad nouum Imperatorem itinere, caſu quodam an diuinitùs, neque aquilæ ornari, neque ſigna conuelli potuerunt. *Et Oroſius eadem de re:* Die dicto vt in vnum vndique ad nouum Imperatorem conuenirent, neque aquilæ ornari, neque conuelli quoquo modo ſigna mouerſue potuerunt. *Signa ergo in eiuſmodi lætitiis obuiamque itionibus ornabantur. cui rei adhibita etiam vnguenta. Plinius lib.* XIII. *cap.* IIII. Aquilæ certè ac ſigna pulueruIenta illa ac cuſtodiis horrida inunguntur etiam feſtis diebus vtinámque dicere poſſemus, quis primus inſtituiſſet. Ita eſt: hac mercede corruptæ terrarum orbem deuicêre aquilæ. *Nec aliud eſt. quod noſter hic appellat inſignium fulgorem. Ita libro* XV. Hinc agmina legionem ſterêre

Malè in Suet. aquila. plures enim legiones.

Vnguentis perfuſa.

Fulgor inſignium.

Ayuntamiento de Madrid

re fulgentibus aquilis ſignisque, & ſimulacris in modum templi. *Et Liuius etiam libro* XXVIII. Aſdrubal clamore equitum excitatus, vt ex tabernaculo proſiluit, tumultúmque ante vallum & trepidationem ſuorum, & procul ſigna legionum fulgentia plenoſque hoſtium campos vidit *erſi paullo aliter id accipiq de fulgore argenti, puluere deterſo: quia nondum illo ano notus luxuria mos. Contra in triſtitia & rebus artis, ſigna horrida & incompta. Tacitus in funere Germanici*: Præcedebant incompta ſigna, verſi faſces. *Libro* IV. *Hiſtor*. Repulſæ imperatorum imagines, inuexa ſigna, fulgentibus hinc inde Gallorum vexillis. *Libro* XV. *de fuga Pæti*. Corbulo cum ſuis copiis apud ripam Euphratis obuius, non eam ſpeciem inſignium & armorum prætulit, vt diuerſitatem exprobraret. *Nec plura mihi notata de hoc parum cognito adhuc militiæ ritu.* Signa incōpta, quid, & quando.

Atrox clamor, repente quies. *Video expulſam priſcam vocem*, repens quies.

PAG. 37. Nunquámne niſi ad ſe filios familiarum venturos, *Verior lectio è verborum tractu*: numquámne ad ſe niſi filiosf. Taciti tranſpoſitio.

Luna clariore pæne cælo viſa langueſcere *Quid hoc, clariore pæne cælo? caſſa palearum, ſi examinas. A Beroaldo ea lectio eſt, quam ſperne: & ſubſtitue*, Luna claro repente cælo. *Facit ſententia, & priſca ſcriptura*, clamore pena cælo. *Claro autem cælo is lunæ languor: & ideò ſequitur*, poſtquam ortæ nubes offecère viſui. Correctus Tacit.

PAG. 38. Igitur æris ſono, tubarum cornuúmque concentu. *Clarum exemplum vanæ religionis, ad leuandos Lunæ labores. Ita enim opinio erat Iuuenalis, nimis facetè de ſexu tinniente:* Tinnitus æris in defectu Lunæ.

Vna laboranti poterit ſuccurrere Lunæ.

*Liuius*

Ayuntamiento de Madrid

*Liuius lib.* XXVI. Diſpoſita in muris Campanorum imbellis multitudo cum æris crepitu, qualis in defectu Lunæ ſilenti nocte cieri ſolet. *Plura doctiſſimus Turnebus lib.* XXII *cap.* XXIII.

Nobilitate ingenita. *Non verba ea concoquo, non ſenſum.*

Iuſtus Catonius quis.

PAG. 39. Iuſtuſq; Catonius primi ordinis Centurio. *Credo eum eſſe, qui poſteà Prætorij præfectus imperante Claudio, & Meſſalinæ fraude interfectus. Suadeo legas Dionem.* LX.

Metus ex duce.

Adiiciendos ex duce metus. *Ne mutemus. dictio eſt quam amat Tacitus. ita lib.* II. Langueſces induſtria, ſi nullus ex ſe metus aut ſpes. *Vita Agricolæ* Tenentibus arma pleriſque, quos conſcientia defectionis, & proprius ex legato timor agitabat.

Militares animaduerſiones extra caſtra.

Corpora extra vallum abiecta oſtentui. *Vt in opidis animaduerſiones extra muros: ſic & in caſtris extra vallum. Ideò corpora hic abiecta in eum locum: qui fuit extra portam Decumanam à caſtrorum tergo, vti ex Vegetio diſcas lib.* I. *cap.* XXIII. *Seneca* I. *De ira cap.* XVI. Damnatus extra vallum deductus eſt, & iam ceruicem porrigebat, cùm ſubitò apparuit commilito ille. *Hirtius de bello Africano;* Sic extra vallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti. *Eiuſdem ſententiæ, quod idem Tacitus ſtatim:* Conuulſos laniatóſque, & partim exanimos, ante vallum, aut in amnem Rhenum proiiciunt.

Cenſus diuerſa.

PAG. 40. Agendo Galliarum cenſui tum intentum. *Cenſum accipies, non qualis Romæ, vt notæ ſaltem eſſent Gallorum facultates: ſed vt ex modo cenſus tributum penderent & vectigal. Quod cùm in alijs Prouincijs ſeruabatur (apud iuriſconſultos Titulo toto De cenſibus;) tum in Gallia potiſſimùm, di-* tiſſima

Ayuntamiento de Madrid

*tiſſima prouinciarum. Res initium habuit non à Iulio Cæſare, vt famam eſſe video, ſed ab Auguſto. Nam Cæſar quidem tributi nomine* HS. *quadringenties impoſuit Galliæ victa, vti apud Suetonium & Eutropium in melioribus libris legi: cenſendi prouincialem rationem non ipſe, non priores inſtituerunt ante Auguſtum. Ille auctor rei.* Claudius *oratione, quam in Senatu habuit* Cenſor: Sed deſtrictè iam Comatæ Galliæ cauſſa agenda eſt. in qua ſi quis hoc intuetur, quod bello per decem annos exercuerunt Diuom Iulium: idem opponat centum annorum immobilem fidem obſequiúmque, multis trepidis rebus noſtris pluſquam expertum. Illi patri meo Druſo Germaniam ſubigenti, tutam quiete ſua ſecurámque à tergo pacem præſtiterunt. & quidem cùm ad cenſus (*neſcio an,* à cenſu) nouo tum opere & in adſueto Gallis ad bellum auocatus eſſet. Quod opus quàm arduum ſit, nobis nunc cum maxime, quamuis nihil vltra quàm vt publicè notæ ſint facultates noſtræ exquiratur, nimis magno experimento cognoſcimus. *Ait clarè, Nouo tum opere & Gallijs inadſueto. Rem inſignem epitoma Liuij non tacuit, lib.* CXXXIIII. Cùm Auguſtus conuentum Narbone ageret, cenſus à tribus Galliis, quas Cæſar pater vicerat, actus. *Idq́; accidiſſe ex Dione diſco, ſeptimo Auguſti conſulatu.* ἐς δὲ τὰ Γαλατίας ἐλθὼν ἐνταῦθα διέτριψεν· ἐκεῖνοί τε γὰρ ἐπικηρυκεύσασθαί οἱ ἐδόκουν, καὶ τὰ τούτων ἀκατάστατα ἔτι ἅτε τῶν ἐμφυλίων πολέμων εὐθὺς ἐπὶ τῇ ἁλώσει σφῶν ἐπιγενομένων ἦν, καὶ αὐτῶν καὶ ἀπογραφὰς ἐποιήσατο, καὶ τὸν βίον τήν τε πολιτείαν διεκόσμησε. *Huius autem cēſus duplex modus. Videntur enim tributum & in capita contuliſſe & in agros, lacus, pecudes, aliaſq́; facultates. Prius illud eleganter ab Ammiano ſuggeſtum, lib.* XVI. *vbi de Iuliano* Ca-

Quando experit.
Nō à Iulio, vt putant.
Sed ab Auguſto.

In ſeptimo eius conſulatu.

Modus eius cenſus.
In capita.



Ayuntamiento de Madrid

*ſare verba*: Quam profuerit anhelantibus extrema penuria Galliis, hinc maximè claret, quòd primitùs partes eas ingreſſus pro capitibus ſingulis tributi nomine vicenoſquinos aureos repperit flagitari, diſcedens vero ſeptenos tantùm munera vniuerſa complentes. *Tertullianus Apologetico: Sed enim agri tributo onuſti, viliores, hominum capita ſtipendio cenſa, ignobiliora: nam hæ ſunt notæ captiuitatis. Panegyricus ſcriptor in laudibus Conſtantini*: Septem millia capitum remiſiſti quartam amplius partem noſtrorum cenſuum. *& ſtatim*: Remiſſione iſta ſeptem millium capitum, viginti quinque millibus dediſti vires, dediſti opes, dediſti ſalutem. *iterumq́;*: Certè & tum liberi parentes ſuos cariores habent, & mariti coniuges non grauatè tuentur, & parentes adultorum non pœnitet filiorum, quorum onera ſibi remiſſa lætantur. *quæ poſtrema non eſt vt vllo modo transferas ad capita, quæ vocabant, agrorum. Aliàs non ſum ignarus illud ipſum tributum quod pro modo agrorum penderent, Capitationem dictam à Iuriſconſultis, & Saluiano Maſſilienſi, lib.* v. Plerique pauperculorum atque miſerorum ſpoliati reſculis ſuis, & exterminati agellis ſuis, cùm rem amiſerint, amiſſarum tamen rerum tributa patiuntur: cùm poſſeſſio ab his receſſerit, capitatio non recedit. *ſcilicet à numero iugorum & capitum quibus agri coluntur. Sed perſeuero, vt Galli in capita contulerint etiam humana. De agris autem, lacubus, aliiſque, quæ obnoxia tributo: habes apud Iuriſconſultos De cenſibus, & Panegyriſtam illum ipſum*: Iacebat illa ciuitas non tam innixa Romanis, quam virium defectione proſtrata; ex quo eam noui cenſus exanimauerat acerbitas. Nec tamen iuſtè queri poterat, cùm & agros qui deſcripti fuerant habe

Capita agrorum, & Capita io.

Puto leg. innixa.

haberemus, & Gallicani cenſus communi formula teneremur, qui fortunis nemini poſſumus æquari. *Vtrique cenſui olim præpoſiti ex prima nobilitate viri, vt Druſus ab Auguſto, Germanicus hic à Tiberio: videtúrque ea non exigua dignitas fuiſſe, ex Tacito, lib.* XIV. Cenſus per Gallias à Q. Voluſio & Sex. Africano, Trebellióque Maximo acti ſunt, æmulis inter ſe per nobilitatem Voluſio atque Africano. Trebellium dum vterque dedignatur, ſuprà tulêre. *In lapide,*

Exactores & præpoſiti cẽſus.

Q. MANILIO
C. F. CORDO. T.
LEG. XXI. RAPAC.
PRAEF. EQVIT. EXACT.
TRIBVT. CIVITAT. GALL.
FAC. CVR.
CERTVS. LIB.

*Id eſt,* Exactori tributorum ciuitatum Galliæ. *Hi cenſus in tabulis perſcripti. Dio in vita Caligulæ:* Κυβεύων δέ ποτε καὶ μαθὼν ὅτι οὐκ εἴη οἱ ἀργύριον, ᾔτησέ τε τὰς τῶν Γαλατῶν ἀπογραφάς, καὶ ἐξ αὐτῶν τοὺς πλουσιωτάτους θανατωθῆναι κελεύσας *&c. Vnde Tabulæ cenſuales in codice Theodoſiano, & Iuſtiniani, lib.* IIII. *De Agric. & cenſit. & alibi, Paginæ cenſuales. Actique videntur ſingulis luſtris. Panegyricus:* Quinque annorum nobis reliqua remiſiſti. O luſtrum omnibus luſtris felicius! *aut etiam ſingulis annis. Nam ecce in Tacito anno poſt, P. Vitellius & Scantius mittuntur ad cenſus Galliarum, lib.* II. *Tributum tamen ipſum, videtur olim deſcriptum fuiſſe in ſingulos menſes. Docet factum Licinij Procuratoris apud Dionem, qui, vt ait, eò malitiæ peruenerat, vt quoniam ſingulis menſibus tributum erat Gallis pendendum, quatuordecim definiret anni menſes. Vide rem non iniucundam, apud optimum ſcriptorem, quod quidem*

Tabulæ cenſus.

De anno, & trib.

Quando exacti ij cenſu.



Ayuntamiento de Madrid

*ad ritus priſcos adiunct, lib.* LII.I.

Orto ab vndeuiceſimanis quintaniſque initio. *In Germania inferiori, hac ætate, vbique* XXI. *legionem reperio, non decimamnonam. Itaque hic & ſæpius, repo-*

Vnaetuiceſima legio. *ne.* Vnaetuiceſimanis. *Quæ vox remotior ab vſu hodie, impoſuit ſcriptorum vulgo. Adi ſi places, ad lib.* I. *Hiſtor. Notas.*

PAG. 41. Vernacula multitudo, nuper acto in vrbe delectu. *Ante quinque circiter annos, nuntiata in vrbe clade Variana, cum quidem Romæ ſubitum militem Auguſtus conſcripſit, ad tutelam ripæ Rheni, & pleroſque è libertinis. Sueton. cap.* XXV. *& Dio* LVI.

In ſuum cognomentum adſciſci Imperatores.

Germanici cognomen Imperatorium. *Si ad ſua tempora Tacitus reſpexit, clara res: omnes enim poſt Tiberium ferè Imperatores cognomen ſumpſerunt à pugnaciſſima gente. At quid eſt, quòd hic militesin eo glorientur, niſi ſi diuini & præſcij ſuturorum? Nam ad hoc æui ſolus Druſus & Germanicus, cognomine illo vſi, ex decreto quod apud Dionem habes* LV. *Auguſtus & Tiberius (quod ex nummis aut memoriis didicerim) non vſi.*

Proſtratos verberibus mulctant. *Malim,* mul-

Mulcare, quid. cant, *in hac ſignificatione. Cicero pro Milone:* Qua in turba C. Viuienus ſenator ita eſt mulcatus, vt vitam amiſerit. *Liuius lib.* XXIX. In legatum, lictoribus prius indignum in modum mulcatis, impetum faciunt. *Idem lib.* VIII. Sperare ſe, corpore tergo mulcato, virum & ſuos redempturam. *& alibi,* Mulcare virgis. *Quibus locis omnibus,* Multare, *non æquè placet.*

Sexageni ſingulos, vt numerum centurionum adæquarent: *In legione plena, ſexaginta centuriones. Dionyſius Halicarnaſſeus, lib.* IX. *& Vegetius, aliique.*

PAG.

Ayuntamiento de Madrid

**PAG. 42.** Nil paucorum inſtinctu. *Rhenano placet, vel paucorum, nec ſperno.*

Germanico per Galliam cenſus accipienti. *Ea forma ſermonis iuriſconſulto dicta, legatio ad cenſus accipiendos. C. l. De munerib. & honoribus.*

Credebatúrque ſi rerum potius foret, libertatem redditurus. *Imò prodita à Tiberio eius epiſtola eſt, qua de cogendo ad reſtituendam libertatem Auguſto agebat. Quæ vna cauſſa necis, pio in patriam iuueni ſed infelici. Suet. in Tib. cap. L.*

**PAG. 43.** Quæ apud Germanias illis cum legionibus pulcherrima feciſſet. *A clade Variana miſſus in Germaniam Tiberius, biennium præfuit. Cautiones eius & diſciplina tamen à Suetonio potius laudantur, quam victoria. nec memoria aut fama quidquam dignum recenſuit Dio: ne Velleius quidem, vſu & mancipio Tiberianus ſeruus. Sed hæc laudatio ad res reſpicit in Illyrico geſtas: quam regionem Germaniæ nomine comprehendit etiam Suetonius, & alij ſcriptores id æui.* Illyricũ inter Germanias cẽſum.

Mederetur feſſis, neu mortem in iiſdem laboribus. *Similia Iuliani milites, in ſeditione apud Lucanum:*

> -- --. iam reſpice canos,
> Inualidáſque manus & inanes cerne lacertos.
> Vſus abit vitæ, bellis conſumpſimus æuum,
> Ad mortem dimitte ſenes.

**PAG. 44.** Fauſtis in Germanicum ominibus. *An vero,* nominibus? *Sic quidem Suetonius de Caligula:* Denſiſſimo & lætiſſimo obuiorum agmine inceſſit, ſuper fauſta nomina, ſidus & pullum & pupum appellantium. *Fauſta nomina ſunt, Dii te ſeruent Auguſte, Imperator, Princeps, Felix, Victor, aliáque ab adulatione vulgi nata. Dio quidem ab hac lectione eſt;* τόν τε τιβέριον, *inquit,* ἐχατηγόρησαν, καὶ Læta nomina fauſtaque.



Ayuntamiento de Madrid

τ Γερμανικὸν αὐτοκράτορα ἐπικαλέσαι.

Legata quæ petiuerant exſolui duplicarique. *Recte ergo in Suetonij Tiberio ſcriptum.* Militi poſt duplicata ex Auguſti teſtamento legata, nihil vnquam largitus eſt. *vbi malè Beroaldus*, publicata.

PAG. 45. In hiberna cuiuſquam non abſceſſère. *Malim*, in hiberna vſquam non.

Pecuniæ militum apud ſigna.

Cùm fiſci de imperatore rapti inter ſigna interque aquilas veherentur. *Tangit non dubiè morem priſcum, quo pecunias ſolitum deponere ad ſigna. Ij enim militares dij, id templum. Vegetius li.* II. *cap.* XX *Sueton. Domit. ca.* VII.

Legiones nihil contatus ſacramento adigit. *Imò*, contatas. *vt ad legiones ipſas referas.*

Qui ius habuerint militibus animaduertendi.

Iuſſerat id Menius caſtrorum præfectus, bono magis exemplo quàm conceſſo iure. *Soli enim illi ius plectendi militis, qui exercitus rector. Et Auguſti quidem inſtituto (quod apud Dionem libro* LIII*) ſolis Proprætoribúſque Legatis Auguſti, quos gladio ſuccinxerat, id ius fuit. poſteà etiam proconſulibus, vniuerſíque prouinciarum rectoribus, ex lege* VI. *De off. præſid. Saltem vt punirent milites gregarios l.* IX. *De cuſtod. reorum.* Qui exercitum accipit, ius animaduertendi in milites caligatos habet.

Interea legati ab Senatu egreſſi. *Vulgò*, regreſſi, *præter hiſtoriam. Sunt enim ij qui à Senatu decretum proconſulare imperium deferre debebant, ſimúlque mæſtitiam eius ob exceſſum Auguſti ſolari, de quibus ſuprà: aut certè, qui cognito motu, à Tiberio Senatúque miſſi ad res componendas, vt Dio ſentire videtur. Regreſſionis quidem locus non eſt, quia nulli à Germanico digreſſi.*

Spreta vulgi lectio.

PAG. 46. Munatium Plancum conſulatu functum. *Et quidem nuper. Conſul enim fuit anno ante, cum C. Silio Munatium illum eſſe, qui Cenſor fuit anno*

DCC

DCCXXXII *fuge credere. Non facile ætas fert : non*
*Taciti verba. Dixiſſet enim potius à præcipuo hono-*
*re,*cenſura functum F*ilius,crede,eius.*

Nocte concubia vexillum in domo Germanici
ſitum flagitare occipiunt. *Quod vexillum? illúd-*
*ne ſub quo veterani habebantur? Non videtur. non*
*enim illi ſolum, ſed duæ legiones in cà len. cultra.*
*quarum ſigna aquilæ quæ in caſtris : non in taber-*
*culo ducis. Refer ergo ad aliud vexillum, & obſerua* Vexillum in tabernaculo ducis.
*ritum antiquum. Signum futuræ pugnæ, vexillum*
*purpureum fuit,quod adſeruabatur meritò in taber-*
*naculo ducis, quia illi ſolitus & arbitrium propo-*
*nendi.Cæſar de bello Gallico, lib.* II. Cæſari omnia Signum pugnæ.
vno tempore erant agenda. vexillum proponen-
dum,quod erat inſigne cum ad arma concurri o-
porteret.*De bello ciuili:* Sequenti die cùm iter fa-
cere Cæſar vellet,renuntiatum eſt à ſpeculatori-
bus Pompeium de tertia vigilia in acie ſtetiſſe.
Hoc nuncio allato, vexillum propoſuit. *Plutar-*
*chus formam eius ſatis deſcribit in Fabio:* τὸ δὲ μά-
χης σημεῖον ἐξέθηκεν· ἔστι δὲ χιτὼν κόκκινος ὑπὲρ τῆς
στρατηγικῆς σκηνῆς διατεινόμενος. *Quod Plutarchus*
*χιτῶνα dicit, Tunicam etiam Iſidorus.* Ruſſata,quã Tunicæ forma fuit.
Græci phœniceã vocant,nos coccinea Hac ſub cõ
ſulibus Romani vſi ſunt milites, vnde etiã Ruſ-
ſati vocabantur, Solebat enim pridie quàm dimi-
candum eſſet,ante principia poni ( *vellem dixiſſet,*
ante prætorium poni,*vel,*ſupra prætorium : *id e-* Emẽdatus Iſidorus.
*nim verius* ) quaſi admonitio & indicium futuræ
pugnæ. *Plutarchus iterum in Brut. :* ἅμα δὲ ἡμέ-
ρᾳ προὔκειτο μὲν τοῦ Βρούτου χάρακι καὶ τοῦ Κασ-
σίου σύμβολον ἀγῶνος, φοινικοῦς χιτών, *Non er-*
*go ſimpliciter velum fuit, ſed tunicæ forma. Manſit*
*is mos ad tempora imperii labentis. Ammia-*
*nus, lib.* XXVII. Signis illicò fixis ex more, cùm

vndique ad arma conclamaretur, imperio principis & ductorum ſtetit regibilis miles: vexillū operiens extollendum, quod erat opportunè ſub eundē indicium pugnæ. *Hoc illud vexillum eſt quod lymphati milites poſtulant, & cum eo iam ſcilicet cædis & armorum.*

Legionibus ſingulis ſua Principia.

Quam caſtra primæ legionis: illic ſigna & aquilam amplexus. *Hæreo an diſtinguendum ſit*, quam caſtra primæ legionis illic ſigna. *Videntur enim duæ legiones vnis in hibernis fuiſſe: ſic tamen, vt ritu Romano, quæque legio cum ſignis ſeorſum locaretur. Ideo ait Plancum confugiſſe ad aquilam & ſigna primæ legionis. Supra tres legiones Pānonicæ caſtris æſtiuis ſimul habebantur ſeparatæ tamen aquila, donec per furorem* vnà tres aquilas & ſigna cohortium locarent, *ait Tacitus. Receptam tamen interpunctionem tueri videtur, quod ſequitur,* Quārum: dedecoris adierit legio facunde miſeratur. *vt videantur hæc in vnius legionis caſtris geſta.*

PAG. 47. Nec minus triſtes qui manebant. *Lego,* quæ. *de feminis enim ſermo, coniugibúſque amicorum.*

Contra Suetonium diſputatio, de Caligulæ natali ſolo.

Iam infans in caſtris genitus in contubernio legionum eductus. *Cuium Caligulam in caſtris natum verſiculi priſci adfirmabant.*

In caſtris genitus, patriis nutritus in armis,
Iam deſignati Principis omen erat.

*Etiā Plinius in Germanica hiſtoria, apud Treueros vico Ambitarino, id eſt, apud hiberna legionum. Et clarè hic noſter. Suetonius tamē nō ſpernit ſolum ſententiam hanc, ſed longa & acri diſputatione euertit. Cui manus ego nondum do. Quid enim? an vulgus eius æui (nam verſiculi illi, Caligula principe ſtatim diuulgati ſunt) neſciit Imperatoris ſui ſolū genitale: tam impudenti mendacio ludere iuſſum? Nō Plinius & Taci-*

Ayuntamiento de Madrid

& Tacitus, ea quæ Suetonius, peruiderunt? Scilicet iis curæ non fuit inſpiciundi Acta? logi. non copia? nugæ. At enim, inquis natus eſt Caius patre ſuo & C. Fonteio Coſſ. pater autem conſulatum eum anno toto geſſit. & quidem in vrbe. Non igitur naſci potuit in caſtris: quoniam pater demum exacto Conſulatu in Germaniam eſt miſſus. Primum, Suetoni, quod tu ſumis vt datum, fieri poteſt vt quis illorum iubeat te reponere. ambigo, inquam, vtrum illæ meæ partes conſentiant conſciſcántque natum eo anno Caium eſſe. Video enim diſſentire alios in numero annorum quos dicitur vixiſſe. Et quid ſi paullo antè natus ſit, cùm pater in Germania eſſet? quid ſi paullò pòſt? Deinde, mi homo, quæritur quãdo natus Caligula ſit, non quando ſatus. Nónne ipſo patre Conſule, vt tu vis, naſci potuit in caſtris? Nec enim opus credo eã ad rem præſentia patris. Nam Germanicum conſtat ex Dione ſtatim à clade Variana continenter in Germania manſiſſe, ad hunc vſque Conſulatum. Suſpicari autem probabiliter poſſum, vxorẽ quæ tumida & vicina partui relictam ab eo in Germania donec vterum poſuiſſet. Nã circũduci in longo itinere feminas, vt priſci dicebant, incientes, non ex more, non ex vſu. Potuit ergo naſci in caſtris, & tamen in conſulatu patris. Sed in actis reperis, inquis natum eũ Antij. Quid ſi nomen tibi imponit & acta de alio quopiam Caio, filio pariter Germanici ſenſerit? Nam enim Caligulæ cognomen diſcriminis cauſſa, opinor, opponi potuit Actis, quoniam Profeſſio apud acta, nato ſtatim puero fieri ſolita: cognomen autem illud poſteà in caſtris illi datum, à veſte. Denique contra tabulas actorum, Plinij pagina eſt, & hic noſter fideliſſimus ſenex mihi quidem teſtis ἐκ τῶν διὸς δέλτων. Addis amplius, ex Auguſti epiſtolis liquere bimulum demum perductum in caſtra; non ergo ibi natum. Batuis tu, non

Ad 11. argumentum.



Ayuntamiento de Madrid

Ad tertium. *pugnas rude, nō gladio feru. Quid enim obſtat Agrippinam peperiſſe in Germania, rediiſſe in vrbem mariti ſui conſulatu, deinde ipſam & infantem in Germaniam reuerſiſſe: Quod Antium prætulerit omnibus ſeceſſibus Caius: quam in hoc argumento, Tiberium Capreis genitum dicas, Tibure aut Ianuuij Augustum? Itaque quidquid Suetonius contra, me quidem iudice, Hæc pars adhuc, vt in ſumma Senatoria eſt, maior eſſe videtur. Cui, præter conſulares illos, ſubſcribunt Pedanij Senatores. Sex.* Victor, & Athenæus libro IIII. cap. VII.

Ad quartum

Militari vocabulo Caligulam appellabat, quia plerumque ad concilianda ſtudia vulgi eo tegmine pedum induebatur. *Aur. ſtudia vulgi militaris ſcilicet. Nam Tribuni & centuriones dignioréſque militum voce & habitu erant à gregariis diſtincti, vt alibi dicam accuratè. At caliga, tegmen vulgi. Inſ. à* Tāquam parum ambitioſè filium gregali habitu circumferat, Caligulámque appellari velit. *Non cepit prorſus Dio, qui vertit,* ὅτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τὸ πλεῖστον τραφεὶς τοῖς ὑποδήμασιν ἀντὶ τῶν ἀστικῶν ἐχρῆτο. *Melius Suetonius*, Caligulæ cognomen caſtrenſi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. *Caligatus igitur, manipularis, gregarius, eadem ſunt pro militum plebe, id eſt, qui honorem aut gradum in caſtris nondum ceperunt, Sueton. in Auguſto, cap.* XXV. Dona militaria aliquanto facilius phaleras & torques, quidquid auro argentóque conſtaret, quàm vallares ac murales coronas quæ honore præcellerent, dabat: has quamparciſſimè & ſine ambitione, ac ſæpe etiam caligatis tribuit. *Iuriſconſultus, lib.* IX. *De cuſtod. reorum.* Qui exercitum accipit, ius animaduertendi in milites caligatos habet. *cum exceptione dixit, quia in digniores non habet. Legi in lapide vetuſto.*

Caliga, militis gregarij.

C. OP

Ayuntamiento de Madrid

C. OPPIO. C. F. VEL.
OMNIBVS. OFFICIIS.
IN. CALIGA. FVNCTO.

*Paullò tamen communius, v. de Beneficiis Seneca, dũ ait*, Marium à caliga ad Consulatum peruenisse. id eſt, ἁπλῶς, *à militia. quoniam reuera caliga digniorum etiam militum, ſed cum diſcrimine, puta aureis argenteiſue clauis diſtincta. Unde cum additione Speculatoria caliga, apud Sueton. & Tertullianum.*

Cal. cap. LII. De corona militis.

PAG. 48. Quod nomen huic cœtui dabo? militéſne appellem? *Imitatum videtur ex oratione Scipionis apud Liuiũ, pariter in ſeditione militari. lib.* XXVIII. Quos nec quo nomine quidem appellare debeam, ſcio ciues? qui a patria veſtra deſciſtis? an milites? qui imperium auſpiciúmque abnuiſtis, ſacramenti religionem rupiſtis.

Diuus Iulius ſeditionem exercitus verbo vno compeſcuit. *Plutarchus, Dio, Suetonius, Lucanus:*

———diſcedite caſtris,
Tradite noſtra viris ignaui ſigna Quirites.

Illa ſignis à Tiberio acceptis *Apparet religionẽ aliquam fuiſſe in militia ordiẽnda. Credo enimẽ hanc primam legionem conſcriptam, poſt cladem Vari.*

Religio in capiendis ſignis.

PAG. 49. Druſi imago, *Cur imaginis menti.? Suſpicor huius Druſi inter ſigna imaginem cultam: quia eo duce res pulcherrimæ geſtæ. Nec enim ſolæ Impp. imagines habebantur inexa ſignis, ſed & aliarum quos Imperator ſibi velut æquabat. Suetonius Tiberio.* quædam munera Syriacis legionibus dedit, quòd ſolæ nullam Seiani imaginem inter ſigna coluiſſent. *Hunc igitur præſentem intuens. iſta pronunciat filius.*

Imago Druſi in ſignis.

PAG. 50 Stabant pro concione legiones diſtrictis gladiis, *Exemplum, niſi fallor, primum animaduerſionis à milite ipſo vſurpatæ: quod hodie*

Animaduerſionis noua genus.

*in no*

Ayuntamiento de Madrid

*in noſtra militia vulgò obtinet. Ammianus tamen id recenſuit, quaſi ex more priſco, lib.* Cùm inueniſſet eos exercitus circumſepto, Quid de iſtis nefariis, inquit, proditoribus fieri oportere contubernales deuoti cenſetis? Secutúſque adclamationem rogantium ſanguine vindicari, eos qui inter Conſtantianos merebant, priſco more militibus dedit occidendos.

Et cui erant donaria militaria. *Scilicet, torques, faleræ, haſtæ, coronæ, ex quibus promoueri ad ordines altiores milites ſolere, indicat etiam Lucanus, lib.* I.

Milites promoti ex donis.

——— ſummi tum munera pili
Lælius, emeritíque gerens inſignia doni
Seruati ciuis referentem præmia quercum.

Etiam ex cenſu.

*Inter omnia autem quæ noster enumerat, cur ſiluit cenſum? cuius rationem habitam in declamatione quapiam oſtendit Portius Latro:* Cenſus ſenatorium gradum aſcendit, cenſus in caſtris ordinem promouet cenſus iudices in foro legit.

PAG. 51. Salua maieſtate, cui maior è longinquo reuerentia. *Vera & callida gnome. A Thucydide videri poteſt, lib.* VI. τὰ γδ̀, *inquit,* διὰ πλεῖςυ πάντες ἴσμεν θαυμαζόμενα, καὶ τὰ πεῖραν ἥκιςα τ̃ δόξης δόντα.

PAG. 53. Duodecim millia è legionibus ſex, & viginti ſocias cohortes. *Diſtinctio præter bis ſtoriam. Interpunge,* è longionibus. ſex & viginti ſoc. *Quattuor enim duntaxat legionum miles, in id bellum ductus: nec plures in Germania inferiori erant. Clarum ex ſequentibus. vbi legiones enumerat:* Mox prima legio: ſiniſtrum latus vna & viceſimani clauſere, dextrum quintani, viceſima legio terga firmauit.

Limitémque à Tiberio cœptum ſcindit. *Fortè,* ſcandit. *Vtrum autem limes hic à Tiberio ſtructus ad ſecer*

*ſecernendos diſcriminandóſque Germanos? an potius agger & via?*

Latera concedibus munitur. *Alij*, munit: *ego*, munitur, *malo. Muniendi hic mos à Germanis Galliſque. Ammianus, lib.* XVI. Difficiles vias & ſuaptæ natura cliuoſas concedibus clauſere ſolerter, arboribus immenſi roboris cæſis. *Vſus ea voce & Cæſar.* Concades.

PAG. 54. Templum quod Tanfanæ vocabant. *Quæ dea, quæ dea? Quidam ἐτυμολογίζουσι quaſi eſſet, T'aenſanck, quod lingua illa, principium rerum. At Britanni priſci, ſua lingua Tan, ignem vocant.* Tanfanæ templum.

PAG. 55. Iulia ob impudicitiam olim à patre Auguſto inſula clauſa. *Qui fœminam hanc impudicitiæ arguant, multi teſtes, Seneca de Benef. lib.* VI. *cap.* XXXII. Auguſtus flagitia principalis domus in publicum emiſit, admiſſos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comeſſationibus vrbem, forum ipſum ac roſtra ex quibus pater legem de adulteriis tulerat, filiæ in ſtupra placuiſſe, cotidianum ad Marſiam concurſum, cum ex adultera in quæſtuariam verſa ius omnis licentiæ ſub ignoto adultero peteret. *Plinius*, Apud nos hujus licentiæ exemplum non eſt aliud, quàm filia D. Auguſti, cuius luxuria noctibus coronatum Marſyam literæ illius dei gemunt. *vel, vt clariſſimus Terrentius emendat*, illius deſcribunt. *De hoc Marſya, præter ea quæ dixi Antiquis, Sidonius,* Iuliæ impudicitia.

Marſyæque timet manum ac rudentem.

*id eſt, tribunal metuit & forũ. Arnobius lib.* II. Quia fornicem Lucilianum & Marſyã Pomponij obſignatum memoria cõtineris *Vide Dionem. lib.* LV.

Spreuerátque vt imparem. *Taurum non ad illud iugum,*

Obſcu

Obſcuram fore necem longinquitate exſilij ratus, *Id eſt, diuturnitate. Nam relegata Iulia anno* DCCXLVIII *ex quo ad hunc diem anni ferè viginti.*

Sempronius Gracchus.

Par cauſſa ſæuitiæ in Sempronium Gracchum *Velleius lib. poſteriore:* Quinctius Criſpinus ſingularem nequitiam ſupercilio truci protegens, & Ap. Claudius & Sempronius Gracchus ac Scipio, aliique minoris nominis vtriuſque ordinis viri, quaſi cuiuslibet vxore violata, pœnas pependêre: cùm Cæſaris filiam, & Neronis violaſſent coniugem. *Vidimus & nummum huius Gracchi,* TI. SEMPRONIVS. GRACCVS. IIII. VIR. Q. DESIG *Id eſt quatuorvir, quæſtor deſignatus. in parte altera,* DIVI. IVLI. F.

Aſpernatum familia.

PAG. 56. Ab L. Aſprenate proconſule Africæ. *Credo cognomen eſſe gentis Noniæ. De Aſprenatum claritudine & familia conſulari Plinius lib.* XXX. *cap.* VII. *Sueton. in Auguſt. cap.* XCIII.

Sodales Auguſtales.

Idem annus nouas cærimonias accepit, addito Auguſtalium ſodalium ſacerdotio. *Idque exemplum placuit deinceps in omnibus Imperatoribus, qui facti Diui. Ita ſodales Flauij, Hadrianales, Æliani, Antonini, paſſim in hiſtoria memorati. Lapis priſcus.*

NERONI. CAESARI. GERMANICI. F. TI. AVGVSTI N. DIVI. AVGVST. PRON. FLAM. AVGVSTALI. SODALI. AVGVSTALI. Q. Q. NOVANIVS. Q. L. SAEVIVS.

Sodales Titij.

Vt quondam T. Tatius retinendis Sabinorum ſacris ſodales Titios inſtituerat. *Pugnat aperto Marte ſecum Tacitus, lib. II. Hiſtoriarum: vbi vult ſodales Titios (ita enim ſcrib. non Tatios, ex Lapid. &*

libris,

Ayuntamiento de Madrid

*lib-is, dictique à prænomine Tatij) inſtitutos non retinendis ſacris, ſed memoriæ Tatij ſeruandæ. Qua cauſſa hoc quidem loco aptior erat, & fortaſſe & verior.* Faces Auguſtales ſubdidere. quod ſacerdotium vt Romulus Tatio regi, ſic ita Cæſar Tiberius Iuliæ genti ſacrauit. *Dioniſius hanc rem non attigit, contentus dixiſſe, honeſtè ſepultum Tatium & quotannis ei publicas inferias factas.* — Diſsidet à ſe Tacitus.

Ludos Auguſtales tunc primum ceptos turbauit diſcordia. *Quomodo id verum? ſi quidem ludi Auguſtales iampridem inſtituti celebratique Q. Ælio Tuberone, paullo Fabio Coſſ. vt dixi ſuprà. Reſcribe igitur,* tunc primum cœpta. *atque Tacito ipſo auctore, infrà:* Theatri licentia proximo priore anno cœpta grauius tum erupit.

Indulſerat ei ludicro Auguſtus, dum Mæcenati obtemperat effuſo in amorem Bathylli. *Imò verò, quod cenſeo me primum aduertiſſe, Auguſtus id ludicrum inuenit. Suidas:* ὄρχησις, πάντιμος ταύτην ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ ἐφεῦρε, πυλάδου καὶ βαθυλλίδου πρῶτον αὐτὴν μετελθόντων. *Emenda.* ὄρχησις παντόμιμος. *Et verè Suidas. Ante Auguſtum ſanè liberaque rep. Pantomimorum nullum veſtigium. Quod idem Suidas notat, in* Ἀθηνόδωρος: *caue ad Tiberij tempora referas, ſed Auguſti,* κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς ἐκείνους καὶ ἡ παντόμιμος ὄρχησις εἰσήχθη, οὔπω πρότερον οὖσα. *Emenda etiam in Suida* Βάθυλλος. *Duo Pantomimi ſiue hiſtriones (vulgò enim in hiſtoria, vt hic Tacito, miſcentur ea vocibus) eximij Pylades & Bathyllus. Poſterior, ignis & delicium Mæcenatis. quò reſpicit haud dubiè Horatius,* — Pātomimorum origo. Notat idem Zoſimus. li. 1. ſub initium. — Suidas emendatus.

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teium.

*& tota illa Oda ad hunc Bathyllum pertinet, non ad Terentiam, quod cenſet interpretes. Dionem non* — Bathyllus, deliciæ Mæcenatis.

capiunt

Ayuntamiento de Madrid

*capiunt etiam vulgo, qui hunc amorem Mæcenatis honeſtè tetigit, lib.* LIV. ὅθεν περ πάνυ σοφῶς ὁ Πυλάδης ἐπιτιμώμενος ὑπ' αὐτοῦ, (Αὐγούστου) ἐπὶ Βαθύλλῳ ὁμοτέχνῳ τέ οἱ ὄντι καὶ τῷ Μαικήνᾳ προσήκοντι διεστασίαζεν, *&c. ubi tamen intellegi etiam poteſt, hunc Bathyllum ſeruum Mæcenatis fuiſſe. Seneca pater,* Recitabit reſcriptum Labinei pro Bathyllo Mæcenate (*corrige*, Mæcenatis) in quo ſuſpicietis adoleſcentis animum illos dentes ad mordendum prouocantis. *Corruptum id nomen, apud eundem Senecam, Præfat. lib.* III. *Si Thrax eſſem: fuſius eſſem: ſi Pantomimus eſſem. Pantillus eſſem: ſi eques, Miliſon Lege,* Bathyllus eſſem.

Itemque ſeruus.

Alexádrinus fuiſſe videtur hic Bathyllus ex Athenæo lib. I.

Correctus Seneca.

PAG. 57. Cateruas Germanorum, cis Rhenum colentium. *Vt erant Vangiones, Triboci, Nemetes, Treueri, Neruij ſed & pars aliqua Batauorum.*

Mattiacum.

PAG. 58. Cæſar incenſo Mattio. Ματτιακὸν *Germaniæ vrbs eſt Ptolemæo. Marſpurgum Haſſiæ eſſe, non abhorret à vero. Adfirmare enim hæc talia, in tanta mutatione temporum, ſtultum: & tamen ſuauis hodie ingeniorum luſus.*

Hodie. Sigiſmundus.

Tanto magis fidus, rebus commotis potior habetur. *Imò ſcribo,* rebúſque motis. *ex ſententia, & Taciti exemplo, lib.* XIV. Ducem tantum defuiſſe, qui rebus motis facilè reperiretur.

Addiderat Segeſtes legatis filium, nomine Segimundum. *Horum & plurium ducum mētio apud Strabonem, lib.* VII. ἔτισαν δὲ δίκας ἅπαντες καὶ παρέσχον τῷ νεωτέρῳ Γερμανικῷ λαμπρότατον θρίαμβον, ἐν ᾧ ἐθριαμβεύθη τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν σώματα καὶ γυναικῶν, Σεγιμουντός τε καὶ Σεγέστου υἱός (*corrige* Σεγιμουντός μὲν Σεγέστου υἱός, *copula item delet.*) Χηρούσκων ἡγεμών, καὶ ἀδελφὴ αὐτοῦ, γυνὴ δ' Ἀρμενίου τοῦ πολεμαρχήσαντος ἐν τοῖς Χηρούσκοις ἐν τῇ πρὸς Οὔαρον παρασπονδήσει.

Strabo correctus.

Sacer

Ayuntamiento de Madrid

Sacerdos apud aram Vbiorũ creatus. *Frequens huius aræ mentio. Vidi qui vellet Bonnam nunc eſſe. ego vereor vt propius abfuerit ab opido Vbio ũ. Quicquid hodie ſit, puto originẽ ei loco à veneratione Augusti, cui nouo cæliti ara illic, recepta adulatione, exſtructa, vti ara Lugduni: & ad eam ſacerdotes ex primoribus gentu. inter quos hic Segimundus.*

Ara Vbiorũ qua cauſſa exſtructa.

PAG. 60. Ipſi ſedem veterem in prouincia pollicetur. *Neſcio an verius*, vetere in prouincia. *id enim ad ſecuritatem Segeſtis, ne ſedem acciperet in prouincia noua obnoxia hoſti. Per veterem autem prouinciam, ceperim Galliam. Infrà,* Coleret Segeſtes victam ripam, redderet filio ſacerdotium. *Tamen fieri poteſt vt ſedem iam ante defectionem in Galliis habuerit.*

Prouincia vetus.

Puer quo mox ludibrio conflictatus ſit, in tempore memorabo. *Apud alios nihil reperi. Tacitus hæc narrauerit, in rebus Caij aut Claudij, libris qui perierunt.*

Hominem Germanos nunquam ſatis excuſaturos. *Fortè,* accuſaturos. *& ſtatim,* ignorantiam Imperij Rom.

PAG. 61. Equitem Pedo Præfectus finibus Friſiorum ducit. *Credo Albinouanus Pedo, cuius Fragmentum exſtat de nauigatione Oceani. Eſt tamen & alius Pedo Pompeius vir illuſtris, quem nominat Seneca in Ludo de morte Claudij.*

Pedo Pompeius.

Haud procul Teutoburgienſi ſaltu. *Nomen etiam num retinet inclytus Romana clade ſaltus* Teuteberg: *& victoria cognomine inſignis campus,* Vvinſeldt, *ad opidulum Hornam, in Vveſtfalia.*

Teutoburgienſis ſaltus.

PAG. 62. Et dimenſis principiis trium legionum manus oſtentabant. *Quo argumento ex principijs colligebatur manus trium legionum? Quia quotiès, plures legiones vnis caſtris, principia ſua cuique*



Ayuntamiento de Madrid

*legioni deſcribitur: in quibus aquila & ſigna. Dixi aliquid ſuprà.*

PAG. 63. Neque imperatorem auguratu & vetuſtiſſimis cærimoniis præditum adtrectare feralia debuiſſe. *Non augures ſolùm, ſed Pontifices, & opinor, omnes ſacerdotes arcebantur à funeſtis. Apparet ex facto Auguſti & Tiberij, qui velo interpoſito, mortuos laudarunt.*

Dio 55.

Quondā à L. Domitio aggeratus. *Neronis princeps avus. Tacitus, lib.* IV. Poſt exercitu flumen Albim tranſgreſſus eſt, longius penetrata Germania quàm quiſquam priorum. eáſque ob res inſignia triumphi adeptus eſt. *Sueton. Nerone, cap.* IV. Non minus aurigandi arte in adoleſcentia clarus, quam deinde triumphalibus ornamentis ex Germanico bello. *In alium ſanè Domitium illa non cadunt. Vides autem ex his ſimilibuſq́; in Tacito locis, quàm vetus in paluſtribus aggerūda terra mos. Quod genus, Pontes, Aggeres, Limites, Kaymos. Quæ vox etiam hodie Batavis familiaris.*

L. Domitius

Aggeres in paludibus. Gloſſæ, Kaij, cancelli. &. Caiare, comprimere.

PAG. 64. Quadrageſimum id ſtipendium Cæcina parendi aut imperitādi habebat. *Eſt ergo idem ille, de quo lib.* III. Inter quæ Seuerus Cæcina cenſuit, ne quem magiſtratum cui prouincia eueniſſet, vxor comitaretur. multum antè repetito concordem ſibi coniugem, & ſex partus enixam. ſéque, quæ in publicum ſtatueret, domi ſeruaviſſe, cohibita intra Italiam, quamquam ipſe pluris per prouincias quadraginta ſtipendia expleuiſſet.

Cæcina Seuerus.

PAG. 65. Apud Romanos inualidi ignes, interruptæ voces, atque ipſi paſſim adiacerent vallo. *Similis prorſus deſcriptio Xenophontea, in diſpelo. Similis ... ratione par*, περὶ Κύρου διαβάσεως γ ταῦτα ἐννέμαι νοι καὶ ἀθύμως ἔχοντες, ὀλίγοι μὲν αὐτῶν εἰς τὴν ἑσπέραν

Xenophontea imitatio.

Ayuntamiento de Madrid

ἑσπέραν σίτου ἐγεύσαντο, ὀλίγοι δὲ πῦρ ἀνέκαυσαν, ἐπὶ δὲ τὰ ὅπλα πολλοὶ οὐκ ἦλθον ταύτῃ τῇ νυκτί. ἀνεπαύετο δὲ ὅπῃ ἐτύγχανεν ἕκαστος, οὐ δυνάμενοι καθεύδειν ὑπὸ λύπης, καὶ πόθου πατρίδων, γονέων, γυναικῶν, παίδων, οὓς οὔποτε ἐνόμιζον ἔτι ὄψεσθαι.

P A G. 66. Quarum decumana maxime petebatur, auerſa hoſti & fugientibus tutior. *De nominibus portarum, quæ in caſtris, facilè rem expedio: non tam facilè de numero. Caſtrorum Rom. plerumque quadrata forma, ex Polybio, Hygino, Vegetio. ideo videntur portæ fuiſſe quattuor. Argumento etiam loci Liuiani, lib. XL. vbi eruptio deſcripta L. Æmilij in Ligures:* Ad quattuor portas exercitum inſtruxit. vt ſigno dato ſimul ex omnibus partibus eruptionem facerent. *nominatque deinceps, Portam extraordinariam, Dextram principalem, Siniſtram principalem, Quæſtoriam. Sed ſi hic iuſtus numerus: quid fiet* Prætoria *porta, quid* Decumanæ, *&* *Quintana? Æſtuamus, nec ſcio an me emergam. Primum quod ibi in Liuio ſcribitur,* erumpere extraordinaria porta iuſſit, *falſum eſt: & emenda.* ordinaria. *quæ eadem cum Prætoria: Liuio hic ſic dicta, quia legitimum & ordinarium eâ erumpere in hoſtem. Quæſtoriam, cenſeo tandem cum Decumana. Quintanam, dico eſſe nullam. Feſtus ſolus enim aſtruit,* Quintana appellabatur porta in caſtris poſt Prætorium. vbi rerum vtenſilium forum fuit, *& ego deſtruo reponóque,* Quintana appellabatur pars in caſtris, *vel ſimpliciter*, appellabatur in caſtris. *nam portæ nomen additum à Paulo, non à Feſto. Quintanam certè portam non fuiſſe, ſed partem certã caſtrorũ vbi res venales, patet clare ex Liu. lib.* XLI. Prætorio deiecto, direptis quæ ibi fuerũt, ad quæſtoriũ, forũ, quintanamq; hoſtes peruenerũt. *Ac lege ſequentia videbis quintanã eſſe in medijs caſtris.*

Portæ caſtrorum.

Interdum enim trigona, vel rotunda, pro re nata, aut ingenio loci. Veget. lib. 1. cap. XXIII.

Quattuor tantum fuiſſe.

Portã vnam pluribus nominibus dictam.

Prætoria & ordinaria, eædem.

Quæſtoria & Decumana, eædem.

Quintana, nulla porta.

Correctus Feſtus.

Ayuntamiento de Madrid

*Hyginus manuſcriptus*, In quæſtorio maximè legati hoſtium & obſides, & ſiqua præda facta fuerit in quæſtione ponitur. Lateribus eiuſdem tendere debet ad viam quintanam centuria ſtatorum: vt poſticū prætorij tueantur. *Iſidorus lib. X V. cap. I I.* Quintana, pars plateæ quinta eſt, qua carpentum progredi poteſt. *Via igitur. idemq; diſces ex Polybij, lib.* V I. *Suetonius in Nerone planè idem adſignificat, cap.* X X V I. Tabernulas etiam effringere & expilare, quintana domi conſtituta, vbi partæ & ad licitationem diuidendæ prædæ pretium aſſumeretur. *Non aliud ergo quàm via latior, in vſum fieri, à metatione agrorum inuento nomine, vt in porta Decumana. Ecce ergo tibi portas quattuor: ſed videamus ordine, Prætoria, ſiue ordinaria, aduerſa hoſti. Hyginus ille non vulgatus*, Vt regiones caſtris ſubiaceant, porta prætoria ſemper hoſtem ſpectare debet. *Vegetius lib.* I. *cap.* X X I I I. Porta prætoria aut Orientem ſpectat, aut illum locum qui ad hoſtes pertinet, aut ſi iter agitur, illam partem ad quam exercitus eſt iturus, intra quam primæ centuriæ tendunt, & dracones ac ſigna conſtituunt. *Idem & Feſtus. Huic oppoſita ex diametro, Decumana, vel à limite decumano, vel, vt Hygini verba ſunt*, à cohortibus decimis ibi tendentibus Decimana appellata. *Vegetius*, Decumana porta quæ appellatur poſt Prætorium eſt, per quam delinquentes milites educuntur ad pœnam. *Hanc tandem quid Quæſtoriam appellem, monent, quia Quæſtorium Prætorio proximè ſubiectum. Vt ergo ab illo porta antepoſita Prætoria: quidni à Quæſtorio pariter hæc Quæſtoria dicta? Nam Decumanam recto rigore (loquar cum Gromaticis) Quæſtorio cenſeo reſpondiſſe. Ex narratione Liuiana, lib.* X. Ab tergo caſtrorū decumana porta impetus factus, itáque captum

Quintana via.

Legenm. [illegible]

Ordo ſitúſque portarum.

I. Prætoria.

II. Decumana.

captum Quæſtorium. *Conſidera tu, nam mihi non vacat omnia* χ$^{\tau}$ λεπ̄όν. *Ex his item Hygini verbis* Quæſtorium dicitur quòd aliquando Quæſtores ibi pedaturam acceperint: quod eſt ſupra Prætorium, in rigore portæ quæ à cohortibus decimis Decimana eſt appellata. *Et tamen ſiquis miſcere Quæſtoriam cum dextra Principali mauelit aut ſiniſtra: non pertendam ego. Reliquæ ſunt duæ portæ principales: quæ limitem quē poſui ſcindunt è tranſuerſo, ſpatio vtrimque pari. Dextra, Prætorij reſpectu, de qua Liu. lib.* XL. Ad dextram Principalem haſtatos legionis primæ inſtruxit. *& lib.* IV. Fabius Vibulanus corona primùm vallum defendit. intentos deinde hoſtes in vallum, egreſſus dextra principali cum triariis repentè inuadit. *Siniſtra, de qua idem ſcriptor:* Tertia legio aduerſus principalem ſiniſtram portam inſtructa eſt. *Vtrique nomen, à principibus qui ibi tendebant. Adi Feſtum, in voce Principalis. Sed & via Principalis Liuio Hygino que dicitur in caſtris, à cauſſa eadem.* III. Dextra principalis. IV. Siniſtra principalis. Lib. X.

Cæcina proiectus in limine portæ, miſeratione demum, quia per corpus legati eũdum erat, viam clauſit. *Habes idem prorſus factum in Plutarchi Pompeio, ſub initium. Vide.*

PAG. 67. Equos dehinc, orſus à ſuis. *Ferri poteſt, intellegique: præoptem tamen,* à ſuo. *Vt Commentario Cæſaris primo:* Cæſar primum ſuo, deinde omnium, è conſpectu remotis equis. *Statim etiam,* Hoſtis facilè excidium. *ſententia deſiderat. non,* Hoſti. *quod inoleuit.* Tacitus correctus.

PAG. 68. Ac ni Agrippina impoſitum Rheno pontem ſolui prohibuiſſet. *Qua parte Rheni iſte pons? Ne trahant ad ſe Agrippinenſes: fallũtur. apud Treueros fuit. Nam Agrippina diſcedent a marito, tumultu militari, in Treueros ijt, vt ſuprà lectum ne-* Pons in Rheno. Tamen & alij duo Rheni ponte... Bonnæ & Galdubæ, ex Flore.



Ayuntamiento de Madrid

*bus, ibique mansit. Pons ergo ipſe in loco, Strabo lib.* IV. μετὰ δὲ τοὺς Μεδιοματρικοὺς καὶ Τριβόκχους παροικοῦσι τὸν Ῥῆνον Τρικάχεοι (*puto*, Τρήουηροι) καθ' οὓς πεποίηται τὸ ζεῦγμα ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων νυνὶ τῶν στρατηγούντων τὸν Γερμανικὸν πόλεμον.

PAG. 69. Sidere æquinoctij, quo maximè tumeſcit Oceanus. *Idem Cæſar ſenſit ſcripſitq́ue, nauigatione Britannica, in Commentariis ſuis. Et vide Poſidonij non abhorrentem ab vſu hodierno diſputationem ſuper tota re, apud Strabonem, libro tertio extremo. quem tamen ipſe haud iuſtè refellit.*

Arenarij mõtes ad mare. Eadem freto, litori, campis facies. *Ex his pluribúſque locis clarum, non fuiſſe loco litoris olim arenarios illos molis verius quam montes, qua Oceanum hodie arcent: ſuccreuitque maiorum æuo illa arenarum vis, ſatione caricis, non ſine monitore Deo.*

PAG. 70. Ipſum & filium eius in ciuitatem Vbiorum perduxerat. *Segimeri filium Seſithacum nomine. Strabo lib.* VII. ἔτι δὲ Σεσίθαβος Αἰγιμήρου υἱὸς τῶν Χηρούσκων ἡγεμόνος. *Sed corrigere in Strabone,* Σιγιμήρου. *Nam Taciti ſcriptura ad etymon apta eius linguæ.*

PAG. 71. Caſſij Seueri libidine. *Scribam id fusè ad librum* IV.

Carmina incertis auctoribus vulgata in ſæuitiam ſuperbiámque eius. *Intellegit ipſa carmina quæ exſtant Suetonio, cap.* LIX.

Cultores Aug. per domos. Cultores Auguſti qui per omnes domos in modum collegiorum habebantur. *Hoc eſt quod Ouidius de pietate ſua gloriatur.*

Nec pietas ignota mea eſt, videt hoſpita tellus
In noſtra ſacrum Cæſaris eſſe domo.

Imagines Cæſaris cũ venditis hort. Quódque venditis hortis, ſtatuam Auguſti ſimul mancipaſſet. *Ridiamus, & eo magis, quod Iuriſconſultis etiam diſcrimen aliquod repertum huic* rei.

Ayuntamiento de Madrid

*ſa re. qui traduut.* Non videri contra maieſtatem fieri ob imagines Cæſaris, nondum conſecratas, venditas. *Ergo conſecratas vendi, commiſſum fuit. Iucc exagitat purpuratos illos ſtipites Tertullianus:* Publicos æquè Deos fœdatis, quos in haſtario vectigales habetis. Si Capitolium, ſi olitorium ſorum petitur, ſub eâdem voce præconis, ſub eâdem haſta ſub eâdem annotatione Quæſtoris diuinitas addicta condutitur. L. non contrahit. D. Ad l. Iuliã maie. & l. qui ſtatuas.

Rubrio crimini dabatur violatũ periurio nomen Auguſti. *Vulgatum, ut ſanctiſſimum iuramentum eſſet per nomen & numen Auguſti. Horatius id accidiſſe teſtatur eo etiam viuo:* Iuramentum per nomen Aug.

Præſenti tibi maturos largimur honores,

Iurandáſque tuam per nomen ponimus aras.

*Sapiens ille Claudius*, iuſiurandum neque ſanctius ſibi neque crebrius inſtituit, quàm per Auguſtũ. *ait Sueton. cap. XI. Tertullianus:* Maiore formidine & callidiore timiditate Cæſarem obſeruatis, quàm ipſum de Olympo Iouem: citius denique apud vos per omnes deos, quàm per vnum Genium Cæſaris peieratur. *Minutius Felix:* Et eſt eis tutius per Iouis Genium peierare, quàm regis. *Nec mentiuntur duo ſanctiſſimè ſcriptores, ex quæ legibus firmata video de iureiurando, l. LXIX. ſub finem. Lucanus vltiones ſanguinis ciuius hanc poſuit, vt mihi videtur, facundè:* Eius religio.

——— cladis tamen huius habemus

Vindictam, quantam terris dare numina fas eſt. Lib. VII.

Bella pares ſuperis facient ciuilia diuos.

Fulminibus Maneis radiiſque ornabit & aſtris,

Inque Deum tẽplis iurabit Roma per vmbras.

*Formulæ autem iurandi erant, per Genium, per Fortunam, per Salutem Principis.*



Ayuntamiento de Madrid

Quæ vbi innotuere Tiberio, ſcripſit conſulibus. *Errat igitur Dio fine libri* LVII. *qui ait Tiberium voluiſſe damnari eum qui ſtatuam cum hortis vendidiſſet: ſed obſtitiſſe pudorem, quia primus à Conſule ſententiam rogatus eſſet. Nam Tiberius, vt vides, non interfuit.*

Dionis error.

Ludis quos mater ſua in honorem Augusti ſacraſſet. *Credo eos eſſe, qui Palatini poſtea à loco dicti, alij ab Augustalibus. Videnturque non equeſtres aut curules fuiſſe, vt illi, ſed ſcenici. Dio* LVI. χωρὶς δὲ τούτων καὶ ἡ Λιουία ἰδίαν δή τινα πανήγυριν αὐτῷ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐν τῷ παλατίῳ ἐποίησεν, ἣ καὶ δεῦρο ἀεὶ ἀπ' αὐτοῦ τῶν ἀεὶ αὐτοκρατόρων τελεῖται. *Id eſt.* Præter hæc etiam Liuia proprios quoſdam ludos Auguſto per triduum in Palatio fecit. qui ad hoc æuum celebrantur ab iis qui rerum potiuntur. *Suetonius Caligula:* Cúmque placuiſſet Palatinis ludis ſpectaculo egreſſum meridie aggredi.

Ludi Palatini.

Cuiuſmodi.

Deorum iniurias dis curæ. *Expreſſit eam ſententiam & Iuriſconſultus, l. 2. De reb. cred.* Iuriſiu- ontempta religio ſatis vltorem habet.

A G. 72. Subſcribente Romano Hiſpone. *Cuius declamationum Electa in Seneca controuerſiis non vno loco.*

Ex pauperibus diuites, ex contemptis metuendi. *Videri poſſit à Demoſthene, Philip.* IV. καὶ γὰρ τότων μὲν ἐκ πτωχῶν ἔνιοι ταχὺ πλούσιοι γεγόνασι, καὶ ἀδόξων ἔνδοξοι καὶ γνώριμοι.

In ſtatua amputato capite Auguſti, effigiem Tiberij inditam. *Quod nunc crimini datur, id receptum fuiſſe ſuo æuo Plinius indicat:* Surdo, *inquit,* figurarum diſcrimine capita permutantur. *Et Caligula, ſimulacra numinũ è tota Græcia conquiſiuit, quibus capite dempto ſuum imponeretur. Suetonius.*

Statuarũ capitis permutatio.

Pœni

Ayuntamiento de Madrid

Pœnitentia patiens tulit abſolui reum. *Abſolutúne? atque damnatum eum Suetonius ait: Statuæ quidam Auguſti caput dempſerat, ut alterius impoſeret. acta res eſt in Senatu, & quia ambigebatur, per tormenta quæſita eſt. Damnato reo, paullatim genus calumniæ eò proceſſit, &c. Ego non concilio: niſi repetundarum damnatus fuit, non maieſtatis. quod tamen omnino Suetonius voluiſſe videtur.* — Abit à Tacito Sueton.

PAG. 73 Pius Aurelius Senator. *Forraſſe hic inter maiores optimi principis Antonini: etſi nulla mentio Capitolino.* — Antonini maior.

Tentantes eadem alios probare cauſſam Senatui iuſſit. *Adi Senecam de benef. lib. II. cap. VII.*

Achaiam ac Macedoniam. *Achaiam quod ait, capies Græciam totam. nec enim aliter tunc appellabant Romani. Scriptor quiſpiam apud Suidam:* μόμμιος τὴν κόρινθον εἷλεν αὐτοβοεί, στρατεύσαντος παντὸς, κατὰ τότε, τῆς Ἑλλάδος. ὅθεν δοκοῦσι καὶ νῦν Ἀχαΐαν ὀνομάζειν τὴν ἑλλάδα ῥωμαῖοι, ἐς τὸ χειρωθὲν ἔθνος ὁ προεστὼς ἦν τότε τῆς ἑλλάδος τὴν ὅλην μεταβαλόντες τῆς χώρας ἐπωνυμίαν. *Pauſanias lib. VII.* Porrò redacta vniuerſa Græcia in prouinciæ formam, mittitur ad eam obtinendam ex vrbe Prætor, quem Achaiæ non Græciæ appellant, quòd ſcilicet Græci ſubacti ſunt, obtinentibus principatum Achæis. — Achaiæ nomine Græcia dicta.

PAG. 74. Leuari proconſulari imperio, tradique Cæſari placuit. *Durius ergo Proconſulare Imperium Præſidiali: nec cauſſam ſatis ſcio. Prouinciarum quidem diuiſio à Cæſare Auguſto in ſexto conſulatu facta duplex. Aliæ populo datæ, aliæ Cæſari. In eas quæ populi, propriè dicti Proconſules mittebantur: in Cæſaris, Legati aut Proprætores. qui interdum tamen & Prætores dicti, aut coniunctim Legati proprætores, ut in lapidibus plerumque. Rectorum &* — Proconſulare imperium deterius præſidiali. — Quid propriè proconſules & legati.

*Præſidum nomen generale eſt: etſi Præſ. præſidialéſque prouincias, de Cæſarianis reperies etiam, ſignificatione arta. Diſcrimen inter Proconſules Legatóſque multum. Primò, quòd ij in populi prouincias miſſi, quæ ferè inermes: hi in Cæſaris, quæ copijs inſtructæ. II. quòd illorum annua tantùm adminiſtratio* (*vnde in Taciti, lib.* III. *Flamen ait,* quanto facilius ſe abfuturum ad vnius anni proconſulare imperium?) *horum longior contractiórve, vt Cæſari viſum.* III. *Proconſules ſorte miſſi. eoq; Suet. Aug. cap.* XLVII. cæteras prouincias Proconſulibus ſortitò permiſit. *&* *Tacit. lib.* III. eóque etiã Aſiæ ſorte depellendum incuſauit: *at Legati, Cæſaris delectu, & ἀκληρωτεὶ, vt ait Dio Statius lib.* I. *Silu.*

Diſcrimina inter vtroſque.

Coniungit vtroſq; te Tacitus, lib. II. *Qui ſorte aut miſſu prouincias tenerent.*

——cum tanti lectu rectoris habenas
Gallicè fortuna non admirante ſubiſti.

IV. *Proconſules ſtatim egreſſi vrbe inſignia imperij ſumunt* (*τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπίσημα, ait Dio*) *puta lictores, faſces, nec deponunt, niſi ingreſſi iterum vrbem: at Legati, non antequam prouinciam attigerint, & in ipſa prouincia deponunt.* V. *Proconſules pacato habitu, & gladio non accincti fuerunt* (*ex inſtituto quidem Auguſti, quod tamen poſtea mutauit:*) *Legati, τὴν στρατιωτικὴν στολὴν, id eſt, paludamentum, geſtarunt, & gladium, vt quibus ius eſſet militis animaduertendi.* VI. *Proconſules ſex lictoribus, faſcibúſque vſi: quinque dumtaxat Legati qui conſulatum nondum geſſiſſent. Dio auctor,* LIII. *Atque hæc diſcrimina. ſed ex ijs nihil eruas, cur prouinciarum Cæſaris conditio* (*quod tamen hîc ex Tacito clarum*) *melior penſiórque.*

Tradíque Cæſari placuit. *Quod etiam factum. ideóque Strabo, qui vixit medio Tiberij principatu, libro extremo, Achaiam & Macedoniam Cæſarianis prouincijs accenſuit: aliter quàm Dio, qui populi.*

*Sed*

Ayuntamiento de Madrid

*Sed mutauit iterum Claudius, qui populo reſtituit. Habes in Suetonio,cap.* XXV. *& Dionis* LX.

Quod vulgus formidoloſum. *Confirmo ſcrib.* quod in vulgus. *Ita priſci ſcriptores, & ipſe Tacitus*, Multáque in vulgus grata vſurpauit, incedere ſine milite, pedibus intectis; & pari cum Græcis amictu.

Militibus & centurione, vulnerato Tribuno, *Refer ad cohortem, quæ adſidere ludis ſolita.*

Quia diuus Auguſtus immunes verberum hiſtriones quondam reſponderat. *Auguſtus ad frangendos rigidos illos animos. nō dubie rei ludicræ fautor. Ideò* Coërcitionem in hiſtriones magiſtratibus, omni loco & tempore, lege vetere permiſſam, ademit: præterquàm ludos & ſcenam. *ait Sueton. cap.* XLV. *Vbi emendo,* ludis & ſcena. *& veriſſimâ optimáq; ſententia. Mos vetus puniri hiſtriones ab Ædilibus, Prætoribus, Conſulibus, quouis tempore & quouis loco permittebat: arctauit Auguſtus,& non niſi per tempus ludorum permiſit, & in loco ipſo vbi peccarant, id eſt, in ſcena. Ademit etiam ius virgarum. Quod tamen redditum eſſe magiſtratibus videtur lege Iulia de vi publica: non quidem nominatim, ſed prudentum interpretatione. Vide Paulum lib.* V. *Sentent. tit.* XXVI. *Quæ tamen coercitio relicta ab Auguſto? Exſilium, & carcer. Ideò infrà in Tiberij principatu legis,* Pulſi tum hiſtriones Italia; *& alibi,* in vincla ductos fautores hiſtrionum. *idem ergo iuris id hiſtriones ipſos.*

De modo lucaris, & aduerſus laſciuiam fautorum multa decernuntur. *Lucar, merces hiſtrionū à lucis, qui multi circa vrbem, quorum reditus deſtinati ad ludos. Plutarchus in cauſſis, & Feſtus: ibiq́; magni patris magna proles. Sed quis dum, quæſo, modus lucaris? omnia enim aut peruadit aut tentat* noſtra

Auguſtus populum inlicuit ad ludos.

Suetonius correctus.
Coercitio in hiſtriones.

Virgæ.

Carcer, & exſilium.
Lib. IIII.
Lib. XIII.

Lucar quid.

Quis modus lucaris.

*noſtra curioſitas. Vulgaris actoris videntur fuiſſe denarij quinque. Seneca, epiſt.* LXXXI. Ille qui in ſcena elatus incedit, & hæc reſupinus dicit, Imperito Argis ſeruus eſt quinque modios accipit & quinque denarios. *Aut certè ſeptem. vt apud Lucianum in loco qui re & verbis Senecæ illi par:* ὁμοιό-τις μάλιςα τοῖς τραγικοῖς ἐκείνοις ὑποκριταῖς, ὧν ἢν ἀφέλῃς τὰ προσωπεῖα, κὴ τὴν χρυσόπαςον ἐκείνην ςολὴν, τὸ καταλειπόμενόν ἐςι γελοῖον ἀνθρώπιον, ἑπτὰ δραχμῶν ἐς τὸν ἀγῶνα μεμισθωμένον. *Mutata tamen ſæpius res, cum vulgus editoresque multa adderēt hiſtrionibus fænoſis, præter morem. Ideò Tiberius*, Ludorum ac munerum impenſas corripuit, mercedibus ſcenicorum recilis. *& M. Antoninus Imp.* Temperauit ſcenicas donationes, iubens vt quinos aureos ſcenici acciperent: ita tamen vt nullus editor decem aureos egrederetur. *magno tamen, corruptis moribus, incremento ſi pro quinque denariis ventum ad aureos quinque. Sed Seneca fortaſſe & Lucianus de diurna mercede agunt: Capitolinus de menſtrua. aut certè prodictione tota. Aut denique merces tā ampla ad principes ſcenæ pertinet, nō ad pueros hiſtrionū. Quod ait de editore, video labi virū doctū. hoc iubet Imperator, vt nemo editor. i. Prætor aut magiſtratus qui ludos præbet, ſuggerat iis ſuprà decē: eſtque quaſi correctio in capite eiuſce legis. Sed vnde hæc pecunia? ſæpe ab editoribus, ſæpe a fiſco. Ideo Gloſſæ*, Lucar, μισθὸς ἀπὸ φίσκου. *Alias*, Lucar, τὸ θεατρικόν. *Plutarchus*, τὸ τελούμενον εἰς τὰς θέας.

In Icaromenippo.

Lucar ſæpe mutatum.

Capitolinus explicatus.

Ne domos Pantomimorum Senator introiret, ne egredientis in publicum equites Romani cingerent. *Magnum ſtudium, vt video, Romanorum in has nugas hominum, imò furor. Veſtibula eorum, quaſi principum, frequentabantur: adhærebant egreſſibus,* non

Honos in histriones.

Deducebant eos.

Ayuntamiento de Madrid

*bã vulgus modò, ſed Eques & natúſque. Plinius.* Nullius hiſtrionis equorúmue trigarij comitatior egreſſus in publico erat: cum Crinas Maſſilienſis, *&c. Seneca fine libri* 1. *Quæſt. natural.* Stat per ſucceſſores Pyladis & Bathylli domus, harũ artium multi diſcipuli ſunt multíque doctores. priuatim vrbe tota ſonat pulpitum: in hoc viri, in hoc feminæ tripudiant. mares inter ſe vxoréſque contendunt, vter det latus illis. *Dare latus, explico, vter latero ſit illis: vt hic Tacitus,* Ne egredientes, Equites Ro. cingerent: *vt Martialis,* L.b.xiii.

Eutychus ille tuum, Caſtrice, dulce latus.

*Hanc inſaniam quàm bene notat damnátque ſanctiſſimus ſcriptor, Tertullianus!* Etenim ipſi actores (*ait, libello De Spectaculis*) & adminiſtratores ſpectaculorum, quadrigarios, ſcenicos, xyſticos, arenarios illos amentiſſimos, quibus viri animas, feminis aut illis etiam corpora ſua ſubſternunt, propter quos in ea committunt quæ reprehendunt. quàm magnifaciunt? deponunt & diminuunt ignominia & capitis minutione. *quem libens adduxi, vt eruam correctione elegantem ſenſum:* quibus viri animas, feminæ autem illis etiã corpora ſua ſubſternunt. *idque veriſſimum. Vir magnus qui conatus eſt ante me, non attigit:* Tertullianus correctus. Faber. Sem. 1. cap. 22.

PAG. 75. Aut alibi quàm in theatro ſpectarentur. *Puta, ne domi, ne in hortis.*

Spectantium immodeſtiam exſilio mulctandi poteſtas prætoribus fieret. *Etiam vinculis. Infrà, lib.* XIIII. Inter vibullium prætorem & Tribunum Antiſtium ortum certamen, quod immodeſtos fautores hiſtrionum à Prætore in vincula ductos omitti iuſſiſſet. comprobauere patres, incuſata Antiſtij licentia. *Ex hoc decreto patrum nata lex, quæ Pandectis inſita, De pœnis, l.* XXVIII. Spectatores exſilio puniti.

So

Solent quidam qui volgo ſe Iuuenes appellant, in quibuſdam ciuitatibus, turbulentibus ſe adclamationibus populárium (*ita vocat locum ipſum, vbi ſpectabat populi plebs*) accommodare qui ſi amplius nihil admiſerint, fuſtibus cæſi dimittuntur, aut etiam ſpectaculis eis interdicitur quòd ſi correcti in eiſdem deprehenduntur, exſilio puniendi ſunt. *Ait, ecce disertè, Exſilio vt hic, noſter.*

Tēplū Aug. Tarracone.

Templum vt in colonia Tarraconenſi ſtrueretur Auguſto. *Manſit id templum ad æuum Hadriani. In eius vita,* Tarracone hiemauit, vbi ſumptu ſuo ædem Auguſti reſtituit. *Quod ſequitur,* Datúmque in omnes prouincias exemplum, *Caue acceperis, quaſi litterarum exemplāria diffuſa & trāſſcripta ad omnes prouincias, cum Vertranio. ſed hoc ait, Tarraconenſium monitos alios, vt peterent impetrarêntque idem.*

Centeſimam rerum venalium. *Dico libro* II.

Aerarium militare.

Militare ærarium eo ſubſidio niti. *Cuius inuentor Auguſtus. Suetonius, cap* XLIX. Vtque perpetuò ac ſine difficultate ſumptus ad tuendos milites proſequendóſque ſuppeteret, ærarium militare cum vectigalibus nouis inſtituit. *Id factum anno* DCCLIX. *ex Dione* LV. *Zonaras Agrippæ poſthumi damnati bona in ærarium militare relata ait. Proprijq; huic ærario Præfecti lib.* V. *de P. Vitellio:* clauſtra ærarij cui Præfectus erat, & militarē pecuniam rebus nouis obtuliſſe. *Lapis in Samnio,*

L. NERATIO. C. F.
VOL. PROCVLO
PRAEF. AERARI. MILITARIS.

Imparem oneri remp. niſi viceſimo militiæ anno veterani mitterentur. *Quo enim citius dimittebantur (expreſſerant autem vt decimoſextò anno) eo plura & ſtatim repræſentanda præmia. Ideo id in-*

*dul*

Ayuntamiento de Madrid

*dultum, reuocatum.*

Actum in Senatu ab Arruntio & Ateio, an ob moderandas Tiberis inundationes. *Tacitus hic & ſupra duobus modo commiſſam eam curam ſcripſit. ait Dio autor quinqueuiros à Tiberio conſtitutos, qui Tiberis inundationes arcerent verterentq́. Vide eius verba, lib.* LVII. *actis anni 768. Cur opus fuerit noua electione, neſcio: quia præfecerat pridem Auguſtus. Suet.cap 37. In monumentis frequenter,* CVRATOR. RIPARVM. ET ALVEI TIBERIS. Curatores Tiberis.

PAG.76. Vt in ſententiam Piſonis concederetur, qui nil mutandum cenſuerat. *Ita omiſſa nunc res. Nerua tamen poſteà, ſiue Traianus, ad arcendos fatales huius fluuij & non ſine omine auctus foſſam duxit. de qua Plinius ſenſit lib.8. Epiſtol.* Tiberis alueum exceſſit, & quanquam foſſa, quam prouidentiſsimus Imperator fecit exhauſtus, premit valles, innatat campis, quáque planum ſolum, pro ſolo cernitur. *Legerim*, quaq; planum, ſolus pro ſolo cernitur. Foſſa Tiberina. Diuinatio in Plinio.

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM II.
## ANNALIVM
### COMMENTARIVS.

PAG.73.

PARTEMQVE prolis firmandæ amicitiæ miſerat. *Quattuor filios, ſi Straboni credimus, & eorum vxores duas cum filijs item quatuor miſit Romam. Verba eius ſententiaque,* Liberi & nepotes Phraatis Lib.XVI.

*gemi*

Ayuntamiento de Madrid

geminа ſunt huic loco. ὁ Φραάτης καλέσας εἰς σύλλογον Τίτιον, τὸν ἐπιςατοῦντα τότε τῆς Συρίας, τέτταρας παῖδας γνησίους ἐνεχείρησεν ὁμηρεύ. αὐτῷ, Σαρασπάδην καὶ Κεροσπάδην, καὶ Φραάτην, καὶ Βοώνην, καὶ γυναῖκας τούτων δύο, καὶ υἱεῖς τέτταρας, δεδιὼς τὰς ςάσεις καὶ τοὺς ἐπιτιθεμένους αὐτῷ. Tantùm in ijs emendauerim, Φραάτην καὶ Βονώνην. Fuerunt enim inter obſides, Phraates & Vonones. Vide eũdem ſcriptorem, lib. VI.

Correctus Strabo.

Poſt finem Phraatis & ſequentium regum. Adeò ergo multi interiecti in Phraatem, & filium eius hunc Vononem? Ego ſanè duos reperio, Phraatem, & Orodem. Sed quia confuſum hoc totũ ſtemma, & multa eius in Tacito mentio ecce tibi in hoc albo Parthorum reges: eos quidem qui innexi rebus Romanis. vlteriora mihi non ſunt curæ.

Reges Parthorum, quatenus ad Rom. pertinent.

| | |
|---|---|
| I. ORODES. *Iuſtino, Herodes Plutarcho. Ἡρώδης qui vicit Craſſum.* | PACORVS, *à P. Ventidio victus cæſuſq. Dio & alij.*<br>PHRAATES, *Plutarcho, Phraortes.* |
| II. PHRAATES. *cum quo M. Antonius bellũ geßit. Teridates eum regno pepulit: ſed ipſe breui pulſus, Phraate reſtituto. cui legitimi filij quattuor.* | SARASPADES.<br>CEROSPADES.<br>PHRAATES.<br>VONONES. *eius F.* { Meherdates. |
| *Vnus ex concubina Rom. muliere, Thermuſa, genitus. qui actu matris in Parthis remanſit. de quo Ioſeph. lib. XVIII. c. IV.* | PHRAATES, *nothus.* |

III. PHRAATES, *patris interfector, maritus matris. breui pulſus, facinorum odio, moritur. Idem Ioſeph.*

IV. ORODES. *Ioſepho, Herodes, neſcio cuius proles. cætu popularium facto cæſus in ſacrificio vel venatu,*

ob

Ayuntamiento de Madrid

ob crudelitatem. Ioſeph.

V. VONONES. de quo hic Tacitus, & loco dicto Ioſephus.

VI. ARTABANVS. non ex recta priorum regum ſtirpe, tamen Arſacides & Medorum antea rex, ait Ioſephus. Contra eum rex miſſus à Tiberio Phraates, de quo ſuprà. Vononis frater. ſed in via periit. poſteà Teridates (neſcio cuius proles, nepos tamen Phraatis) qui pepulit.

Artabanum, iterúmque ab eo pulſus. Regnum tenuit ad Claudij principatum. Eius filij. — ORODES, qui Armeniæ rex. Tacit. lib. VI. DARIVS qui Vitelliano fœdere cũ Artabano, obſes miſſus Romã. Ioſeph. Is eſt quẽ nominat Suet. Calig. cap. XIX.

VII. GOTARZES. Artabani frater, qui necem ipſi filiiſque maturauit. Tacit. lib. XI.

VIII. VARDANES. item Artabani frater. pepulit Gotarzem. Tacit. XII.

IX. GOTARZES, iterum, mortuo fratre. Contra eum ſubmiſſus MEHERDATES, filius Vononis, imperante Claudio. Fruſtra. victor prælio Gotarzes.

Imperauit Apollonij tẽpore. Vide Philoſtratũ, lib. I.

X. VONONES (ignoro ſtirpẽ) antea Mepiæ rex, lectus acitusq; à Parthis, ſed breui & inglorio regno. Tac. XII. — VOLOGESES. TIRIDATES. ſub Nerone Armeniæ rex.

XI. VOLOGESES, vel, vt Græci, VOLOGAESVS, Vononis huius F. per tempus Neronis. Vixit ad Veſpaſiani imperium, vt liquet ex Taciti Hiſt. lib. IIII.

Raro venatu, ſegni equorum cura. Quæ tamen vnica ſtudia procerum regiſque. Xenophon lib. VIII.

Venationi addicti Parthi.



Ayuntamiento de Madrid

παιδείας τῆς πολεμικῆς δὲ ἕνεκα ἀσκήσεως. ἐπὶ θήραν ἐξηγοῦ ὥσπερ ἀσκεῖν ταῦτα ᾤετο χρῆναι, τιμὴν ἡγούμενος καὶ ὅλως ἀρίστην ἄσκησιν πολεμικῶν εἶναι, καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεστάτην· καὶ νῦν δὲ βασιλεὺς, καὶ οἱ ἄλλοι περὶ βασιλέα ταῦτα ποιοῦντες διατελοῦσι.

Anulus ſignatorius. Eo ſignabāt penum & vtenſilia.

Viliſsima vtenſilium anulo clauſa. *Signatorium anulū intellegit, ſiue, vt alij appellāt, ſigillariciū, qui habeat* χαρακτῆρα. *Moris autem Romani, vt domi ſupellex penuſq; omnis eo ſignaretur; nequid negligentia aut furto periret. Apud Plautum materfamilias,*

Obſignate cellas, referte anulum ad me,
Ego huc tranſeo in proximum ad meā vicinā.

*Et alibi ſeruus:*

Illi parcipromi qui ſalinum ſeruis obſignant cū ſale. *Plinius* 33. Anulo cibi quoq; & potus anulo vindicantur a rapina. *Ab hoc more Mart. lib.* IX.

Septem poſt calices Opimiani
Denſo cum iaceam triente læſus
Adfers neſcio quas mihi tabellas
Et dicis, Modò liberum eſſe juſſi
Zenam, ſeruulus eſt mihi paternus.
Signa cras melius, Luperce, fiet:
Nunc ſignat meus anulus lagenam.

*Et ſcitule, quod mater Ciceronum amphoras vinarias ſignare ſolita etiam inanes. Clemens lib.* III. *Pædag. feminis Chriſtianis talem annulum dat.* δίδωσιν οὖν (ὁ παιδαγωγὸς) αὐταῖς δακτύλιον χρυσίου, οὐδὲ τοῦτον εἰς κόσμον, ἀλλ' εἰς τὸ ἀποσημαίνεσθαι τὰ οἴκοι φυλακῆς ἄξια, διὰ τὴν ἐπιμέλειαν τῆς οἰκουρίας. εἰ γὰρ ἅπαντες ἦσαν πεπαιδαγωγημένοι, οὐδὲν ἂν τῆς σφραγῖδος ἔδει, ὁμοίως ὄντων δικαίων καὶ οἰκετῶν καὶ δεσποτῶν. ἐπεὶ δὲ ἡ ἀπαιδευσία πολλὴν ἐνδίδωσι ῥοπὴν εἰς ἀδικίαν, σφραγῖδος ἐδεήθημεν. *id eſt*: Tribuit etiam feminis anulum aureum, non hercle ad ornatum, ſed ad ſignandum ea quæ domi cuſtodien-

di-nda ſunt, propter curam domeſticam quæ illis incumbit. Si enim omnes à pædagogo rectè inſtitui eſſemus, ſuperuacua eſſent ſignacula, omnibus ex æquo bonis, ſeruis dominiſque. Sed quoniam aut nulla inſtitutio cauſſam magnam præbet iniuriæ, opus habuimus ſigillis. *Vbi vides etiam illo æuo morem priſcum. Anulos eiuſmodi ſignatorios (ferreos tamen, vt appareat ſeruorum fuiſſe, aut vulgarium militum) complures eruros ipſi vidimus in Batauis, cum adiuncta clavi, ad duplicem ſcilicet vſum ſignandi aperiendique. Eorum hæc forma, magnitudine minimi ſimi digiti.* Claues anulatæ.




*Plinius Iliacis temporibus ignotum annulorum vſum fuiſſe docet*, quoniam conditas arcis veſtes vaſaque aurea & argentea, & ea colligata nodi non anuli nota Homerus indicat. *Verſus Homeri, quos reſpexit, ſunt, Odyſſ. θ.*

Αὐτὸς νῦν ἴδε πῶμα, θοῶς δ' ἐπὶ δεσμὸν ἴηλον,
Μή τίς τοι καθ' ὁδὸν δηλήσεται.

*Ad hos anulos pertinere velim, Valerij lorii li. 7. cap. vlt.* inſuperque anulos ſuos ei tradidit: videlicet nequid ex ea hereditate quam non erat aditurus



Ayuntamiento de Madrid

amitteret. Quos ocyus vir diligens, ſed morientis amici plenum contumeliæ ludibrium, in locellum repoſitos & à præſentibus obſignatos diligentiſſimè, heredibus illius exheres ipſe reddidit.

Primóque congreſſu fuſus reparat vires. *Fuga capta ad montes Medi,æ, ait Ioſephus.*

Victo Vononi perfugium Armenia fuit. *Primò Seleucia. Vide eundem ſcriptorem lib.* XVIII.

PAG. 79. Ob ſcelus Antonij, qui Artauaſdem regem Armeniorum. *Vere ſcelus. nec enim cenſori Tacito, ludus & iocus, vt hodie, fallere fidem. Artauaſdes autem Antonium expeditione Parthica deſeruiſſe viſus, fallacibus ab eo litteris excitus, in vincla habitus, & in triumpho Alexandriam ductus eſt. Vide Dionem, & Plutarchum.*

Occiſo Artaxia per dolum propinquorum, datus à Cæſare Armeniis Tigranes, deductúſque in regnum à Tiberio Nerone. *Ioſephus hunc Artaxiam filium facit Artabazu, ita enim appellat pro Artauaſde, vt alibi etiam Plutarchus, occiſum cum à propinquis non dicit, dicit à Tiberio & Archelao pulſum. Horatius gloriam tribuere Tiberio videtur non pulſi ſolum, ſed etiam occiſi. Ad Itium,*

Diſſenſio, in hac hiſtoria nominibúſque ſcriptorum.

—Claudi virtute Neronis

Armenius cecidit.

*Suetonius*, Ducto ad orientem exercitu regnum Armeniæ Tigrani reſtituit, ac pro Tribunali diadema impoſuit. *Dio hiſtoriam confundit, & Artabazem nominat pro Artaxia, Tigranē facit eius fratrem. lib.* 54. *Res autem ita habet. Artauaſdes ſiue Artabazes, duûm filiorum pater, Artaxiæ & Tigranis. Ille maior natu. Adi Ioſephum, libro* XV. *cap.* IIII.

Facit huc Epigramma I. lib. 4. Florilegij Græci, εἰς εἰκόνας βασιλέων.

Quanquam ſocietatis more externo, in matrimonium regnúmque. *Qui mos etiam Ægyptijs, aliiſ*

Barbari reges cum ſororibus matrimonio iuncti.

*aliiſque barbaris ad Orientem.*

Sed vbi minitari Artabanus. *Qui Orodem ſiue Herodem filium ſuum regem iis dedit. Ioſeph. lib. 18. cap. 4. qui etiam hanc rem fuſius exſequitur, paullum tamen à Tacito diuerſus.*

Vt effuge tentauerit Vonones, in loco reddemus. *Reddidit, hoc ipſo libro ſub finem.*

PAG. 80. Quæ ſibi tertium iam annum belligeranti. *Imò plures. Nam continenter in Germanos bellum geſſit a clade Vari, excepto anno Conſulatus. Sed Tacitus à poſtrema eius miſſione annos numerat, quæ fuit exacto Conſulatu eius, ſub Auguſti mortem.* Quot annos in Germania Germanicus.

Acie & iuſtis locis. *Nouè dictum, pro, æquis locis.*

Appoſitis vtrinque gubernaculis, conuerſo vt repentè remigio hinc vel illinc appellerent. *Id quidem genus nauigij binis gubernaculis, hodie inuiſum. At noſter iterum deſcribit, lib. 3. Hiſtor. vocátque Cameras:* Sic inter vndas voluuntur pari vtrinque prora & mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellare indiſcretum & innoxium eſt. *Reperio & apud Suidam priſci ſcriptoris verba, neſcio an hanc ipſam rem narrantis.* πλοῖα μονήρη, ἴσα δὲ καὶ δίκροτα κατεσκευάσατο. τινὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς πρύμνης καὶ ἐκ τῆς πρώρας ἑκατέρωθεν πηδαλίοις ἠσκήσατο, ὅπως αὐτοί τε μὴ μεταστρεφόμενοι καὶ ἀποπλέωσι καὶ ἀναχωρῶσι, καὶ τοὺς ἐναντίους ἐν τῷ παράπλῳ καὶ ἀπόπλῳ αὐτῶν σφάλλωσι. Naues dupli ci gubernaculo.

PAG. 81. Accipiendiſque copiis, & tranſmittendum ad bellum opportuna. *Si qua alia inſula, in hac mundi pila. Deſcriptionem eius accuraui in Comment. ad Hiſtorias, vbi & hæc explicantur.* Bataviæ opportunitas.

Tumulum nuper Varianis legionibus ſtructū. *De quo ſuprà lib. 1.* Primum extruendo tumulo ceſpitem Cæſar poſuit, gratiſſimo munere in de- Cenotaphiū eiúſque titulus.

functos. *Tumulus ille, non aliud quàm* κενοτάφιον *fuit. habesque huius ritus illuſtre apud Xenophontem exemplum, lib. VI. expedit. min. Cyri. vbi inane ſepulcrum conſtituitur militibus defunctis, quorum reliquiæ non faciles repertu.* ἐνίους δὲ τὰς ἐν τῶν ὁδῶν συντυχόντες ἔθαψαν, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὡς ἐδύναντο κάλλιστα. οὓς δὲ μὴ εὕρισκον, κενοτάφιον αὐτοῖς ἐποίησαν μέγα, καὶ πυρὰν μεγάλην, καὶ στεφάνους ἐπέθεσαν. *Et apud Virgilium lib. III.*

—maneſque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem
Et geminas, cauſſam lacrimis, ſacrauerat aras.

Ara Druſi & cenotaphiũ.

Veterem aram Druſo ſitam diſiecerant. *Druſo mortuo cenotaphium decretum ad Rhenum ipſum. Dio L V. & Suetonius*, Exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem ſtato die, quotannis decurreret, & Galliarum ciuitates publicè ſupplicarent. *Neſcio an huic tumulo adiuncta ara: apparet, quia Suetonius ait, ſupplicarent. Volunt id cenotaphium ad Moguntiacum fuiſſe. repugnat hic locus, qui conſtituit inter Lupiam & Rhenum. Sed & Rauennæ ſepulcrum Druſus habuit, à Claudione eius F. aut ab Auguſto ipſo extructum: cuius memoria in lapide priſco, ibi:*

Monumẽtũ Druſi Rauennæ.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAES. AVG. GERM. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. DESIG. III. IMP. III. P. P. DEDIT OB. MEMORIAM. PATRIS. SVI. DEC. VII. COLLEGII. FABR. M. R. H S. ∞. N. LIBERALITATE. DONAVIT. SVB. HAC. CONDICIONE. VT. QVOTANNIS. ROSAS. AD MONVMENTVM. EIVS. DEFERANT. ET. IBI. EPVLENTVR. DVMTAXAT. IN. V. ID. IVLIAS QVOD SI. NEG.

Ayuntamiento de Madrid

NEGLEXERINT. TVNC. AD. VIII. EIVSDEM. COLLEGII. PERTINERE. DEBEBIT CONDICIONE. SVPRADICTA.

Honorique patris princeps ipſe, cum legionibus decucurrit. *Antiquißimi moris. Decurſio in funere illuſtrium virorum. Homerus in funere Patrocli, Virgilius Pallantis deſcripſit:* Decurſio funebris.

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos.

*Liuius Punicis etiam vſitatam oſtendit lib. XXV. in morte Gracchi.* Alij ab Hannibale, & ex ea vulgatior fama eſt, in veſtibulo primorum caſtrorum rogum exſtructum eſſe, armatum exercitum decurriſſe cum tripudiis Hiſpanorum, motibuſque armorum & corporum ſuæ cuique genti aſſuetis. *Lucanus lib.* VIII. Legerim, in veſtibulo primore.

—totus vt ignem
Proiectis mærens exercitus ambiat armis.

*Statius lib.* VI. *optime:*

Tunc ſeptem numero turmas (centenus vbiq;
Surgit eques) verſis ducunt inſignibus ipſi
Graiugenæ reges: luſtrántque, ex more, ſiniſtro
Orbe rogum, & ſtantes inclinant puluere flammas.
Ter curuos egêre ſinus, illiſáque telis
Tela ſonant: quater horrendum pepulêre fragorem
Arma, quater mollem famularum brachia planctum.

Cuncta inter caſtellum Aliſonem ac Rhenum. *Diſtinguendum videri*, caſtellum Aliſonem ac Rhenum, *pronunciauit Vertranius & recte, ad mẽtem Dionis, lib.* LIV. *Nam ſcribit à Druſo caſtellum exſtructum ad Lupiæ & Aliſonis confluuia, aliudq;*



Ayuntamiento de Madrid

Volunt eſſe oppidũ, quod hodie, Veſaliam.

*in Chattis ad ipſum Rhenum Velleio tamen loci nomen Aliſo eſt, & Ptolemæo ἀλεισὸν inter Germaniæ vrbes.*

PAG. 82. Precatúſque Druſum patrem vt ſe eadem auſum libens placatúſque iuuaret. *Ita eſt. Nam & Druſus claſſe Oceanum tentauit. imò & pugnam nauibus conſeruit in Amaſia fluuio, viciťq́ Bructeros. Strabo lib.* VII. Εἰσὶ δὲ μεταξὺ ϗ ἄλλοι ποταμοὶ πλωτοί, ὧν ἐν τῷ Ἀμασίᾳ Δροῦσος Βρουκτέρους κατεναυμάχησε.

Lacus inde & Oceanum vſque ad Amiſiam peruehitur. *Lacus nominat ſemper plures, vt lib. I. ſuprà:* Ipſe impoſitas nauibus quattuor legiones per lacus vexit. *At hodie vnus, quod mare Meridionale appellant. Apparet autem claré, genter ibi terráſque fuiſſe pluribus lacibus interſtinctas. Vide chorographiam noſtram Batauiæ.*

Flumen Viſurgis interfluebat. *Mutua Romanorum Germanorúmque clade nobilis amnis. cui famã præcipue Tacitus dedit: & ipſe Tacito (mirum ſcitum) vitam. Nam quinque hi primores libri inuenti Corbeiæ, quod monaſterium ad Viſurgium eſt, atque illinc depromptum verè hunc theſaurum Quæſtor quidam Pontificius ad Leonem detulit, donatus ab eo aureis quingentis.*

Augurale ſiue Auguraculum in caſtris.

PAG. 84. Nocte cœpta egreſſus Augurali. *Nihil muto. in caſtris Romanis ad dextram Prætorij Auguraculum fuit: vbi duces auſpicarentur & ex pullis auguria captarent, quod Græcis οἰωνιστήριον eſt. Hyginus manuſſ. verbis tamen corruptis,* Auguratorium parte dextra prætoriatur à principalem agnouimus, vt dixi, ne & augurium rectè capere poteſt. parte læua tribunal ſtatuitur, vt augurio accepto inſuper aſcendat & exercitum felicia hoſpicio adloquatur. *Ita Tacito Augurale ara*

Lego, felici auſpicio.

cula.

*commemoratur in caſtris Corbulonis, lib.* XV. *Erudito tamen viro,* egreſſus Auguſtali, *legend. videtur: quia in Quinctiliano ſcriptum lib.* VIII. Carmen funebre, propriè Nænia, & tabernaculum ducis, Auguſtale. *Non idem mihi videbatur.*

Contectus humeros ferina pelle. *Quare ferina pelle, vt habitum mentiretur Germani, credo, qui plerumque pelliti. Germani autem multi non in caſtris ſolum, ſed vt opinor, inter eius cuſtodes.* Germani pelliti.

PAG. 85. Vidiſque ſe operatum & ſanguine ſacro reſperſa prætexta, *Operandi verbum, ad ſacra. Tibullus.* Tunc pubes operata deo. *Reſtitue apud Liuium, lib.* X. Dum hoſtes operati ſuperſtitionibus, concilia ſecreta agunt. Amiternum opidum de Samnitibus vi cepit. *ita meus codex. vulgò,* ſuperati. *Quod ait, reſperſam prætextam: ſcire licet facientes diu, prætexta vſos. Lampridius in Alexandro,* Accepit prætextam etiam cum ſacra faceret, ſed loco Pontificis maximi, non Imperatoris. *Appianus* ἐμφυλ. α. οὕτως μὲν Ἀσέλλιον στρατηγοῦντά τε καὶ ἀστυνομοῦντα, καὶ ἐπίχρυσον ἐσθῆτα ὡς ἐν θυσίᾳ περικείμενον, ἀμφὶ δευτέραν ὥραν ἐσφάζετο ἐν ἀγορᾷ μέσῃ περὶ ἱεροῖς. *Ideo Plinius placari purpura deos ſcripſit, reſpiciens ad prætextum. lib.* IX. Diſtinguit ab equite Curiam, diis aduocatur placandis, omnémque veſtem illuminat.

Operari, ad ſacra. Liuius correctus.

Prætextæ vſus in ſacris: ita tamen vt fuerit tantùm ſacerdotum. Vſus ea hic Germanicus, tanquam Augur.

PAG. 86. Nulla vulnerum patientia, ſine pudore flagitij, ſine cura ducum, abire, fugere. *Videntur adumbrata è Thucydide, qui Braſidam inducit hortantem ſuos contra Illurios; eóſque iiſdem moribus fingit. lib.* IV. *ubi inter cetera:* οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες αἰσχυνθεῖεν ἂν λιπεῖν τινα χώραν βιαζόμενοι, ἥτε φυγὴ καὶ ἡ ἔφοδος αὐτῶν, ἴσην ἔχουσα δόξαν τοῦ καλοῦ, ἀνεξέλεγκτον καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἔχει.

Aduerſus diis obiiciant. *Ita correxi vulgo,* odiis.

Aduertendi verbum, alia notione. Liuius emẽdatur.

PAG. 87. Octo aquilæ petere ſiluas viſæ aduertere Imperatorem. *Sic lib.* 4 *Hiſtor.* Aduertit cã res Veſpaſianum. *& Liuium lib.* I. *emendante me,* Aduerteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri. *Nam hactenus* auerteratque, *ſcriptum reperies, ignorantia hiſtoricæ dictionis.*

Aquilæ Romanæ exemplum à Perſis.

Sequerentur Romanas aues. *Aquilas intellegit, quæ iam inde à C Mary auo propriæ Romanis. Exemplum credo eſſe à Perſis, quibus in militia, Aquila præcipuum & regale ſignum. Xenophon de Expeditione Cyri lib* I. καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾶν ἔφασαν, ἀετόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ πέλτης, ἐπὶ ξύλου ἀνατεταμένον. *Et Pædia Cyri, lib* VII. ἦν δὲ αὐτῷ τὸ σημεῖον ἀετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος. καὶ νῦν δὲ ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῷ περσῶν βασιλεῖ διαμένει. *Id eſt:* Erat autem ei ſignum, aurea aquila in longa haſta ſuſpenſa. & nunc etiam id inſigne Perſarum regibus manet.

Romana Aquila qualis.

*Sed diuerſa tamen ea paullum ab Aquila Romanorum. Nam hæc non aliud, quàm modica ex argento aquila, quæ ſumma haſta inſiſtebat, alis expanſis, pede fulmen aureum tenens. Ita, præter* M. *Antony nummos, etiam Dio deſcribit libro* XLIII. *de prodigiis ante pugnam Mundenſem:* οἵ τε δὴ ἀετοὶ τῶν στρατοπέδων αὐτοῦ, τάς τε πτέρυγας σείοντες, καὶ τοὺς κεραυνοὺς οὓς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν τινὲς χρυσοῦς ἔφερον, ἐκβαλόντες, ἐκείνῳ τε τὸ κακὸν ἄντικρυς ἐνέσκηπτον, καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν Καίσαρα ἀπεπέτοντο. *Id eſt:* Aquilæ legionum eius, alas concutientes, & fulmina, quæ nonnullæ earum aurea pedibus tenent, abiicientes, Pompeio exitium palam denunciabant, ipſæque ad Cæſarẽ quaſi auolabant. *Dixi modicam fuiſſe collige ex his Flori verbis lib.* IIII. Tertiam aquilam ſignifer, priuſquàm in manus hoſtium veniret, euulſit, merſamque intra baltei ſui latebras gerens in

Non magnum id aquilæ corpus.

cruen

cruenta palude delituit. *Neque enim baltei latebris tegi potuiſſet aquila admodum magna. Dixi ex argento: quia, vt Plinius ait, e metallo olim omnia ſigna, & in Appiano Aquilas reperio ex argento in castris Bruti. tamen aureas poſtea fecit luxus. ita q; cas Dio deſcribit lib.* XL. *ex more ſui ſæculi.* ὁ γὰρ αὐτὸς ὀνομαζόμενος, ἐστὶ δὲ νεὼς μικρὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται, καθίσταται ἐν πᾶσι τοῖς στρατολογουμένοις καὶ αὐτὸν εἷς ἀνὴρ ἐπὶ δόρατος μακροῦ, ἐς ὀξὺ τὸ στύρακα ἀπηγμένου ὥστε καὶ ἐς τὸ ἔδαφος καταπήγνυσθαι, φέρει. *Id eſt:* Quod Aquilam dicunt, eſt modicum ſacellum, & in eo aquila aurea conſtituitúrque, in omnibus legionibus eam vir vnus aliquis haſtæ oblongæ impoſitam portat. cuius haſtæ ima pars acuta eſt vt defigi in ſolum poſſit. *Quod ait ſacellum eſſe, caue cenſeas in haſta ipſa ſimile quidpiam fuiſſe templi (aurea enim aquila fuit, vt docent monumenta & nummi) ſed ad caſtra referendum eſt: in quorum principiis ædicula quædam, ſiue templum, in quo religionis cauſſa aquilæ & ſigna ſeruabantur. Herodianus lib.* III. ὡς δὲ ἐπέστησεν εἰς τὸ στρατόπεδον, εἴς τε τὸν νεὼν ἔνθα τὰ σημεῖα καὶ τὰ ἀγάλματα τοῦ στρατοπέδου προσκυνεῖται. *Id eſt:* Poſtquàm in caſtra venit & id ſacellum in quo ſigna & imagines exercitus adorantur.

Ex argento olim facta.

Poſt aurea.

Aquilæ ſacellum ſiue domuncula in caſtris.

Propria legionum numina. *Ita alibi:* Mox conuerſus ad ſigna & bellorum deos. *Dionyſius: de iiſdem:* τιμιώτατα γὰρ Ῥωμαίοις ταῦτα ἐπὶ στρατείας, καὶ ὥσπερ ἱδρύματα θεῶν ἱερὰ νομίζονται. *Adeò autem ſigna pro diis, vti nonniſi per ea miles iuraret. Liuius lib.* VI. Obſtringere periurio non ſe ſolùm ſuúmque caput, ſed ſigna militaria & aquilas, ſacramentíque religionem. *Tertullianus:* Religio Romanorum tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna iurat, omnibus diis præponit.

Aquilæ & ſigna, dii militum.

PAG.

Ayuntamiento de Madrid

PAG. 88. Miles in loco prœlij Tiberium Imp. ſalutauit. *Oportuerat Germanicũ ipſum, qui dux & auctor facti. Sed Auguſtus vt auſpicia ſeruanet ſibi, ſic honorem omnem rei à ducibus ſuis legatiſue geſtæ. Nam qui ductu quidem ſuo, alienis tamen auſpiciis vicerat: ne antiquitus quidem Imp. ſalutabatur, aut triumphabat. Hoc adulans ſuo Principi Horatius voluit:*

Imperatoris nomen ad ſolum principem. Apud eum vnum auſpicia.

Te copias, te conſilium, & tuos
Præbente diuos.

*Et ab hac re ſtatim, in trophæi inſcriptione legũ,* Exercitum Tiberij Imperatoris ea monumenta conſecrauiſſe, *non Germanici, qui ducebat.*

Nudo capite, in periculo, duces.

PAG. 90. Detraxerat regimen capiti, quò magis adnoſceretur. *Idem video Cyrum minorem feciſſe in pugna illa ſibi extrema: cuius cauſſa tamen Xenophon ambiguè refert ad morem Perſarum, qui nudis capitibus pugnam inibant.*

Adulta æſtas.

Sed æſtate iam adulta. *Sæpe ita loquitur noſter, imitatione aperta Salluſtij. quam phraſim opera eſt ſemel à iuuentute intelligi, ex Seruianis notis, ad illud* Vere nouo. Id eſt, *ait*, primo menſe Martio. Nam veteres per ſingula tẽpora anni, quæ in tres menſes diuiduntur, obſeruant vt ſic dicant. Primum menſem, Nouum ver: ſecundum, Adultum: tertium, Præceps. Ita de Hieme, Æſtate, Autumno. ſic ſemper Salluſtius. *Simile, quod Græci annum partiuntur: ἰς ἀρχομένου τῦ ἔτυς. μεσοῦντος, ἢ λήγοντος.*

Noua. Præceps.

Placidum æquor mille nauium remis ſtrepere. *Ergo nullæ naues amiſſæ, caſu aut hoſtili vi. Nam ſuprà dixit,* Mille naues ſufficere viſæ, properatæque. *Quid igitur eſt, quòd Germanicum non occultè inſimulat paullo ante noſter* Claſſis Amiſię relicta, læuo amne: erratúmque in eo, quod non ſubuexit. *Ego ſanè tota hac re ſerie nec errorem vllum*

obſcurior Taciti mẽs.

Gen

*Germanici video, nec errori ſuam pœnam. Fateor me non capere illa verba. Nam tempeſtas quæ ſecuta referri ad claſſem ſeu relictam ſeu ſubductam nullo modo poteſt. Cogitemus.*

PAG. 90. Effuſa grando. *Sub quam, occulta cauſſa, ſemper vt aiunt, Oceanus intumeſcit.*

Mare omne in Auſtrum ceſſit. *Propriéne Auſtrium dicit? an γενικῶς, poëtarum ex ritu, quemuis ventum? Ambigo ego, ne Notum voluerit intellegi: quia clarè ſubdit,* qui tumidis Germaniæ terris, immenſo nubium tractu validus & rigore vicini Septentrionis horridior. *Nam certè non Auſter eſt tyrannus, vt ille loquitur, Germaniæ terræ; nec vicinus Septemtrioni, cui recta linea diſtans & aduerſus. Adde quòd Auſtro turbante, vix eſt vt naues ex ora Friſiorum in Britanniam rapiantur. quod mox narrat factum. Poſſunt tamen fortaſſe & hæc dilui, & illa, non incommoda interpretatione iuuari.* Auſter, pro quouis alio vento imbrico.

Poſtquam mutabat æſtus, eòdem quò ventus ferebat. *Nam malè etiam*, eodémque quò ventus. *Liuius lib.* XXVI. Acer etiam Septemtrio ortus inclinatum ſtagnum eòdem quò æſtus ferebat.

Aluei manantes per latera. *Nec diſpliceret ſcribi, nentes.*

PAG. 93 Propinquo loco defoſſam aquilam. *Malim,* luco. *Hic autem inuenta aquilarum vna, & ſuprà lib. I. altera. ergo receptæ nunc omnes, quia tertia ſeruata militis aſtu. Florus tamen ſcripſit*, Signa & aquilas duas adhuc Barbari poſſident: tertiam ſignifer, &c. *Parum conſideratè. niſi ex Liuij perſona & ætate loqui hominem placet.* Flori incogitantia.

Non auſum congredi hoſtem. *Legerim hæc & ſequentia,* non auſo c. hoſte Pulſo, Pauente.

PAG. 93. Reductus inde in Hiona miles. *Vera*

*corre*

Ayuntamiento de Madrid

*correctis Beroaldi*, in hiberna miles. *ex Taciti verbis ipſis. Rhenanus qui*, Iubiona, *legit: & ego qui ſecutus olim fui, digni ambo qui premamur.*

Sic Sugambros in deditionem acceptos, ſic Sueuos. *Id accidit Tiberio ipſo duce. Vide Dionem lib.* LV. *in cuius verbis menda, Cantabrique appellantur in Germania, qui reuera Sugambri: vt monui olim Antiquar. lect. lib.* I. *cap.* VI. *Suetonius:* Sueuos & Sugambros dedentes ſe in Galliam traduxit, & in proximis Rheno agris collocauit. *Iſidorus non obſcurè indicat hos ipſos eſſe, qui Burgundiones poſteà appellati, largiter potuerunt.* Burgundiones *inquit*, quondam à Romanis ſubacti interiore Germania per caſtrorum limites poſiti à Tiberio Cæſare in magnam coaluerunt gentem, atque ita nomen ex locis ſumpſerunt, quia crebra per limites habitacula conſtituta, Burgos vulgò vocant. Hi poſt à rebelles effecti Romanis, pluſquam LXXX. ∞. armatorum ripas Rheni fluminis inſederunt, & nomen gentis obtinuerunt. *A quo tamen diuerſus it Ammianus, qui originem eorum à Romanis trahit.* Gratanter ratione gemina Principis acceptæ ſunt litteræ, prima, quòd iam inde temporibus priſcis ſobolem ſe eſſe Romanam Burgundij ſciunt: dein quòd ſalinarum, finiumque cauſſa Alemannis ſæpe iurgabant.

Sueui & Sugambri in Galliam. Qui poſteà Burgundiones dicti. Fortè *vlteriore Germ.*

Diſſentit Marcellinus.

Lib. 28.

Adſequi nomen Imperatorium, & deportare lauream poſſet. *Id eſt, triumphare. Triumphantes enim aſcendere Capitolium ſoliti, & lauream quam manu tenebant, quæque in faſcibus lictorum, deponere in gremio Iouis; arbitri ſcilicet victoriæ & auctoris, Statius:*

——— & nondum gremio Iouis Indica laurus.

*Dixi, in faſcibus lictorum: & cum ritum clarè ponit Dio l. LV. de Auguſto:* καὶ ἐς τὸ καπιτώλιον ἀνελ-θὼν,

Laurea triumphantium in gremio Iouis.

Inter laurus è faſcibus.

Ayuntamiento de Madrid

θων, τὴν δὲ δάφνην ἀπὸ τῶν ῥάβδων ἀφεῖλε, καὶ εἰς τὰ τοῦ Διὸς γόνατα κατέθετο. *Sicut & Iulius Obſequens:* C Antonius cùm in agro Piſtorienſi Catilinam viciſſet, laureatos faſces in prouinciam tulit. Apparuit cum hoſtibus porrexiſſe victoriam. cùm ad eos laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere. *Rectè ergo in Plinio ſcriptum:* Faſces imperatorum laurus decorat, ex his in gremio Iouis optimi maximi deponitur, quotiens lætitiam noua victoria adtulit. *nec rectè mutauit e libro vetere, vt ait, vir doctus*, ex hinc in gremio. *Senecam turpi nota deformauit quicumque nebulo ignarus huius ritus. Conſolatione ad Elbiam capite* Scilicet minus beatè viuebat Dictator noſter. qui Samnitium legatos audiit cùm viliſſimum cibum in foco manu ſua verſaret, illa, qua iam ſæpe hoſtem percuſſerat, lancéamque in Capitolini Iouis gremio repoſuerat: quam Apicius noſtra memoria vixit, qui *&c. & moleſtiam abiecit quærendæ lanceæ, quā numquam inuenies. Libri aliquot* lauceámque, *Emendo*, laureámque, *veriſſimè ad hunc triumphi morem, ſequentia etiam ſcribe*, quā Apicius noſtra memoria vixit. *non Vicit: & ſententia omnis clara. Nec hæreas, ſimillimus de hiſdē Fabricio Panegyriſtæ locus Laudatione Theodoſij.* Curij, Coruncanij, Fabricij, cùm induciæ bella ſuſpenderant, inter aratra viuebant & ne virtus quiete langueſceret: depoſitis in gremio Capitolini Iouis laureis, triumphales viri ruſticabantur.

PAG. 94. Dant proauum Pompeium, amitam Scriboniam, conſobrinos Cæſares. *Ante lucem quærere cœpi hoc ſtemma, & vereor vt conſubient noctu ſit priuſquam pertingam. Cur Liboni huic proauus Pompeius, ſcio: cur Cæſares conſobrini. In*

Stem

Defenſa Plinii recepta lectio.

Seneca ad eum morem correctus.

Stemma huius Libonis obſcurum.

*Scribonia amita hereo. quæ ex hiſtoriis quidem adſtruitur ſaltem matertera maior. niſi placet amitæ nomine abuſum Tacitum eſſe. Si non eſt. ſequitur vt paternum genus etiam (nam de materno conſtat) huic adoleſcenti è Scriboniis ſit. Et ſuadet hercle nomen: quia Tacito dicitur, Scribonius Libo Druſus. Cenſeo L. Scribonio Liboni, qui conſul cum M. Antonio fuit, fratrem fuiſſe alium Scribonium, cuius nepos iſte. ita, inquam, vt maritus Pompeiæ Scribonius aliquis fuerit. Liquere res niſi ex ſubiecta geneſi non poteſt.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| L. SCRIBONIVS LIBO, qui Conſul cũ Antonio, anno DCCXIX. Vxor incerta. Ex his | SCRIBONIA, quæ nupſit. Ex his SEX. POMPEIO, filio Magni, per bellũ Siculũ. Dio Appian. | POMPEIA, quæ deſponſa M. MARCELLO, pignus pacis cum Triumuiris initæ sed non deducta. Nupſit, vt conijcio, poſt SCRIBONIO LIBONI. ex quis | L. SCRIBONIVS LIBO, qui conſul initio libri huius. SCRIBONIVS LIBO DRVSVS. de quo hic, qui tantum Prætor. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| SCRIBONIA, eius ſoror, vxor OCTAV. AVGVSTI. Ex his | IVLIA, cui maritus. Ex his VIPSANIVS AGRIPPA. | CAIVS<br>LVCIVS<br>IVLIA, nupta L. Paullo.<br>AGRIPPINA, nupta Germanico. | Cæſares. |

| | | |
|---|---|---|
| SCRIBONIVS LIBO, de quo nihil legi. | SCRIBONIVS de quo nihil. | SCRIBONIVS LIBO. quem volo maritum Pompeiæ fuiſſe. |

Priore

Ayuntamiento de Madrid

*Priores duæ lineæ huius generis veræ, & ex hiſtoria Dionis, Appiani, collectæ. Tertia à ſola coniectura eſt. ſed aliter de amita Scribonia explicari à me non poteſt. L. Scribonium Libonem qui conſul fuit hoc ipſo anno quo damnatus adoleſcens, non patrem eius fuiſſe, ſed fratrem ex narratione Taciti liquet. Patrem enim nuſquam nominat: nominat fratrem. Hunc fuiſſe arbitror à quo Scribonia lex denominata: quem vir magnus in libello ſingulari ad eam legem imperitè confudit cum iſto qui nunc reus.*

Iac. Rænardus ad leg. Scribon.

Amitam Scriboniam. *Digna lectu de tota re vide apud Senecam epiſtola* LXXI

Per Flaccum Veſcularium. *Qui tamen infrà lib. v. eſt, Veſcularius Atticus inſidiarum in Libonem internuncius.*

PAG. 95. Lectica delatus ad fores curiæ. *Quod receptum in ſolo ægris, Suetonius de Tiberio.* Nunquam curiam niſi ſolus intrauit: lectica quondam introlatus æger, comites à ſe remouit.

Ægri in lectica.

Innixúſque fratri *Puto L. Scribonio Liboni, qui hoc anno conſul.*

Et C. Liuius. *Neſcio an,* Cluuius.

Quis viam Appiam Brundiſium vſque pecunia operiret. *Non temerè de via Appia conſultauit vanum caput, quia ea inter Romanas vias longiſſima, & quaſi regina, vt ait Statius:*

— quà limite noto
Appia longarum teritur regina viarum.

Appia regina viarum.

*Sed pertinuitne ea Brundiſium vſque? Negat Frontinus de Aquaductibus, qui vltra Capuam non porrigit.* Appia aqua, *inquit,* inducta eſt ab Ap. Claudio Cenſore. qui & viam Appiam à porta Capena vſque ad vrbem Capuam muniendam curauit. *Ait hic Tacitus, & Strabo, prolixè lib.* V. *&* VI. *& Horatius.*

Diſcidium ſcriptorum in via Appi.



Ayuntamiento de Madrid

Brundiſiũ melius Numici via ducat, an Appia. *Aliiſque. Omnes bene. Nam Appius iſte non hercle vltra Capuam perduxit. ne potuit quidem, vt finis tunc erant Imperij Romani. perduxit poſtea ſiue C. Gracchus Tribunus, qui pleraſque vias fecit, refecit: ſiue C. Cæſar, qui curator viæ Appiæ nouiſ lautè in eam impendit: ſiue Auguſtus, de quo inſcriptiones priſcæ,* S. P. Q. R. QVOD. VIAE. MVNITAE. SVNT. *Nam certum aliquid non aio, quia non ego inueni.*

Concilíati omnes.

Atroces vel occultas notas. *Quæ ad mortem eorum pertinerent, aut cædem.*

S. C. de tormentis ſeruorum.

Vetere Senatuſconſulto quæſtio in caput domini prohibebatur. *Quando & à quo factum id SC. quæro. Sanè antiquum eſt, & Cicero referre videtur ad morem maiorum potius, quàm ad legem.* Nam cũ more maiorum de ſeruis in dominum ne tormentis quidem quæri liceat: exortus eſt ſeruus, qui quem in eculeo appellare non poſſet, eum accuſet ſolutus. *Idem*: Maiores noſtri in dominũ de ſeruo quæri noluerunt, non quia non poſſet verum inueniri, ſed quia videbatur indignum eſſe, & domino morte ipſa triſtius. *Derogatum ei legi antiquitus, in cauſſa inceſti. Pro Milone:* De ſeruis nulla lege quæſtio eſt in dominum, niſi de inceſtu, vt fuit in Clodium. *Iuriſconſulti excipiunt etiam adulterij crimen, fraudati cenſus, & maieſtat. ſ. l. 1 C. de quæſtionib.*

Quando torqueri in dominum ſeruus poſſit.

Callidus & noui iuris repertor Tiberius. *Imò infamia huius inuenti penes Auguſtum erratiue noſter, ſi non errat Dio, lib.* LV. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐξὸν ἦν δοῦλον κατὰ δεσπότου βασανίζεσθαι, ἐκέλευσεν ὁσάκις ἂν χρεία τοιούτου τινὸς γένηται, τῷ δημοσίῳ αὐτὸν, ἢ καὶ αὐτῷ πιπράσκεσθαι, ὅπως ἀλλότριος τοῦ κρινομένου ὢν ἐξετάζηται. οἱ μὲν ᾐτιῶντο, ὅτι ὁ νόμος τῇ τοῦ δεσπότου μεταλλαγῇ καταλυθήσεσθαι ἔμελλεν.

A Tacito diſcrepat Dio.

Manci

Ayuntamiento de Madrid

Mancipari ſingulos actori publico iubet. *Mancipari, mancupio trad. : πιπράσκεσθαι, ſiue, vendi, dixit D o. Suprà* Horti que venditis ſtatuam Au- Mancipari.
guſti ſimul mancipaſſet. *Lib.* III. Seruos quoque Actor publi-
Silani, vt tormentis interrogarentur, actor publi- cus.
cus mancipio acceperat. *Sed quis publicus actor? non aliud, quàm publicus, ſiue ſeruus, ſiue libertus: proprio tamen munere, qui res rationiſque reip. ad-* Similis pro-
*miniſtrabat. Graci διοικητὰς, πραγματευτὰς ver-* curatori.
*tunt. Itaque ferè cum procuratoribus æquiparantur: ſic tamen vt minus latè vagetur eorum poteſtas. Plinius in laudatione Traiani:* Dicitur actori, atque etiam procuratori tuo, In ius veni, ſequere ad tribunal. *Idem lib.* III. *epiſtol. ad Caluiſium:* Deinde quod non minus vtile quàm voluptuoſum, poſſe vtramque eadem opera, eodem viatico inuiſere, ſub eodem procuratore ac pœne iiſdem actoribus habere. *Saluianus Maſſilienſis:* Pauent quippe actores, pauent ſilentiarios, pauent procuratores: prope vt inter iſtos omnes nullorum minus ſerui ſint, quàm dominorum ſuorum. *In marmore priſco:*

HERCVLII. DEFENSORI
PRO. ITV. ET. REDITV
D. CLODI. SEPTIMI
ALBINI. CAESARIS
D. CLODIVS. D. L.
FELIX
ACTOR. CAES. N. D. D.

*Id eſt, Actor Cæſaris noſtri dedicauit. Sic Actores prædiorum, l.* XVI. *C. De procuratorib. Actores rerū, l. vlt. De offic. præſid. & in Suetonij Domitiano, cap.* XI. *Actorem ſummarū, ritè fortaſſe repoſuit Torrentius. Vt ergo iſti in priuata familia ſic & in rep. Actores, de quibus Plinij locū correctū imputo iuuentuti,*

G 2

Ayuntamiento de Madrid

*lib.* VII. *Epiſtola ad Caninium*: Equidem nihil cō-
Correctus Plinius. modius inuenio, quàm quod ipſe feci. Nam pro
quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta
ingenuorum promiſeram, agrum ex meis longè
pluris exactori (*corrigo, inquam,* actori) publico
mancipaui, eundem vectigali impoſito recepi,
tricena millia annua daturus. *Quibus verbis nihil
clarius poteſt ad Taciti mentem. Vt enim ibi ager
Actori publico mancipatur: ſic hîc ſerui. Vide quæ de
Serui publici agnominati à magiſtratibus. reip. ſeruis ſcripſi libro Electorum, cap* XXII. *& adde
(quod tunc me fugit) de appellatione eorum à magi-
ſtratibus, Varronis inſignem locum, quem ſecius acce-
pit vir doctus: Lib.* VII. *De lingua Latina*: Nomi-
na habēt plerique liberti à municipio manumiſſi:
in quo, vt ſocietatum & fanorum ſerui, non ſer-
uarunt proportionem & rationem. Et Romanorū
liberti debuerunt dici, vt à Fauentia Fauentinus
à Reate Reatinus, ſic à Roma Romanus, vt no-
minantur libertini à libertis orti, & è publicis
ſeruis populi Romani, qui manumiſſi antequam
ſub magiſtratuum nomina, qui eos liberarunt,
Varro explicatus præter mentem viri docti. ſuccedere cœperunt. *Dicit Varro. Serui publici
manumiſſi, dicti ſunt liberti populi Romani, uti rea-
pſe erant: manumiſſi quidem, prinſquam ambitio vae
conſuetudo inualeſceret nominandi à magiſtratibus.
Nam ecce cœperunt à Conſule quopiam aut Prætore,
Corneliani dici, Gelliani, Clodiani. Et adde iſtis, quæ
notaui ibi. ille amicus noſter ad ſucceſſionis refert &
teſtamenti factionem. Acutè ſed quo tam acutè?*

PAG. 96. P. Quirinio propinquo ſuo. *Eſt P. Sul-
pitius Quirinius, qui Aemiliam Lepidam habuit v-
xorem. vnde adfinitas. Nam ipſe ignobilis.*

Præturæ extra ordinem datæ. *An ſupra nume-
rum eos Prætores abiectos vult? an potius, in annum*

*proxi*

Ayuntamiento de Madrid

*proximum deſtinatos eos, extra ſortem aleâmque comitiorum?*

Tunc Cotta Meſſalinus, ne imago Libonis poſterorum exſequias comitaretur, cenſuit. *Cotta hic inter notas & vitia eius ſeculi, filius, vt Plinius ait, Meſſallæ oratoris, patris optimi degener proles. De imaginibus in funere, déque hoc interdicto, non repeto ea quæ ſcripſi in Electis, cap.* XXIX. *Sic Bruti & Caßij imagines abolitæ, infra lib.* III. Viginti clariſſimarum familiarum imagines antelatæ ſunt, Manlij, Quinctij, aliáque eiuſdem nobilitatis nomina: ſed præfulgebant Caſſius atque Brutus hoc ipſo, quod effigies eorum non viſebantur. *Lib. X. cap. XXII.*

L. P. & Gallus Aſinius. *Vereor vt elapſum exſcriptori ſit aliquod nomen. Diuinabam olim,* L. Pætus, Gallus Aſinius. *Pætos ſanè illo æuo in Senatu fuiſſe, docet liber* XV. *vbi Cæſonius Pætus. Quid ſi etiam,* L. P. & Gallus Aſinij, *vt prænominibus diſtinguat plures eius gentis. Nam Aſinij aliquot Senatores, imò conſulares, vti infra dicam.* *Aſinij plures prænominibus diuerſi.*

PAG. 97. Facta & de Mathematicis Magiſque Italia pellendis Senatuſconſulta. *Imò repetita potius. Nam veteri lege edictóque, ſæpius olim amota è rep. illa peſtis. Anno vrbis* DCXIV. M. Popillio Lænate, Cn. Calpurnio Coss. C. Cornelius Hiſpallus Prætor edicto Chaldæos intra decimum diem abire ex vrbe atque Italia iuſſit: leuibus atque ineptis ingeniis, fallaci ſiderum interpretatione, quæſtuoſam mendaciis ſuis caliginem inicientes. *ait Valerius libro primo. Anno* DCCXXI. *M. Agrippa Aedilis* τοὺς ἀστρολόγους καὶ τοὺς γόητας ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασεν. *auctor Dio* XLIX. *in extremo. Iterum anno* DCCLXI. *ab Auguſto interdictum ſeuerè omni vaticinio ac prædictione, notat* [illegible] *Gratus* *Mathematici quando & quotiens pulſi.*

Verba propemodum eruta huius Senatuſconſulti.

Libro, cui titulus: Moſaicarū legū & Romanar. collatio. tit. XV.

*lib. LVI. Sed ſeriò in primis & cum cura ea res habita, hoc anno. Senatuſconſulti, quod factum, formam & verba certò reperi in Fragmentis Iuriſconſultorū, quæ dedit nuper doctiſſimus P. Pythœus. Ait ibi Vlpianus, lib. VII. de offic. Proconſ.* Præterea interdicta eſt (*ita legit Pythœus*) Mathematicorum callida impoſtura & obſtinacitate perſuaſio. Nec hodie primum interdici eis placuit, ſed vetus hæc prohibitio eſt. Denique extat S.C. Pomponio & Rufo Coſſ. factum, quo cauetur, vt Mathematicis, Chaldæis, ariolis, & cæteris qui ſimilem in certū fecerunt (*Pythœus*, ſimilem artem: *ego legerim*, ſimilem ceſtum, *ſiue*, quæſtum) aqua & igni interdicatur, omniáque bona eorum publicentur: & ſic * eternus gentium qui ſi id fecerit in eum animaduertatur. *Dico Domitium intellegere S.C. hoc ipſum. At enim ille refert ad Pomponium & Rufum Coſſ. hoc autem anno, Taurus & Libo Coſſ. fuerunt. Non hoc nouū vt inter ſcriptores anni vnius diſcrimen ſit. Cælius enim Rufus, & L. Pomponius, conſules fuerunt ſequenti hūc anno. Addit Vlpianus alia, quæ ad cognitionem iſtam.* Sæpiſsimè denique interdictum eſt ferè ab omnibus principibus, nequis omnino huiuſmodi ineptiis ſe immiſceret: & variè puniti ſunt hi qui id exercuerunt, pro menſura ſcilicet * & conſultationis (*legerim*, ſceleris & conſultationis, *vel inducta copula*, ſcilicet conſultationis.) Nam qui de principis ſalute, capite puniti ſunt, vel qua alia grauiore pœna affecti. *Non omittam oraculum noſtri vatis, de his vanis vatibus:* Mathematici genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax: quod in ciuitate noſtra & vetabitur ſemper, & retinebitur.

Correctus Vlpianus.

De tempore Senatuſconſulti diſſenſio.

Vlpianus iterum emendatus.

Saxum Tarpeium.

Saxo deiectus eſt *Tarpeio. ita dicebant, ſine alia additione Plautus:*

Qui

Ayuntamiento de Madrid

Qui in amore, (in malum amorem) præcipitauit, peius perit, quàm ſi ſaxo ſaliat.

Lucretius,

—— ſceleriſque luela

Carcer, & horribilis de ſaxo iactus deorſum.

Extra portam Eſquilinam. *Supplicia pleraque apud Romanos ſumi ſolita extra portas. credo, ne frequenti ſanguine & cæde, contaminari oculi ciuium, aut delibari videretur libertas. Plautus,*

Animaduerſiones extra vrbem.

—— credo ego iſtoc exemplo tibi
Eſſe eundũ actutũ extra portã, diſpeſſis manib⁹
patibulum quom habebis.

*Itaque & carnifex domicilium habuit extra vrbem. Cicero, pro Rabirio perduellionis reo:* Sed moreretur prius acerbiſſima morte millies Gracchus, quàm in eius concione carnifex conſiſteret: quem non modò foro, ſed etiam cælo hoc ac ſpiritu Cenſoriæ leges, atque vrbis domicilio carere voluerunt. *Ideo Plautus.*

Carnificis domus extra vrbem.

— extra portam Metiam currendum eſt prius,
Lanios inde accerſam duo cum tintinnabulis.

Plautus explicatus.

*intelligit enim carnifices, quorum extra eam portam domus, ad ſollemnem ſupplicijs locum. Sed quid eſt quod Tacitus hîc diſertè nominat Eſquilinam? non temerarium eſt. nec facilè reperies, vt ego conſeo, vbi ſupplicij res, nominari portam aliam: niſi tamen Metiam, vt iterum apud Plautum.*

Porta Eſquilina ſuppliciorum fuit.

Illum edepol videre ardentem te extra portam
Metiam. Credo ecaſtor velle.

*Sed profectò quæ Metia Plauto, eadem eſt quæ Eſquilina. argumento locus ille ſupplicij, tum numeri ſitusq́; portarum vrbis. Idque ante me cenſuiſſe audio Octauium Pantagathum, virum magnum, altum & qui eſſe doctus eligerit quàm videri. Non inquam, reperies aliam nominatam ab iſtis, niſi fortè Celimontanam*

Metia, eadẽ cum illa.

*in Vitellium morte. quod aliud à ſupplicio vulgato. Facit ad portam Eſquilinam, quod Suetonius in Claudio ſcripſit:* Ciuitatem Romanam vſurpantes in campo Eſquilino ſecuri percuſsit. *Quod Horatius anus illas lapidatas in Eſquilijs abijcit:*

Vos turba vicatim hinc & hinc ſaxis petens
  Contundet obſcœnas anus.
Poſt inſepulta membra different lupi,
  Et Eſquilinæ alites.

Puticuli.

*Itaque & Puticuli ibi, quò vilium damnatorumque hominum cadauera proijciebantur, Varro, Feſtus, aliique. Ibidem locum fuiſſe, qui Seſtertius diceretur, infrà docebo.*

Clasſicum canebat in morte ciuium.

Cùm claſsicum canere iuſsiſſent. *Non cuilibet è plebe doctorum notus mos. Cùm cui rei capitalis dies dicta eſſet, claſsicum in celeberrimis vrbis locis canebat, & poſtremo ante ianuam damnati. Plutarchus in Gracchis:* καίτοι πάτριον ἐστιν ἡμῖν, εἴ τις ἔχων δίκην θανατικὴν μὴ ὑπακούει, τούτῳ πρὸς τὰς θύρας ἕωθεν ἐλθόντα σαλπιγκτὴν ἀνακαλεῖσθαι τῇ σάλπιγγι, καὶ μὴ πρότερον ἐπιφέρειν ψῆφον αὐτῷ τοὺς δικαστάς. *Seneca lib. I. de Ira:* Itaque etſi peruerſa induenda magiſtratui veſtis, & conuocanda claſsico concio eſt, procedam in tribunal non furens nec infeſtus, ſed vultu lenis, & illa ſolemnia verba graui magis quam rabida voce concipiam. *In Commentario M. Sergij apud Varronem, lib. V. de LL.* Quo die comitia erunt, in arce claſsicum canat, endo (*ſic emendo*) circumque mœros, & ante priuati huiuſce T. Quinctij Trogi ſceleroſi hominis hoſticum (*leg. eſt,* hoſtium) canat, & vt in campo cum primo luci adſit. *Seneca iterum huc reſpexit Epiſt.* XVII. Cùm claſsicum cecinit, ſcit non ſe peti: cùm aliqua conclamatio eſt, quomodo exeat, non quid efferat, quærit. *Puto & Lucilius,*

Varro correctus.

Ayuntamiento de Madrid

*cilius, hoc verſu trochaico:*

Rauco concionem ſonitu & curuis cogāt cornibus. *In eiuſmodi re, claſſicum quater cecinisſ. ,eleganter notat Appianus* ἐμφυλ. α. οἱ δὲ τούτοις, ἐπανόμενοι ἀρχῆς ἐννόμου, μετὰ τοσάσδε φόνους ἀκρίτους, ὑπεβλήθησαν κατήγοροι τῷ τε ἱερεῖ τοῦ Διὸς μάλιστα, καὶ λυπουμένῳ κατ᾽ αὐτῶν· ἤτοι μὲν δὴ φυλαττόμενοί τε καὶ τῆς κυρίας ἡμέρας ἐπελθούσης ἐς πλὴν διαφανῶς, καὶ τῆς κυρίας ἡμέρας ἐπελθούσης ἐς τὸ διακεκλῄμενοι τετράκις δὲ ἐχρῶν κηρυττομένην ἐν ὡρισμένοις ὡρῶν διαστήμασιν ἄλλοθι, μερόπας ἐν ὡρισμένοις ὡρῶν διαστήμασιν ἀλλήλων, μερόλας μὲν τὰς φλέβας ἐνστῆμεν ἑαυτοῦ, &c. *Nec Romæ ſolùm & inter ciues ſeruatus ille mos: ſed etiam in prouinciis, niſi fallunt me Declamatores (& hæc è vereor, vt animi ingeniique cauſſa fallam) apud Senecam patrem lib.* IX. *Controu.* II. *de Flaminio qui inter cœnam noxium puniuit Capito:* Fit à præcone ſilentium: adhibentur deinde legitima verba: canitur ex altera parte claſsicum. *Caßius Seuerus:* Si tribunal conſcenderit conuiuali veſte: ſi cùm claſsicum canere debeat, ſymphoniam canere iuſſerit.

Quoties claſſicum canere ſolitum.

In prouinciis ſeruatus ille mos.

More priſco aduertêre. *Supplicium priſci moris quale, pete à me in lib.* XV.

Ne vaſa auro ſolida miniſtrandis cibis fierent. *Vide luxum eius æui, & gratulare ſeculo noſtro. Dio paullo commentatus id concipit: quaſi interdicta omnia vaſa auri, niſi quæ ad ſacra.*

Ne veſtis ſerica viros fœdaret. *Nolim erres, diſtincta genera veſtium olim, Byßina, Bombycina, Serica, Byßina, è lino: Bombycina, è verme: Serica, ex arborum lana confecta. Bombycina eadem eſt cum Cea ſiue Coa (nihil enim intereſt) manétque hodie: reliquarum nihil intereſt præter nomē, Byſſum cum Serico, imperitè confundit Philoſtratus lib.* II *& vult ex arbore Indica naſci, quæ altitudine quidem popu-*

Pollux, lib. VII. cap. XVII.

De byſſo & ſerico.

*los æquet, folijs ſalici non abſimilis. Sericum debuiſſet dicere. Nam: Byſſus è terra gignitur vt linũ, circa Elidem præcipuè, Achaiæ vrbem. Eãdem imperitia Bombycinam, Sericam facit Iſidorus, lib.* XIX. *& Otho Friſingenſis, in hiſtoria Friderici, lib.* I. *Ait Rogerium Siculũ expugnatis in Græcia Athenis, Corintho, Thebis, opifices qui ſericos panno texere ſolebant, deduxiſſe captiuos, & collocaſſe in Palermo Siciliæ vrbe, præcepto, vt artem eam docerent ſuos. Inde factum, vt quam textrinam prius ſoli Græci inter Chriſtianos habuerint, cum Romanis cõmunicata ſit ingenijs. Errat Otho, vt hodie noſter vulgus: ſericamque dixit, quam Bombycinam debebat. Notandus tamen eius locus, vt ſciamus, quo æuo deliciæ illæ veſtium vermiũmque innotuerint Italiæ terræ. At Serica nata inuentáque apud Seres Indos. Virg.*

Byſſinas veſtes in Ægypto repertas tempore Semiramidis vult Clemēs Strom. I.

Iſidori & Othonis error. Bombyx quomodo ad Italos peruenerit.

Sericũ quid?

Velleráque vt folijs depectant tenuia Seres.

*Plinius:* Seres lanificio ſiluarum nobiles, perfuſam aqua depectentes frondium canitiem. *Marcellinus lib.* XXIII. Apud Seras ſublucidæ ſiluæ, in quibus arborum fœtus aquarum aſperginibus crebris velut quædam vellera mollientes, ex lanugine & liquore mixtam ſubtilitatem tenerrimam pectunt, nentéſque ſubtemine conficiunt ſericum. *De his Seneca, lib.* VII. *De beneficijs:* Video ſericas veſtes, ſi veſtes vocandæ ſunt, in quibus nihil eſt quo defendi corpus, aut denique pudor poſsit. quibus ſumptis, mulier parum liquido nudam ſe non eſſe iurabit. Hæc ingenti ſumma ab ignotis etiam ad commercium gentibus accerſuntur, vt matronæ noſtræ ne adulteris quidem plus ſui in cubiculo, quam in publico oſtendant. *Pellucebant enim tenerrima, vt Ammianus loquitur, ſubtilitate. ideóque quotiens pellucidam veſtem, pellucentem togam taliáque legis: capito de Serica.*

Veſtes è ſerico pellucidæ.

Ayuntamiento de Madrid

Serica, aut Coa Iuuenal.

Acer & indomitus libertatiſque magiſter
Cretice pelluces.

ceperim de Serica. Tibullus, de bombycina:

Illa gerat tenues velles, quas femina Coa
Texuit, auratas diſpoſuitque vias.

& Horatius: Altera nil obſtat Cois tibi. Serica quando venerint in vſum planiſſime non ſcio. ſuſpicor Iulij Caſaris æuo, (nam ante non inuenio) qui etiam ludis theatrum totum velis contexit ſericis, vt ex quorundam fide Dio refert lib. XLIII. Eam veſtem etiam Medicam dictam, ſcriptum reliquit Procopius. Genera eius facta poſtea Holoſerica, Subſerica vſuſque primus holoſerica, Aligabalus. de quo ad ſcriptores hiſtoriæ Auguſtæ.

Item è bombyce.

Quando Serica Romæ.

Medica veſtis. de quo vide Procop. lib. II. de bello Vandalico.

Aliam apud Scipiones pecuniam. Larga ſignificatione pecuniam dixit, vt lex X. viralis, & Iuriſconſulti.

Vt locis, ordinibus dignationibus antiſtent, taleſque ad requiem animi aut ſalubritatem corporum parentur. Quid eſt illud, tales? Cenſeo reſcribendum, dignationibus antiſtent, aliiſque, quæ ad requiem. Ideo (inquit bonus patronus luxuriæ) repertum diſcernere cenſum Senatorum equitúmque à plebe: non ſolum vt loco, ordine, dignitate, præmineant, ſed etiam ſupellectile, veſte, aliiſque quæ animo aut corpori cara. Potes etiam legere, & aliis quæ ad minúſque recedes à ſcriptura.

PAG. 98. Confeſſio vitiorũ. Poſſit legi, conſenſio.

Miſſus eſt Prætor, qui domi interrogaret. Quod in egregiis perſonis obſeruari Paulus iubet, l. XV. De iureiurando: Ad egregias perſonas, eóſque qui valetudine impediuntur, domum mitti oportet ad iurandum.

PAG. 99. Cenſuit in quinquennium magiſtratuum comitia habenda. Non à ſe id inuenit

Gallus,

*Gallus, ſed imitari decretum C. Cæſaris voluit, de quo Appianus, in perſona M. Antonij*: ἡμεῖς γὰρ αὐτοὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ μὲν ἤρξαμεν ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, οἱ δὲ ἔτι ἄρχομεν, αἱρετοὶ πρὸς ἐκείνου γενόμενοι, οἱ δὲ ἐς τὸ μέλλον ἀρχὴν κεχειροτονήμεθα. ἐς γὰρ πενταετές, ὡς ἴστε, καὶ τὰ ἀστικὰ ἡμῖν, καὶ τὰ ἐτήσια, καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίας διετάξατο.

Lib. 3. cap. I ἐμφυλ.

Vtque legionum legati, qui ante præturam ea militia fungebantur. *In exercitu duplices legati. Cõſulares, Prætorij. Conſulares toti exercitui plerumque: Prætorius legioni uni præſidebat. At interdum a Cæſare etiam non prætorij præponebantur. ad quos pertinere hoc conſilium Gallus voluit. Sed quod ſequitur*, in annos ſingulos nominaret, *néane potius ſcrib. eſt*, in annos quinos? *Et mihi ex prioribus ſequentibúſque ſic videtur. Refero hoc autem ad candidatos Præturæ, quod numerus facile indicat.*

Legati exercituum.

Quaſi augeretur poteſtas eius. *In Mediceo*, auretur, *legitur voce admutilata. Illa vera lectio. augebatur enim poteſtas, cum in eius manum comitia darentur.*

PAG. 100. Preces M. Hortali nobilis iuuenis. *Ortalus ſcribitur in Suetonio*: Pleroſque modeſtia & pudore deterruit, in quibus Ortalum Q. Hortenſij oratoris nepotem, qui permodica re familiari, auctore Auguſto, quattuor liberos tulerat. *Ortalus igitur Hortenſiæ gentis cognomen. Cicero ad Atticum, lib.* IV. Ortalus in ea cauſſa fuit, cuiuſmodi ſolet. *Infanda quædam de hoc ipſo, niſi fallor, Hortenſio Valerius Maximus narrat lib.* III. Iam Q. quidẽ Hortenſij, qui in maximo & ingenuorum ciuium & ampliſſimorum prouentu, ſummum auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, nepos Hortenſius Corbio omnibus ſcortis abiectiorem & obſceniorem vitam exegit:

Ortalus cognomẽ Hortenſiorum.

Mala proles boni patris Ortalus.

ad

Ayuntamiento de Madrid

ad vltimumque lingua eius tam libidini cun-
ctorum inter lupanaria proſtitit, quam aui pro
ſalute ciuium in foro excubuerat. *ſed vocat* Cor- Diuinatio in
*bionem. Anne igitur ſcrib.* Hortalus Corbio? *an cor-* Valerio Max.
*ruptra ea vox ſu ſtituendúmque.* Hortenſius Ortalus?
*alterum certè horum. Principio etiam Valerianæ narra-*
*tionis emendo,* in maximo & ingeniorum, & ciuium
ampliſſimorum prouentu. *Facio iudicem noſtrum*
*Pighium, cui ſcriptor hic non medicinam debet, ſed*
*vitam.*

En ſtirps & progenies tot Conſulum, tot Di-
ctatorum. *Vaniloqua hominis oratio & falſa. vbi e-*
*nim iſti tot Conſules, tot Dictatores? Certè ego in Hor-*
*tenſia gente vnum Dictatorem reperio, & Conſulem*
*vnum, Dictatorem anno vrbis* CDLXVII. *ſeceſſione*
*plebis. Conſulem, Q. Hortenſium, huius auum. Sed in-*
*tellegit fortaſſe maiores ſuos etiam ex gente ma-*
*terna.*

PAG. 101. Eandem vim in me tranſmittere. *Priſ-*
*ca ſcriptura,* in me tranſmerci. *ex quo Beatus,* tran-
ſumere. *Legebam,* eâdem, inuidiam in me tranſmit-
tere. *vel,* eâdem, inuidiæ me tranſdere. *Tranſdere*
*pleriſque libris ſcriptis, pro Tradere. Eâdem, notum ex*
*Plauto. Nec diſſidet à vero poſterior diuinatio.*

PAG. 102. Vectuſique Coram Etruriæ promon-
torium. *apud Dionem leges, in Galliam profectum*
*eum. Sed Cora nomen ego apud Geographos in hoc* Coſſa Etru-
*tractu non reperio: reperio Coſſa. quod Etruriæ opidum* riæ.
*fuit in ſublimi colle ad mare, cum ſubiecto ſinu. Stra-*
*bo lib.* V. μετὰ δὲ ποπλώνιον κόσσα πόλις μικρὸν ὑπὲρ
τῆς θαλάττης· ἔστι δ᾽ ἐν κόλπῳ βουνὸς ὑψηλός. *No-*
*minat & Plinius lib.* II. *An igitur hic Coſſa reſtituen-*
*dum erit? Strabonis ſanè deſcriptio ſuadet id mihi per-*
*ſuadetque.*

PAG. 103. Sacrarium genti Iuliæ, effigieſque di-

uo

Templũ Iulium apud Bouillas & ludi.

uo Auguſto apud Bouillas dicantur. *Addito etiam ludicro Circenſi. quod docent Carnelii verba lib.* XV. Ludicrum Circenſe, vt Iuliæ genti apud Bouillas, Claudiæ Domitiæque apud Antium decerteur.

Triumphauit de Cheruſcis, Cattisque, & Angriuariis. *Plures gentes in hoc triumpho Strabo nominat, ſed verbis corruptis: de quibus videro in Germania Taciti. Libro proprio hunc triumphum Ouidius ornauerat, vt indicat ipſe De Ponto lib.* III.

Vtque ſuo faucas mandat, Rufine, Triumpho.
In veſtras venis ſi tamen ille manus.
Eſt opus exiguum, veſtriſque paratibus impar.

PAG. 164 Vecta ſpolia, captiui, ſimulacra montium, fluminum, præliorum. *Ad hiſtoriæ fidem ergo Ouidius lib.* II. *de hoc ipſo triumpho Germanici.*

Leg. videtur, *Fluminaque ad montes.* alias turbat ſententia.

Protenus argento veros imitantia muros,
Barbara cum victis oppida lata viris.
Fluminaque & montes, & in altas proflua ſiluas,
Armaque cum telis in ſtrue iuncta ſuis.
Totque tuliſſe duces captiuis vincula collis
Addita, pæne hoſtes quot ſatis eſſe fuit.
Maxima pars horum vitam veniamque tulere,
In quibus & belli ſumma capútque fuit.
*De ducibus autem qui in triumpho ducti, vide Strabonem omnino, lib.* VII.

Currus quinque liberis onuſtus. *Ex triumphantium ritu, qui pueros minores in curru, grandiores interdum equis triumphalibus imponebant. Cicero, pro Murena, Plut. Suetonius, alij.*

Rex Archelaus quinquageſimum annum Cappadocia potiebatur. *Iuſta putatio. Cepit enim regnum ab Antonio, anno vrbis* DCCXVIII. *Conſule Dionem lib.* XLIX.

Suet. in Cal. cap. II.

PAG. 105. Regnum eius in prouinciam redactum

Ayuntamiento de Madrid

ctum eſt. *Non nunc quidem, ſed paullo poſt à Germanico miſſo ad res Orientis. Infrà:* At Cappadoces in formam prouinciæ redacti, Q. Veranium legatum accepere. *Strabo, lib.* XII. *τῆς δὲ μεγάλης Καππαδοκίας νῦν μὲν οὐκ ἴσμεν πρώτην διάταξιν τελευτήσαντος γὰρ τοῦ βίου Ἀρχελάου τοῦ βασιλεύσαντος ἔγνω Καῖσάρ τε καὶ ἡ σύγκλητος ἐπαρχίαν εἶναι Ῥωμαίων αὐτήν.*

Fructibúſque eius leuari poſſe centeſimæ vectigal, ducenteſimam in poſterum ſtatuit. *Onus hoc impoſitum vrbi & Italiæ, poſt bella ciuilia, ab Auguſto: anno, niſi erro,* DCCLIX. *quo tempore ærarium militare inſtitutum, vt tradit Dio lib.* LV. *Colligo ex verbis Taciti, quæ lib.* I. Centeſimam rerum venalium poſt bella ciuilia inſtitutam deprecante populo, edixit Tiberius militare ærarium eo ſubſidio niti. *Non aliud autem hoc vectigal, quàm centeſimus rerum in auctione venalium nummus. Auctor ſic interpretandi Suetonius, qui Ducenteſimam auctionum appellat, in Caligula, cap.* XVI. Ducenteſimam auctionum Italiæ remiſit. *vbi bene Turnebus emendat,* Centeſimam. *Bene, inquam, maximus ille Criticus æui noſtri. Nec iuuat Suetonij receptam lectionem hic locus Taciti: quia ille idem Tiberius, quaſi pœnitentia beneficij, centeſimam iterum inſtituit, ducenteſima inducta. Clarè Dio, lib* LVIII. *καὶ μετὰ τοῦτο (id eſt, poſt Seiani mortem) τέλος διακοσιοστὴν ἔχον, ἑκατοστὴν ἤγαγε. Non narrat id Tacitus, fateor, quia ea omnis hiſtoria exſtincta. At Dio idem, vbi de Caligula ſibi conſtans centeſimam ab eo ſublatam ait, non Ducenteſimam. Vide eius verba,* LIX.

Centeſimæ initium.

Ea ad ærariū militare.

Cóprobata Turnebi ſententia.

Nec poſſe motum Orientem. *Recte, quaſi dicat, turbatum commotúmque Orientem. alias, non peccabis ſi legas,* motum Orientis.

Maiúſque imperium quoquò adiſſet, quàm

illa

his qui ſorte, aut miſſu Principis obtinerent. *Id eximium ius tributum etiam olim Pompeio Magno, bello in piratas. Quod ait, ſorte aut miſſu: diuidit Proconſules, à Proprætoribus Legatiſque, vt verè notaui lib. I. ſupra.*

Silanus Creticus. Creticum Silanum. *Ex Iunia familia hic Silanus, ſed adoptione in Cæciliam tranſierat. Itaque nomina illi, Q. Cæcilius Metellus Creticus Silanus. Ex Dione, Caſſiodoro, aliiſque qui ſcripſerant Faſtos. Conſul fuit anno vrbis* DCCLX. *cum Nerua Silano.*

Cn. Piſo. Donec vltro ambiretur delatum ab Auguſto conſulatum accipere. *Conſul fuit Cn.* Calpurnius Piſo, *cum ipſo Auguſto, anno* DCCXXXI. *De miniſterio eius in bello Africo, vide, ſi lubet, Hirtium initio libri.*

Plancina. Vxoris quoque Plancinæ nobilitate & opibus accendebatur. *A Dione Munatia* Plancina *dicitur, vt certum ſit eam celebris illius L. Munatij* Planci *filiam fuiſſe aut neptem. Nominat hanc ipſam Romæ lapis, in ædibus* C*æſiis:*

DIS. MANIBVS
L. MVNATI
PLANCINAE. L.
POLYCLITI.

*id eſt, Plancinæ liberti.*

Vix Tiberio concedere, liberos eius vt multum infrà deſpectare. *Germanicum intellege, & Druſum.*

Non frequẽs phraſis. PAG. 106. Placinam Auguſta monuit Agrippinam inſectandi. *Non muto, etſi dictio non trita. Sic lib.* XV. Vologeſi penitus infixum erat arma Romana vitandi.

Auum M. Antonium, auunculum Auguſtum ferens. *Tu qui in hiſtoria tyro, hæc pete ex Tabula ſtirpis Auguſtæ, quam inſerui, fine librorum.*

Diſ

Diſceſſu Romanorum, ac vacui externo metu. *Simile illi Salluſtiano: Poſtquam remoto metu Punico ſimultates exercere vacuum fuit.*

Sed Maraboduum regis nomen inuiſum apud populares. *Iure. Nam hic Marabodnus adoleſcens, Romæ benignè ab Auguſto habitus, reuerſus ad ſuos, artes & ſtructuram intulit externas. de quo iucunda & neceſſaria ſcitu Strabo lib.* VII. ἐν ταύτῃ δέ ἐστι καὶ ὁ Ἑρκύνιος δρυμὸς, καὶ τὰ τῶν Σοήβων ἔθνη· τὰ μὲν οἰκοῦντα ἐντὸς τοῦ δρυμοῦ, καθάπερ τὰ τῶν Κολδούλων. ἐν οἷς ἐστὶ καὶ τὸ Βουίασμον, τὸ τοῦ Μαροβόδου βασίλειον, εἰς ὃν ἐκεῖνος τόπον, ἄλλους τε μετανέστησε πλείους, καὶ δὴ τοὺς ὁμοεθνεῖς ἑαυτῷ Μαρκομάννους. Ἐπέστη γὰρ τοῖς πράγμασιν οὗτος ἐξ ἰδιώτου μετὰ τὴν ἐκ Ῥώμης ἐπάνοδον. νέος γὰρ ἦν ἐνθάδε, καὶ εὐεργετεῖτο ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ. ἐπανελθὼν δὲ ἐδυνάστευσε, καὶ κατεκτήσατο, πρὸς οἷς εἶπον, Λυΐους, τὸ μέγα ἔθνος, καὶ Ζούμους, καὶ Βούτωνας, καὶ Μουγίλωνας, καὶ Σιβινοὺς καὶ τῶν Σοήβων αὐτῶν μέγα ἔθνος Σέμνωνας. *Id eſt:* In hac Germaniæ parte eſt etiam Hyrcinius ſaltus, & gentes Sueuorum: quarum aliæ ipſam incolunt ſiluam, vt Colduli (*ſuſpecta lectio, nec eam gentem nominatam alibi reperio*) in quibus eſt & Bouiaſmum (*fortè*, Boyhaimum *vera ſcriptura, quaſi Boiorum domus*) Marobodui regia. in quem locum cùm alios complures tranſtulit, tum populares ſuos Marcomannos. Occupauit enim dominationem priuatus, poſt reditum ſuum Roma, vbi iuuenis vixerat, & beneficiis ab Auguſto affectus fuerat. Reuerſus autem regnauit, & ſubiecit ſibi, præter dictos, Luios (*omnino ſcribo* Λουγίους, *ſiue Lygios, quæ præcipua Sueuorum gens Tacito*) magnam nationem, Zumos, Butones (*lego*, Guthones) Mugilones, Sabinos, & inter ipſos Sueuos magnum populum Semnonas. *Ex his clara*

Marabodu rex.

Eius regia.

Correctus Strabo.



Ayuntamiento de Madrid

*illa Taciti, quæ ſequuntur, Maroboduum* Hercyniæ latebris defenſum Cæſaris ſatellitem.

Arminij ætas.

PAG. 107. Quia fratris filio iuueni, patruus ſenex parere dedignabatur. *Iuuenili prorſus ætate res magnas geſſit, decus illud Germaniæ. Varum fudit anno vigeſimoſexto ætatis: Maroboduum nunc, anno* XXXV. *Facilè collectu ex Tacito, qui eum triginta ſeptem annos vitæ, duodecim imperij expleſſe ſcribit. Obijt autem anno* DCCLXXI. *biennio poſt hanc pugnam.*

Numerus in Tacito vitioſus.

PAG. 108. At ſe XII. legionibus petitum duce Tiberio. *Non dubie intelligit id bellum de quo Suetonius:* Nuntia Illyrici defectione, tranſiit (*Tiberius*) ad curam noui belli, quod grauiſſimum omnium externorum bellorum poſt Punica per XV. legiones paremque auxiliorum copiam geſſit. *In re & numero conuenit cum Suetonio Oroſius, niſi quòd Germanicum nominat bellum, non Illyricũ. Maroboduus autem imperitauit in ea Germaniæ parte quæ adſita Illyrijs. Itaque corrigo audacter in Tacito,* XV. legionibus.

Magnus terræ motus, Oroſij ſupinus error.

Eodem anno XII. celebres Aſiæ vrbes collapſæ. *Terræmotus huius mentio Plinio:* Maximus terræ, memoria mortalium, exſtitit motus Tiberij Cæſaris principatu, XII. vrbibus Aſiæ vna nocte proſtratis. *Bonum Oroſium quàm fugit ratio, qui hunc tremorem terræ ad tempus refert mortui noſtri Seruatoris? quod nos quidem ſcimus totis quatuordecim annis poſterius fuiſſe. Scilicet egebant hoc fuco ſacræ literæ. De eodem Strabo, lib.* XII. καὶ τὰ περὶ Σίπυλον δὲ καὶ τὴν ἀνατροπὴν αὐτοῦ, οὐ δεῖ μῦθον τίθεσθαι. Καὶ γὰρ νῦν τὴν Μαγνησίαν τὴν ὑπ' αὐτῷ κατέβαλον σεισμοί, ἡνίκα καὶ Σάρδεις καὶ τῶν ἄλλων τὰς ἐπιφανεστάτας κατὰ πολλὰ μέρη διελυμήνατο. ἐπηνώρθωσε δὲ ὁ ἡγεμὼν χρήματα ἐπιδοὺς, καθάπερ καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς γενομένης συμφορᾶς Τραλλιανοῖς ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ Λαοδικεῦσιν.

PAG.

Ayuntamiento de Madrid

PAG. 109 Aſperrima in Sardianos lues. *Bianoris epigramma in hanc rem eſt, lib. 1. Anthologiæ:*

Σάρδιες αἱ τὸ πάλαι Γύγου πόλις αἵ τ' ἀλυάττου
Σάρδιες αἱ βασιλεῖ περσὶς ἐν ἀσιάδι,
Αἱ κρόσσῳ τὸ παλαιὸν ἐπλινθώσασθε μέλαθρον,
Ὄλβον πακτωλοῦ ῥεύμασι δεξάμεναι.
Νῦν δὲ ὅλαι δύστηνοι ἐς ἓν κακὸν ἁρπασθεῖσαι,
Ἐς βυθὸν ἐξ ἀχανοῦς χάσματος ἠρίπετε.
Βοῦρα, καὶ εἰς ἑλίκην κεκλυσμένα, αἱ δ' ἐνὶ χέρσῳ
Σάρδιες ἐν βυθίαις εἰς ἓν ἔκεισθε τέλος.

Sardes concuſſæ terræmotu.

Magnetes a Sipylo proximi damno ac remedio habiti. *Strabo:* οὐκ ἄπωθεν δὲ τούτων τῶν πόλεων, οὐδ' ἡ μαγνησία ἐστὶν ἡ ὑπὸ Σιπύλῳ, ἐλευθέρα πόλις ὑπὸ ῥωμαίων κεκριμένη. καὶ ταύτην δὲ ἐκάκωσαν οἱ νεωστὶ γενόμενοι σεισμοί. *id eſt:* Haud procul his vrbibus & Magneſia eſt à Sipylo: quæ libera iudicata eſt à Romanis. Hanc & terræmotus ij afflixerunt, qui nuper extiterunt. *Scitum iam autem duas Magneſias eſſe, à Sipylo, & à Mæandro. Tiberiani nummi extant, monumentum beneuolentiæ & liberalitatis in afflictas vrbes, quibus inſcriptum:* CIVITATIBVS. ASIAE. RESTITVTIS.

Duplices Magnetes.

Temnios *Vrbs ipſa Temnus Straboni XIII.*

Quique Moſceni, aut Macedones Hyrcani vocantur. *Verius Moſcheni: eos enim populos agnoſcit Plinius Armeniæ vicinos: & Moſchicam ibidem regionem Strabo.*

Bona Aemiliæ Muſæ locupletis inteſtatæ petita in fiſcum. *In tenebroſo loco collineabo ad ſcopum, & neſcio an tangam. Aemiliam hanc Muſam libertam fuiſſe, id primum pono. Argumento cognominis Græci, quod ſcio notam ſeruitutis. Ideo in Tacito legerim.* Muſæ L. locupletis, *id eſt, liberta locupletis, vſitata formula ſcribendi. Sed cur, inquies, bona eius*

Correctus Tacitus.

De ſucceſſione in bonis liberti.

*petita in fiſcum? cur non data patrono patroniſve, uti lex iubet? Iulianus ait:* Si libertus inteſtato deceſſerit, patronum aut filium nepotemve eius ad ſucceſſionem vocari, indubitatum eſt. *Vlpianus ait:* Liberto inteſtato mortuo, primùm ſuis deferri hereditatem verum eſt: ſi hi non fuerint, tunc patrono. *Hæc ſi vera: quis locus potuit eſſe fiſco? An fortè nec ſuus heres huic Muſæ, nec patronus ſuper quiſquam fuit? Tale aliquid eliceas ex Taciti verbis, dum ait,* Lepido conceſſit, cuius è domo videbatur: *quaſi ambiguum de domo patronóque fuiſſet. Erant autem non Romæ ſolum, ſed & in prouincijs Procuratores ſiue Rationales, qui bona eiuſmodi caduca legerent tollerentque. Strabo de Ægypto:* ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι. *An Tiberij æuo ius aliquod proprium fiſci fuit in bona omnium libertorum, qui ſine prole? Cenſeo ego, ſuaſus à Suetonij claris verbis de* Cerylo *liberto:* qui diues admodum ad ſubterfugiendum quandoque ius fiſci, ingenuum ſe & mutato nomine Lachetem cœperat efferre, *ait in Veſpaſiano cap. 23. Et videtur lege Papia ſemiſſis bonorum relictus fiſco, ſemiſſis alter patrono: ſi autem dextra manu capio Suetonij verba è Neronis cap.* XXXII. Ante omnia inſtituit vt è libertorum bonis pro ſemiſſe dodrans cogeretur ei, qui ſine probabili cauſa eo nomine eſſent, quo fuiſſent illæ familiæ quas ipſe contingeret. *Interpretes (cum venia verum dicam) nihil vident, obiecta nebula ex leui menda. Scribendum enim,* pro ſemiſſe dextans *(ita [illegible] ſcripti)* cogeretur, ſiqui ſine prob. *&c. Meus iſta. Animum ad rapinas Nero conuertit, inter alia excogitauit, vt è bonis libertorum ſine prole, fiſco nō ſemiſſis vt ante, ſed dextās cogeretur, libertorū quidem, qui nomen aliquod ferrent è ſtirpe*

Leg. XXIII. De bonis libert.

Leg. III. De ſuis hered.

Procuratores fiſci.

Ius aliquod fiſci in bona libertorum.

Nouus intellectus Suetoniani loci.

Correctus Suetonius.

Ayuntamiento de Madrid

*ſtirpe Imperatoria, puta Domitij, Claudij, Antonij &c. Prætextu rapinæ videlicet iſto, tamquam & ij pars aliquã Imperatoris domus eſſent. Dicat aliquis ad Cæſarianos libertos id tantùm pertinuiſſe. Falsò. quia anguſta ea rapina fuiſſet & exiguis finibus: & fruſtrà additum de nomine quod familias Cæſaris tangeret. Nam liberti* Cæſaris, *omnes* Claudij *aut Domitij. At enim Iuriſconſulti nihil de eo iure. Nec miror. quia leges Papias conſtantiſſimus principum Seuerus ſuſtulit, ait Tertullianus. Iuriſconſulti autem pleriique poſt id anum. Sanè variis & leuibus ex cauſſis caducæ olim hereditates, vt ſiquis principis cliens, ſi ciuitate ab eo donatus. Dio lib. 60.* Cùm multi accuſarentur qui Claudij nomine non vterentur, aut teſtamento ei nihil legarent (quaſi vtrumque iis qui ciuitate ab eo donati eſſent, facto opus) edixit nequis horum cauſſa moleſtaretur. *Imò ſi dignitate ab eo in multa auctus, adeò, vt* Caligula, Teſtamenta primipilarium, qui ab initio principatus Tiberij neque illum neque ſe heredem reliquiſſent, vt ingrata reſciderit, narrante Suetonio, *cap.* XXXVIII. *&* *Dione* LIX.

Seuerus abrogauit Papias leges.

Magnum olim ius, ſi [illegible] iniuria fiet

PAG. 110 Q. Vitellium mouit ſenatu. *Suetonius in Vitellio cap* II. *paris obſcurè.* Quintus caruit ordine, cum auctore Tiberio ſecerni minus idoneos Senatores remoueriique placuiſſet.

Libero, Liberæque, & Cereri, iuxta Circum maximum, quas A. Poſtumius Dictator vouerat. *E-mendo,* quam. *His enim tribus vnum templum. A ſolo Dionyſio copioſa lux huic loco. libro* VI. *de A. Poſtumio:* ἀπὸ δὲ τῶ λαφύρων ἐξελόμενος τὰς δεκάτας, ἀγῶνάς τε καὶ θυσίας τοῖς θεοῖς ἐποίει, καὶ ναοῦ κατασκευὰς ἐξεμίσθωσε Δήμητρι, καὶ Διονύσῳ, καὶ Κόρῃ, κατ' εὐχήν. *Vouit igitur A. Poſtumius, ſed dedicauit S.* Caſſius Conſul. *Idem [illegible], fine [illegible]*

Tacitus correctus.

libri. Κάσσιος δὲ ὁ ἕτερος τῶν ὑπάτων, ὁ καταλειφθεὶς ἐν τῇ Ῥώμῃ, τόν τε νεὼν τῆς Δήμητρος καὶ Διονύσου καὶ Κόρης ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ καθιέρωσεν, ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς τοῦ μεγίστου ἱπποδρόμου τέρμασιν, ὑπὲρ αὐτὰς ἱδρυμένος τὰς ἀφέσεις, εὐξαμένου μὲν αὐτὸν Αὔλου Ποστουμίου τοῦ δικτάτορος, *&c.* *id eſt*. Caſſius alter Conſul relictus Romæ, templum interim Cereris, Liberi, Liberæque dedicauit, quod eſt in extremo Circo maximo ſuper ipſos carceres ſitum, votum olim ab A. Poſthumio dictatore, *&c.*

Liber & Libera.

*Eſt autem Liber, Bacchus, Libera ſoror eius Proſerpina, nati ex Cerere vterque. Ideò ordo decentior in Dionyſio, qui matrem religioſè vbique præponit, quàm in noſtro qui poſthabuit. Libera autem dicta Cora. Lapis Romæ,* DEO. BACCHO. CERERI. ET. CORAE. SACRATAE. APVD. AEGYNAM. *eſtq; eadem cum Proſerpina. E Solino tolli velim gloſſema cap.* XI. Quem propter eſt demerſum foramen quo Ditem patrem ad raptus Proſerpinæ Liberæ exeuntem fama eſt in lucem auſum. *ſcribe*, ad raptus Liberæ exeuntem, *&*, fama eſt lucem auſum. *Ad de Liuii locum lib.* III. Familia ad ædem Cereris, Liberi Liberæque venum iret.

Libera eadē cum Cora.

Solinus gloſſemate liberatus, & correctus.

Spei ædes à Germanico ſacratur: hanc Atilius vouerat eodem bello. *Cicero* II. *de Legibus*: Rectè etiam à Calatino ſpes conſecrata eſt. *Liuius lib.* XXIII. Aedem Spei, quæ in foro olitorio eſt, fulmine tactam.

Templum Spei.

PAG. 63. Adulterij grauiorem pœnam deprecatus. *De hoc loco, & pœna legitima adulterij dicendum mihi infrà, lib.* IIII. *Si tibi cura eſt, vide.*

Vt exemplo maiorum, propinquis ſuis vltra ducenteſimum lapidem remoueretur. *Id eſt, à propinquis. Amat ita loqui noſter, vt*, Ceteráſque vrbes, quæ Macedonibus ſuæ Græca vocabula

Suetonius interpretatus.

reti

Ayuntamiento de Madrid

retinent. *Suetonius in Aug cap. i.* Et oſtendebatur ara Octauio conſecrata. *id eſt, ab Octauio: nec crede cum interpretibus, rudi illo & ignaro adulandi æuo, Octauio ipſi ſacratam aram. Quod ait, exemplo maiorum: ſatu actum eſt, ex lege Romuli vxorē ita fuiſſe in manu viri, vt de crimine eius omni, cum propinquis cognoſceret, ſtatueretque. Dionyſius auctor lib II. & Cato:* Vir cùm diuortium facit *(ita mihi lege eſt.)* mulieri iudex pro cenſóreque eſt. imperium quod videtur habet. Si quid peruersè terreque factum eſt à muliere, multatur: ſi vinū bibit, ſi cum alieno viro probri quid fecit, cōdemnatur. *Liuius lib.* XXXIX. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu eſſent, tradebant, vt ipſi in priuato animaduerterent ſi nemo erat idoneus ſupplicij exactor, in publiquo animaduertebatur. *Suetonius in Tiberio:* Matronas proſtratæ pudicitiæ, quibus accuſator publicus deeſſet, vt propinqui, more maiorum de communi ſententia coercerent, auctor fuit. *Tacitus lib.* XIII Plautius priſco inſtituto, propinquis coram, de capite famáque coniugis cognouit, & in ſontem nunciauit. *Adi & Valerium lib.* VI *cap* III.

Vxor in manu viri. Ipſe cū propinquis de ea ſtatuebat.

PAG. III. Haterium Agrippam propinquum Germanici. *Eſt is, qui ſuprà Tribunus plebis fuit.* Interceſſit Haterius Agrippa Tribunus plebei, increpitúſque eſt Aſinij Galli oratione. *De propinquitate, nihil mihi compertum.*

Vt numerus liberorum in candidatis præpolleret, quod lex iubebat. *Non ergo prorſus liber, ac comitia illa patrum, ſed deuincta lege. Legem quam intelligit, eſt Papia, quæ in magiſtratu. & ſorte prouinciarum, prætulit improlibus eos quibus proles. Noſter lib.* XV. Percrebuerat ea tempeſtate prauiſſimus mos, cum propinquis comitiis

Papia lex valebat ad honores conſequendos.

aut ſorte prouinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios: præturáſque & prouincias inter patres ſortiti, ſtatim emitterent manu quos adoptauerant. *vbi clarè de Pratura, vt hîc ſimile in Tribunatu. Plinius lib.* VII. Caleſtrium Tyronem familiariſſimè diligo. ille me in Tribunatu liberorum iure præceſſit: ego illum in Prætura ſum conſecutus, cùm mihi Cæſar annum remiſiſſet.

Muſulanorum dux haberet. *Ptolemæus vocat, μυσουλάμιοι: Plinius, Muſulanos.*

Compulerántque Cinithios. *Plinio dicti videntur Ethini.*

PAG. 112. Ne bellum eluderent. *optime. id eſt, ne metu Romanarum virium traherent bellum, nulla copia pugnæ. Rhenanus tamen,* aſtu, *maluit.*

PAG. 64. Nam poſt illum reciperatorem vrbis, filiúmque eius Camillum, penes alias familias imperatoria laus fuerat. *Tamen, ex eadem gente duo adhuc triumphi notantur, alter P. Furij de Gallis, anno* DXXX. *alter L. Furij Purpureonis de iiſdem Gallis,* DLIII *Huius autem Camilli, de quo nunc ſitius credo fuit qui imperium temporibus Claudij, fruſtra ſibi vendicauit.*

Furius Camillus.

Fœderíque ſociæ & vetuſtæ vrbis datum, vno vt lictore vteretur. *Vim terrorémque imperij Romani oſtendebant, lictores, ſecures, faſces. Ideò cùm, adempto illo metu, magiſtratus quaſi ad amicos agere volebant, remouebant insignia poteſtatis. Sic Antonio olim in eâdem vrbe ait Appianus:* ἐξόδοις ποιεῖν ἄνευ στρατηγικῶν, σὺν δύο φίλοις καὶ σὺν ἀκολούθοις δύο, εἰς διδασκάλων διατριβὰς ἢ ἀκροάσεις. *Et Tiberius Rhodi,* genus vitæ admodum ciuile inſtituit, ſine lictore aut viatore gymnaſio interdum obambulans, *Suet. cap.* XI.

Remotio lictorum.

Lib. IIII. ἐμφ.

PAG. 113 Illum in regreſſu ſacra Samothracum viſere nitentem. *Samothracia inſula non eadem cum Imbraſia, Vt cenſet Muſarum decus: nec Imbraſus fluuius ſiue Parthenius in hac, ſed in Ionica Samo, quæ ideò Parthenia dicta, vt diſcimus ex Strabone, Plinio, & Hygino. Et Stephanus,* ἡ δὲ Θρακία σάμος λέγεται, καὶ σαμοθρᾴκη συνθέτως. καλεῖται καὶ οὕτω πρὸς διαστολὴν τῆς ἑτέρας σάμου, τῆς ἰωνικῆς. *Imò tres diſtincta Sami, de quibus doctè noſter Ortelius in Synonymia, quem vide. Ideò firmanda in Varrone priſca lectio:* Terra & cælum, vt Samothracum initia docent, ſunt dei magni, & hi, quos dixi, multis nominibus. Nam neque quas Samotratia (*non* Ambracia, *aut*, Imbraſia) ante portas ſtatuit duas viriles ſpecies æthenas, dei magni: neque vt vulgus putat, hi Samothraces dij, qui Caſtor & Pollux: ſed hi, mas & femina, & hi quos augurum libri ſcriptos habent ſic Diui potes; & ſunt pro illis qui in Samothrace θεοὶ δυνατοί. *Interque Varro dicit, ſunt hæc ſacra de quibus noſter. ſacra religioſa in primis etiam apud Romanos. Ideo poeta ſatyricus*

Samothracia alia ab Imbracia.

Tres Sami.

Firmata Varronis lectio.

Colebantur Cabiri, ſiue Penates, vt interpretantur.

Vide Strabõ lib. X.

——iuret & Samothracum.

Et noſtrorum aras.

*Suidas,* Ἐν σαμοθρᾴκῃ ἦσαν τελεταί τινες, ἃς ἐνόμιζον τελεῖσθαι πρὸς ἀλεξιφάρμακον κινδύνων τινῶν. ἐκεῖ δὲ ἀπῆλθε καὶ τὰ τῶν κορυβάντων μυστήρια, καὶ τὰ τῆς ἑκάτης. *Propter religionem loci, confugiebant illuc olim nocentes, vt colliges ex* II. *Anthologia, & facto Perſei Macedonum regis, apud Liuium.*

Epigr. ἐπιδεικτικός.

Igitur aliáque quæ ibi varietate fortunæ. *Turbatus locus, aut mutilus, Si turbatus tantùm, ſic reponito.* Atque illum in regreſſu ſacra Samothracũ viſere nitentem, aliáque quæ ibi varietate fortunæ & origine noſtri veneranda, obuij Aquilo-

Corruptus Taciti locus.

neſ depulére. Igitur relegit Aſiam. *Sed quæ varietas fortunæ aut origo Romanorum in Samothrace? Principium Troianæ gentis inde: à Troianis autem Romani. Dionyſius lib. I. Dardanum facit in hanc inſulam veniſſe, quæ tunc Melone dicta: & pulſum inde ſterilitate ſoli deueniſſe ea Phrygiæ loca, ubi poſt Troia. Ideò olim Dardania dicta Samothrace, ut Plinius auctor. Benè ergò, origine noſtri. Sed & Varro II. Humanarum.* Dardanum deos penates ex Samothrace in Phrygiam, Æneam ex Phrygia Italiam aduexiſſe, *tradidit. Et quædam huic rei ſuggeret Seruius, in illud vatis magni,*

Origo Rom. à Samothrace.

Vide & Plutarch. in Camillo, & Dionyſium de Veſtalib. inſtitutis à Numa, qui volūt eos deos eſſe, quos occultos habeat templū Veſtæ.

—antiquam exquirite matrem.

*Varietatem fortunæ vel ad Dardanum refer, vel ad Romanos, qui ex tam paruis magni. Fieri tamen poteſt, ut mutilus locus ſit, fueritque aliud de Ilio etiam inſertum, fonte non dubio Romulæ gentis.*

Colophona, vt Clarij Appollinis oraculo vteretur. *Strabo tamen, qui huic ætati compari, ita loquitur de hoc oraculo tanquam nullum tum fuerit.* Κολοφὼν πόλις ἰωνική, καὶ πρὸ αὐτῆς ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν ποτε παλαιόν.

Strabonis à Tacito, vt videtur, diſſenſus.

PAG. 114. Exercitio equitum, de curſibus cohortium intereſſe. *Alia hæc Decurſio ab illa funebri, de qua dixi. Nam hæc exercitij fuit ſolita v, urbi pariter quot menſibus ex inſtitutione Diui Augusti. Vegetio Campicurſio dicitur: quem vide lib. I. cap.* XXVII. *& lib* III. *cap.* IV. *Campeſtris decurſio Suetonio, in Galba.* Campeſtrem decurſionem ſcuto moderatus. *in Nerone.* Indictáque decurſione Prætorianis, ſcutum ſua manu prætulit.

Decurſio campeſtris.

In ea ſolēne vt pedes ſcutum præferret.

Præuerti ad Armenios. *Ita infra: At ſi quando ad interna præuerterent.*

PAG. 115. Zenonem Ptolemonis regis Pontici filium.

Ayuntamiento de Madrid

filium. *Melius*, regis ponti. *Ptolemo autem Zenonis Rhetoris filius ad regnum peruenit concessu Antonij & Augusti. de quo vide Dionem in actis anni* DCCXXIX. *Vxorem habuit Pythodorim: quam mirè à prudentia alijsque virtutibus laudat Strabo: & quæ nunc, mortuo marito, præest rebus regni. Polemoni illi filius item Zeno, qui nunc Armeniæ datus rex. Strabo lib.* XII *τῶν δὲ τῆς Πυθοδωρίδος υἱῶν ὁ μὲν ἰδιώτης συνδιοικεῖ τῇ μητρὶ τὴν ἀρχήν, ὁ δ' ἐσχάτως κατέστα τῆς μεγάλης Ἀρμενίας βασιλεύς.* Polemo rex eiúſq. ſtirps.

Inſtituta & cultum Armeniorum æmulatus, *poſt et Saluſtiano exemplo legi*, æmulus. At Pompeius a prima adoleſcentia, Alexandri regis facta dictáque æmulus erat.

Quod illi vocabulum indiderant ex nomine vrbis. *Mirum, cùm iam antè plures reges eo nomine fuerint: & vrbs ipſa potius nomen habuit ab aliquo regum, vti Tigranocerta.*

Comagenis Q. Seruæus præponitur, tum primum ad ius Prætoris translatis. *Verius eſſet*, Proprætoris: *ſed iſta miſcentur, & paſſim in Tacito Prætor, Proprætor, Legatus, Syriæ Germaniæ notabis, muneris eodem. Strabo ad hanc rem ἡ Κομμαγηνὴ μικρά τις ἐστίν· ἔχει δ' ἐρυμνὴν πόλιν Σαμόσατα ἐν ᾗ τὸ βασίλειον ὑπῆρχε· νυνὶ δ' ἐπαρχία γέγονε id eſt*, Comagene, modica regio, vrbem munitam habet Samoſata, in qua regia fuit. nunc in prouinciam redacta eſt. *Nec moueat te quòd Suetonius prouinciam eam factam primùm vult à Veſpaſiano, cap.* VIII. *quia Caligula regibus eam iterum tradiderat, vt narrat Dio*, LIX. Antiocho, *inquit*, Antiochi filio Comagenem paternum regnum adiectis Ciliciæ maritimis dedit. *Vti ergo Caligula Tiberij: ſic Caligulæ decretum Veſpaſianus reſcidit.* Comagene prouincia facta. Remota difficultas à Suetonio nata.

PAG.

Ayuntamiento de Madrid

PAG. 116 Diſceſſerámque opertis odiis. *Lego, apertis.*

Coronæ aureæ magno pondere Cæſari, *Coronæ conuiuiorum è floribus foliíſque vulgata: non æquè ex auro. Quas tamen non ſolum in illo Orientis luxu ſed etiam Romæ vſum aliquem habuiſſe diſcas ex Capitolino? qui in Ælio Vero ſcribit.* Data etiam conuiuis aurea atque argentea pocula & gemmata: coronas quinetiam datas lemniſcis aureis interpoſitis, & alieni temporis floribus. *Item Vlpiano. De auro & argento legato:* Cedent igitur gemmæ fialis vel lincibus, incluſæ auro argentóue. ſed & in coronis menſarum, gemmæ coronis cedent, & hæ menſis.

Coronæ in menſis aureæ.

Gemmatæque.

Principis Romani, non Parthi regis filio eas epulas dari. *Claret ſententia quaſi dicat: luxum illum alienum Romanis moribus, dignum Parthorum. Æmilius tamen hîc λεπτολογεῖ, & perdit multa verba.*

PAG. 117. Pedibus intectis incedere & pari cum Græcis amictu. *Interpretor, inceſſiſſe crepidatum palliatúmque. Quod ait, pedibus intectis; non planè verum eſt, ſed in comparatione cum calceis Romanis. qui altiuſculi, non ſolum imos pedes, ſed tibias velabant crure tenus. Horatius:*

Pedibus intectis, quid.

Romani calcei quales.

——nigris medium impediit crus
pellibus.

*Titinius in ſentina.* Iam cum mulleis te oſtendiſti, quos tibiatim calceas. *Tertullianus de Pallio:* Impuro cruri purum aut mulleolum inducit calceū. *Et exſtat exemplum hodie in calceis Turcarum Pannoniorúmque. At crepidæ, ſoleæ, plantarum calces tantùm imas regebant, ceteres ferè nudis. Ideò bene noſter, pedibus intectis. Hunc cenſum firmat ipſe, dū ſubdit.* P. Scipionis æmulatione, quem eadem factita

Crepidæ ſoleæque, quid.

Ayuntamiento de Madrid

ditauiſſe apud Siciliam accepimus. *Scipio autem ibi crepidatus. Liuius:* Ipſius etiam Imperatoris nō Romanus modò, ſed ne militaris quidem cultus iactabatur: cum pallio crepidíſque inambulare in gymnaſio. *Quod tamen molle & effeminatum cenſebatur: & Manilius delicatos inſignit hac nota.*

Crepidis vſus molle erat.

Femineæ veſtes, nexæ ſine tegmine plantæ.

*vt Scaliger emendauit. etſi vetus lectio.* nec inſunt tegmina: *ex qua tenebam,* nec in vſum tegmina. *Dionem etiam non aliter exaudio, de Caligulæ ludis:* καὶ ἐξῆν καὶ ἀνυποδήτοις βουλομένοις θεᾶσθαι, νομιζόμενον μέν πως ἀπὸ τῶν πάνυ ἀρχαίων, καὶ δικάζειν τινὰς ἐν τῷ θέρει οὕτως, καὶ πολλάκις καὶ ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἐν ταῖς θερειναῖς πανηγύρεσι γιγνόμενον, ἐκλειφθὲν δὲ ὑπὸ τοῦ Τιβερίου. *id eſt,* Volentibus etiam diſcalceatis ſpectare, permiſſum. quod vſitatum olim: vt etiam quidam iudicia hoc habitu æſtatis tempore exercuerint, & ipſe Auguſtus ita ſæpe ſpectarit æſtiuos ludos. omiſſum tamen à Tiberio. *Vbi* ἀνυποδήτους *verè verteris, ſoleatos aut crepidatos. quomodo etiam conuiuia frequentabant Romani, calceis (qui inter forenſia cenſebantur) omiſſis. In omni ergo remiſſione, per conuiuia, per ludos, per otium, Romani ſoleati. Nota etiam Ciceronis increpatio in Verrem, qui in littore ſoleatus: & in Antonium, qui Gallicis indutus.*

Manilius tētatus.

Intellige Catonē. de quo Plutarchus, ἀνυπόδητος καὶ ἀχίτων πολλάκις ἐπὶ τὸ βῆμα προερχόμενος καὶ θανατικὰς δίκας οὕτω βραβεύων, &c.

Quod contra inſtituta Auguſti, Alexandriam non ſponte principis introiſſet. *Vide Suet. Tiberio, cap.* LII *& quæ dicam ad lib.* I. *Hiſtor.*

Equitibus Romanis illuſtribus. *De hoc cognomine equitum infrà.*

Clauſtráque terræ ac maris. *Pharum credo, aut Alexandriam.*

Inde proximum amnis os dicatum Herculi, *Interpunctio vitioſa hiſtoriæ facit nollē, ego illuſtre,*

Mene

Menelaus Græciam repetens diuerſum ad mare terrámque Lybiam delatus inde. Proximum amnis os, &c. *Bina deſcribit Nili ora. alterum Canopicum, ab oppido cui nomen à gubernatore Menelai, qui illinc & ex eo portu in Lybiam delatus. Alterum Heracleoticum, quod ait Herculi ſacrum. Hæc ex Geographis clara. At peregrinatio Menelai, ex Homero, Odyſſ. δ.*

Oſtia Nili bina.

Κύπρον, Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθείς,
Αἰθίοπας θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς,
Καὶ Λιβύην.

*quorum verſuum interpretationem plenam pete ex Strabone in primo. Verum ergo eſt, Menelaum delatum è Canopo, in Sidonios, Lybiámque.*

Structis molibus litteræ Ægyptiæ. *Intellegit obeliſcos, de quorum frequentia & notis conſule omnino Ammianum, lib.* XVII.

PAG. 118. Regem Rhamſen Libya, Æthiopia. *De hac tanta potentia Ægyptiorum nihil legi, nihil credo. Nam quod Suidas ait, Thulin quendam Ægyptium regem, vſque ad Oceanum imperium tenuiſſe, à quo dicta ſit Thule: quid tam infandum ſomniauit vllus ægrotus? Neſcio an hic ſit Rhamſes qui regnante Ilium captum eſſe vult Plinius lib.* XXXVI. *cap.* VIII. *vbi tamen leges,* Ramiſes, *corruptè.*

Rhamſes Aegypti rex.

Legebantur & indicta gentibus tributa. *De his prioribúſque vide Strabonem in deſcriptione Thebarum lib.* XVII. *qui cum Ælio Gallo illuc profectus pleraque refert oculata fide: egregius mehercules, & non ad vulgi guſtum ſcriptor.*

Strabo in Aegyptum iuit.

Memnonis ſaxea effigies, vbi radiis ſolis icta eſt, vocalem ſonum reddens. *Viſitur, vt Plinius vult in Serapis templo forma coloſſi:* quem, *ait*, cottidiano, ſolis ortu contactum radiis crepare dicunt. *Iuuenal.*

Memnonis miranda effigies.

Dimi

Ayuntamiento de Madrid

Dimidio magicæ reſonant vbi Memnone chordæ. *Dimidium cur vocet, explicat Strabo.* τοῦ δ᾽ ἑτέρου τὰ ἄνω μέρη τὰ ἀπὸ τῆς καθέδρας πέπτωκε σεισμοῦ συμβάντος, ὥς φασι. *qui etiam vidiſſe ſe ait, & cum multis aliis circiter horam primam dici ſonitum aliquem audiſſe. Philoſtratus ab Apollonio eam ſtatuam in Æthiopia viſam ait: & mentitur non inſolens, ſiue ipſe, ſiue impoſtor iſte magus. Nam certum eſt in Ægypto fuiſſe. Vide præter alios Pauſaniam, in Atticis.*

Clauſtra olim Romani imperij, quod nunc rubrum ad mare patelcit. *Inſertum hoc in gratiam laudemque Traiani, qui res magnas geſsit ad Orientem, limitibus imperij ad rubrum mare promotis. Eleganter apud Suidam ſcriptor incertus ſuper hac ipſa re.* Ῥωμαίων ἀρχὴ αὕτη τῶν Ἀσσυρίων καὶ Περσῶν καὶ Μακεδόνων τῶν πρὶν, μακρῷ ὑπερῆρεν. ὡρισμένη πέρατα ἑαυτῆς, πρὸς μὲν ἕω, Ἰνδοὺς καὶ ἐρυθρὰν θάλασσαν, καὶ Νεῖλον καὶ καταῤῥάκτας, καὶ λίμνην Μαιῶτιν *& reliqua, quæ non dubie adtexit de rebus Traiani. Ita Tacitus lib.* IV. Quanto ſit anguſtius imperitatum: *præ quàm nunc videlicet meo æuo. Clauſtra ergo hic imperij non aliud quàm limes, finis.* Auctum Imperiū à Traiano.

PAG. 119. Irrumpit regiam. *Bouiaſmum in Hercynia ſilua, de quo adiunis ſupra Strabonis verba.*

PAG. 120. Inter flumina Marum & Cuſum locantur. *Mariſius hic fluuius dictus Straboni lib.* VII. *Maris, Herodoto: Mariſia, Iornandi: Æthico Margus. Retinet nomen hodie, & incolis appellatur Maros.*

Cum effigie Cæſarum. *Germanici, & Druſi.*

Rheſcuporim. *Non in alio nomine magis variatum. Dio* Ῥασκούπορις *Velleius Rhaſcupolim Suetonij optimus in Vaticano codex, Taraſcypolim. quomodo & in* Rhaſcuporis rex.

*& in Liuio ſcriptum leges. De hiſtoria autem ipſa conſule Dionem lib.* LIV. *in actu anni* DCCXXXVIII.

Ipſorúmque regum ingenia, illi mite & amœ-

Cotys rex eruditus. num. *Adeo hoc verum eſt, vt Cotys ille etiam literis & poeſi excultus fuerit. Ad eum enim eſt elegia* IX. *Ouidij lib.* III. *De Ponto: & in huius regno vates ille exſulauit, quod ſcire volo iuuentutem.*

PAG. 121. Pomponium Flaccum veterem ſti- pendiis. *Eſt ipſe de quo Ouidius. lib.* IIII. *De Ponto,*

Pomponius Flaccus. Ouidio lux data. *eleg.* IX.

Præfuit his, Græcine, locis modò Flaccus, & illo
Ripa ferox Iſtri ſub duce tuta fuit.
Hic tenui Myſas gentes in pace fideli:
Hic arcu fiſos terruit enſe Getas.

*Atque idem præfuit poſteà Syriæ, ut ſcribit noſter lib* IV.

PAG. 122. Exemplo quo maiores M. Lepidum Ptolomæi liberis tutorem in Ægyptum miſe- rant. *Valerius Max. lib.* IV. *cap.* IV Cùm Ptolemæus rex tutorem populum Rom. filio reliquiſſet, Se- natus M. Æmilium Lepidum Pontif. Max. bis

Lepidus tutor liberum Ptolemæi. Conſulem ad pueri tutelam gerendam Alexan- driam miſit: ampliſſimíque & integerrimi viri ſanctitatem, reip. vſibus & ſacris comparatam ex- ternæ procurationi vacare voluit, ne fides ciui- tatis noſtræ fruſtra petita exiſtimaretur. *Iuſti- nus lib.* XXX. Mittitur & M. Lepidus in Ægyp- tum, qui tutoris nomine regnum pupilli admi- niſtraret. *Extant & denarij argẽtei cum inſcriptio- ne.* M. LEPIDVS PONT. MAX. TVTOR. REG. *in parte verſa, caput turritum, ſubſcriptúm- que:* ALEXANDREA.

Admodum in Ciliciam memoraui. *Pompeio- polim, ſuprà. Suetonius paullò aliter hæc narrat. & cum*

Ayuntamiento de Madrid

*eum Tiberij probro:* Sed & Vononem Partorum regem qui pulſus à ſuis, quaſi in fidem populi Romani cum ingenti gaza Antiochiam ſe receperat, ſpoliauit perfidia, & occidit. *Vt Taciti narratio eſt, Imperator extra culpam.*

PAG. 123. Quæ ab illo in Cæſarem tentabantur * Dein Piſo abire Suria ſtatuit. *Ad eam quam poſui notam, ſuſpicio mihi eſt ne quid deſit. non enim ſatis plena videtur narratio.*

Admotas hoſtias. *Sacrorum verbum eſt. Suetonius in Caligula,* Admota altaribus victima, ſuccinctus poparum habitu. *Idem ſignificat, quod Tibullo & aliis, ſtatuere ad aram.* Admouerē hoſtias.

Reperiebantur erutæ humanorum corporum reliquiæ, & nomen Germanici plumbeis tabulis inſculptum. *Dio ſic ex expreſſit,* ὀςᾶ γὰρ ἀνθρώπων ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐν ᾗ ᾤκει κατορωρυγμένα, καὶ ἐλασμοὶ μολίβδινοι ἀρᾶς τινας μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχοντες εὑρέθη. *Sunt hæ perſuaſiones à vulgo: & ideo vanæ. Appuleius callidè deſcripſit* III. *Mileſiar.* Inſtruxit feralem officinam omne genus aromatis, & ignobiliter laminis litteratis, & infelicium manium durantibus caluis: deſletorum, ſepultorum etiam cadauerum expoſitis multis admodum membris. hic nares & digiti, illic carnoſi (*vel etiam* carioſi) claui pendentium: alibi trucidatorum ſeruatus cruor, & extorta dentibus ferarum trunca caluaria. *Ita nos eum locum totum emaculamus.* Magorum, deuotionúmque ritus.

PAG. 124. Componit epiſtolas, quis amicitiā ei renuntiabat. *Mos ex veteri illa & ſimplici vita: qua receptum, amicitiam & inimicitiam promptā habere in ore & in fronte. Mos, qui publicè obtinebat, priuatímque. Publicè, Liuius, lib.* XXXVI. Conſulti Feciales à M'. Acilio Conſule num prius Aetolis Mos renuntiandæ amicitiæ.



Ayuntamiento de Madrid

renuntianda amicitia eſſet, quàm bellum infe-
rendum. *Lib.* XLIII. Miſſi legati Perſeo amici-
tiam renuntiarunt *Priuatim, infra lib.* VI. Morem
fuiſſe maioribus quoties dirimerent amicitias,
interdicere domo, eúmque finem gratiæ ponere.
*Lib.* III. Quanquam non vltrà foret ſæuitum,
quàm vt amicitia Cæſaris prohiberetur. *Sic Badius Campanus apud Liuium* XXV. *palam omnibus renuntiat hoſpitium Criſpino. Atque hoc eſt, quod Cicero inimicitias denuntiare ait, pro L. Flacco.*

Inter priuatos idem mos.

Etenim cùm à clariſſimis viris iniuſtiſſimas inimi-
citias ſæpe cum bene meritis ciuibus depoſitas
eſſe vidiſſem; non ſum arbitratus quemquam a-
micum patriæ nouas huic inimicitias nulla acce-
pta iniuria denuntiaturum. *Seneca epiſtol.* LXXVII.
Inimicitias mihi denuntias, ſi quidquam ex iis
quæ quotidie facio, ignoraueris. *Idem, quod indicere inimicitias. Seneca lib.* III. *de Ira:* Quid iu-
uat tanquam in æternum genitos iras indicere,
& breuiſſimam ætatem diſſipare? *Vnde inimicitiæ indictæ, vti indictum bellum. Sidonius lib.* VII.
Inimicitias indictas honeſtè exercet, tardè cre-
dit, celeriter deponit. *Item inimicitiæ teſtatæ, quaſi quæ litterarum teſtimonio ſignatæ: Valerius libro* IIII. Acerrimè cum Scipione Africano Macedo-
nicus diſſenſerat, corúmque ab æmulatione vir-
tutis profecta contentio ad graues teſtatáſque
inimicitias progreſſa fuerat. *Nec aliud cenſeo, quam legimus, Inimicitias ex profeſſo. Huic aperto mori vtinam his moribus locus! Sed vt omnia vitia noſtro æuo, ſic fraus, ſimulatio, dolus ſuccreuit, & peſſimum amicitiæ venenum blanditiæ fallaces. Nouimus nos eiuſmodi ſtelliones, qui amicos quibus arrident mox arrodunt: & quibus nulla ſpes famæ eſt, niſi*

Denuntiare inimicitias.

Indicere inimicitias.

Teſtatæ inimicitiæ.

Ayuntamiento de Madrid

*niſi in labe famæ alienæ. Datum eſt nobis grande* exemplum præcauendi, quomodo fraudibus inuolutos aut flagitiis commaculatos: ſic ſpecie bonarum artium falſos, & amicitiæ fallaces, *vt verè dixit noſter vates.*

Muliebri fraude cecidiſſe. *Plancinam intellege: nec Liuiam omitte. quam certum mihi eſt huic ſceleri fuiſſe architectam.*

PAG. 125. Iurauere amici, dextram morientis contingentes. *Quæ ſedes fidei. Sed & apud Xenophontem Cyrus moriens hortatur amicos vt dextram ſuam contingant.* εἴ τις οὖν ὑμῶν, ἢ δεξιᾶς βούλεται τῆς ἐμῆς ἅψασθαι, ἢ ὄμμα τοὐμὸν ζῶντος ἔτι προσιδεῖν ἐθέλει, προσίτω. — Per dextram iurare.

Haud multum triginta annos egreſſum. *Obijt Germanicus anno* XXXIV. *vitæ accepta.*

PAG. 126. Prætuleríſtne veneficij ſigna. *Multi adfirmant. Plinius lib.* XI. Cor negatur cremari poſſe in iis qui cardiaco morbo obierunt, aut veneno interemptis. Certè exſtat oratio Vitellij qua reum Piſonem eius ſceleris coarguit, hoc vſus argumento: palámque teſtatus non potuiſſe ob venenum cor Germanici Cæſaris comburi.

PAG. 127. Quæ luctum amiſſæ ſororis tum primum læto cultu mutauit. *Quaſi in gratulatione, aut quaſi voti damnata. Vide Feſtum, in verbis Minuitur luctus. Sed quid vocat lætum cultum? veſtémne albam, poſita nigra? an aurum & ornamenta, quæ in luctu ponebant feminæ, eáque finito recipiebant? Non tam procliue id ſtatuere, propter veteres ſcriptores, qui hac in re ſententiis diuerſi. Dionyſius libro* VIII. *nigram veſtem feminis adtribuit.* — Quæ veſtis feminarum in luctu.
Γυναῖκες Ῥωμαίων, ὡς νόμος ἐστὶν αὐταῖς ἐπὶ τοῖς ἰδίοις καὶ ἀναγκαίοις ποιεῖν κήδεσιν, ἀποθέμεναι χρυσόν τε καὶ πορφύραν, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, μέλαιν- — Nigra, vt mu- u adierunt,



Ayuntamiento de Madrid

ἀμφιασμοῖς χρώμεναι τὸν ἐνιαυτὸν ἐπένθησαν χρόνον. *Apud Suidam incertus ſcriptor, de Marcij funere:* καὶ αἱ γυναῖκες ἀποθέμεναι χρυσὸν καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, καὶ μέλασιν ἀμφιασμοῖς χρησάμεναι, καὶ πενθήσασαι ἐνιαύσιον χρόνον. *Et Varro clare, lib. III De vita pop. Rom.* Vt dum ſupra terram eſſet, ricinis lugerent: funere ipſo, vt pullis pallis amictæ. *Ibidem.* Propinquæ anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demiſſo ſequerentur lectum. *Valerius lib. I. cap. I. de Cannenſi clade.* Itaque matres ac filiæ coniugéſque nuper interfectorum, abſterſis lacrymis, depoſitíſque doloris inſignibus, candidam induere veſtem & aris dare thura coactæ ſunt.

Alba, vt alij. *At alij ecce conſenſu, albam. Herodianus in funere Seueri:* αἱ γυναῖκες λιτὰς ἐσθῆτας λευκὰς ἀμφιεννύμεναι σχῆμα παρέχουσι λυπουμένων. *Statius in Lacrymis Etruſci:*

Huc vittata comam, niueóque inſignis amictu
Mitibus exſequiis ades,

*adſignat, vt vides, niueam veſtem quia mulier. Sed clariſſimè Plutarchus:* διὰ τί λευκὰ φοροῦσιν ἐν τοῖς πένθεσιν αἱ γυναῖκες ἱμάτια, καὶ λευκοὺς κεκρυφάλους; *& vide apud eum cauſſas. Quid ſtatuemus in diſ-*

In concordiam ſcriptores ij reducti.

*ſenſu tam aperto? pacem. quam facile conficio ex temporum ratione. Variatum ſcilicet hac in re apud Romanos fuit. Priſcis temporibus dum reſpub. vixit & libertas, nigræ veſtes etiam feminis in luctu. id docent ij ſcriptores, qui omnes conſentiunt in narratione moris qui illo æuo. At ſub Impp. rep. exſtincta, in vſum venerunt lugubrium, albæ. docent ij alterius claſſis teſtes, qui non id referunt niſi de temporibus ſecutis. Hoc niſi tenes, nunquam erit vt ſoluas eum nodum. Sed quæ cauſſa huius mutationis? Credo, diuitiæ & luxus. Matronis antiquis color albus & niger cognitiſſque ſoli, vel præcipui vſu. At poſt ſericam*

Cauſſa coloris mutati & parum certa.

*ricam tradúctam veſtem, & vulgatam Coam, poſt galbanam, cæruleam, amethyſtinam, & tot genera reperta colorum, rarus dignioribus feminis albi vſus. ſpretus inquam, (quod ex Poetis facilè diſces) contemptúſque color albus, adeò vt nota luctus fuerit ſuperbo ſexui, eum induiſſe. Hoc conſtanter cenſeo. mouet me leuiter Appuleij locus, lib. II. qui inferiori illo æuo,* matronam flebilem fuſca veſte contectam *deſcribit, non vt debuit, alba: nec tamen demouet, quia aut priſcum ritum in animo habuit, vt ſolet, Appuleius, aut aliud in prouinciis fuit, vbi id geſtum more Græciæ videlicet retento, apud quos feminæ in luctu nigræ.*

Remota eſt Appuleio obiectio.

PAG. 129. Caſtellum Ciliciæ, cui nomen Celenderis. *Nominat id Ioſephus, lib.* XVII. *collocatq́; in via qua Romam ibatur, ſed in eo ſcriptum reperies,* Celendris. *meminit & Ptolemæus.*

Celenderis.

PAG. 130. Tum Sentius occanere cornua tubáſque. *Occultè ſurreptum Salluſtio eſt,* Iuſſu Metelli cornicines occanuere.

Sumpto iuſtitio deſererentur fora. *Olim in tumultu aut calamitate à Dictatore Conſulibúſve indici iuſtitium ſolitum: nunc paſſim in funere principum virorum: Sic lib.* I. Qui fine Auguſti & initiis Tiberij auditis, ob iuſtitium aut gaudium intermiſerat ſolita munia. *De vi habitúque iuſtitij nihil melius poſſum Petro Fabro, eruditæ diligentiæ viro, quem conſule, lib.* II. *Semeſtrium, cap.* X.

Iuſtitium in funere.

Quanquam neque inſignibus lugentium abſtinebant. *Indicto enim iuſtitio, mutabant etiam veſtem. Lucanus.*

Mutatio veſtis in iuſtitio.

—— ferale per vrbem
Iuſtitium, latuit plebeio tectus amictu
Omnis honos, nullos comitata eſt purpura faſces.
*Iuuenalis.*



LIBROS DEL DR. ... MARCO

Ayuntamiento de Madrid

Pullati proceres, differt vadimonia Prætor. *Seneca epiſt.* XVIII. Nam quod fieri niſi in tumultu & triſti tempore ciuitatis non ſolebat, voluptatis cauſſa veſtem mutauimus.

PAG. 131. Vt nomen eius Saliari carmine caneretur. *Qui honos non niſi nominibus deorum. Hoc exemplo M. Antoninus Philoſophus, mortuo filio Vero,* iuſſit vt nomen eius Saliari carmini inſereretur. *ita malo apud Spartianum, quàm* inferretur.

Sedes in theatris.

Sedes curules ſacerdotum Auguſtalium locis, ſupérque eas querceæ coronæ ſtatuerentur. *Spectaculis Romam tranſductis, magno honori fuit publicus in iis locus, exempla multa. Eualuit paulatim adulatio, vt non ſolùm viuis, ſed etiam abſentibus mortuiſque daretur is locus, memoriæ conſeruandæ. Loci præbiti indicium, ſella eſſet. Primum veſtigiũ eius ritus odorari videor in Liuij verbis, lib.* II. *de Valerio Dictatore:* Dictator triumphans in vrbem inuehitur. ſuper ſolitos honores locus in Circo ipſi poſteriſque ad ſpectaculum datus: ſella in eo loco curulis poſita. *Cæſari habitus deinde idem honos, vt clarè Dio, lib.* XLIV. ἐψηφίσαντο τόν τε δίφρον αὐτοῦ τὸν ἐπίχρυσον εἰς τὰ θέατρα καὶ τὸν στέφανον τὸν διάλιθον καὶ διάχρυσον ἐσάγεσθαι. *Mox M. Marcello defuncto, de quo verba eiuſdem ſcriptoris, lib.* LIII. Μαρκέλλῳ δὲ καὶ εἰκόνα χρυσῆν, καὶ στέφανον χρυσοῦν, δίφρον τε ἀρχικὸν ἔς τε τὸ θέατρον ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων πανηγύρει ἐσφέρεσθαι, καὶ ἐς τὸ μέσον τῶν ἀρχόντων τῶν τελούντων αὐτὰ τίθεσθαι ἐκέλευσε. *id eſt.* Marcelli & imaginem auream, & coronam auream & ſedem curulem Romanis ludis in theatrum inferri iuſſit, mediáque illa poni inter ſedes Editorum. *Sed & Seuerus Pertinaci non vnam ſellam, ſed tris in theatro poſuit: vti apud*

Quando inualuerit is mos.

Xiphi

*Xiphilinum ſcribitur his verbis*, καὶ χρυσῆν εἰκόνα αὐτοῦ ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντων ἐς τὸν ἱππόδρομον ἐσάγεσθαι, καὶ ἐς τὰ λοιπὰ ἐκεῖνα θέατρα θρόνους τε τρεῖς καταχρύσους αὐτῷ ἐσκομίζεσθαι. *Lego etiam ſedes aureas in theatrum illatas Tiberio & Seiano abſentibus, & miror interpretem id vertiſſe, currus, apud Dionem, lib.* LVIII. δίφρους τε ἐπιχρύσους ἐς τὰ θέατρα ἀμφοῖν ἐσέφερον. *Germanico igitur decretæ eiuſmodi curules ſedes per trina, vt opinor, theatra inter ſacerdotum Auguſtalium ſedes: & corona in iis è quercu, ob ciues ſcilicet ſeruatos. Hunc ritum non alibi adhuc viderim explicatum.* Xylandri in Dione lapſus.

Cùm cenſeretur clypeus auro & magnitudine inſignis inter auctores eloquentiæ. *Veteris inuenti fuit imagines illuſtrium virorum publicè in templo, curiáque deponi & quaſi dedicari. Sic Africani imago in Capitolio, Catonis Cenſorij in Curia collocata. Valerius Maximus, lib.* VIII. *cap.* XV. Africanus imaginem in cella Iouis opt. max. poſitam habet: quæ quotieſcunque funus aliquot Corneliæ genti celebrandum eſt, inde petitur: vnique illi inſtar atrij, Capitolium eſt. Tam herclè quam ſuperiori Catoni, Curia. vnde effigies illius ad eiuſdem generis officia expromitur. Gratum ordinem, qui vtiliſſimum reip. Senatorem tantum nonſemper ſecum habitare voluerit. *Sed cumulatius id fecit, vt apparet Auguſtus, qui primarias imagines in Curia collocauit, ſuo quaſque loco diſtinctas, ſiue quis belli, ſiue pacis artibus claruiſſet. Ita ſupra legimus.* Hortenſij imaginem poſitam inter Oratores: *idémque honos nunc Germanico petitus. Sed clypei nomine Tacitus cur vſus: quia imagines illas, vt cenſeo, inſtar militaris clypei rotundas;*

Imagines illuſtrium in templis, curiaque.

Auguſti inſtitutum.

Clypeus, pro imagine.



Ayuntamiento de Madrid

*ex ære, auro, argento. Plinius*, Scutis, qualibus ad Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines, vnde & nomen habuêre clypeorum, non vt peruerſa Grammaticorũ ſubtilitas voluit à Cluendo. *Scuta autem apud Homerũ, forma orbis. Liuius lib.* XXV. *in cetera præda Haſdrubalis clypeum argenteum repertũ ait, cum imagine ipſius. Suetonius Domitiano*: Senatus adeò lætatus eſt, vt repleta certatim curia, ſcalas etiam inferri, clupeoſque & imagines eius coram detrahi, & ibidem ſolo affligi iuberet. *Capitolinus in Antonino*: Ceteris honoribus refutatis, clypeum Hadriano magnificentiſſimum poſuit, ſacerdotes inſtituit. *Trebellius in Claudio*: Illi clypeus aureus, vel vt Grammatici loquuntur, clupeum aureum Senatus totius iudicio in curia collocatum eſt, vt etiam nunc videtur. *Quod ait Grammaticos malle, clupeum, verum eſt. & puto in Capro legiſſe*, Clupeum, imago: Clipeus, *ἀσπίς. Sed & Liuius Grammaticis paret, lib.* XL. Ab his columnis, quæ incommodè poſita videbantur ſigna amouit: Clypeáque de columnis & ſigna militaria affixa demſit. *In monumento priſco.* HVIC. DECVRIONES. FVNVS. PVBLICVM. STATVAM. EQVESTREM. CLYPEVM. ARGENTEVM. LOCVM. SEPVLTVRAE. DECREVERVNT. *Nec verò publicè ſolum hos clypeos, ſed & priuatim ſibi quiſque ponebat. Plinius*, Suorum verò Clypeos in ſacro vel publico priuatim dicare primus inſtituit Ap. Claudius qui Conſul cum Seruilio fuit, anno vrbis CCLIX. *& quæ ſequuntur. reperioq; exemplum clypei priuati, in lapide veteri:*

NESTORI
AVG. NEPETE
HIC. LVDOS. FECIT

Margin notes:
ἀπὸ τοῦ γλύφειν quia ſculpta.

Grammaticorum acumen, à Liuio non ſpretum.

Clypei priuatim dicati

B T.

ET. DEDICATIONE
STATVAE PATRONI
QVAM. IPSE. POSVIT
ET. CLVPEI. SVI. ITERVM
MVNICIPIBVS. NEPESINIS
EPVLVM. DEDIT.

PAG. 132. Vbi turmæ Idibus Iuliis imaginem eius ſequerentur. *Ita accipio, vt in ſolemni illa Tranſuectione equitum Germanici imago pro vexillo eſſet, quod ſequerentur, lib.* VI. Quorum imagines pro vexillis ſecuti eſſent, duces Imperatoreſque diligerent. *Aliud autem Tranſuectio equitum: aliud Recognitio ſiue Cenſio, ſiue Probatio, & caue ea confundas. Tranſuectio à Q. Fabio Rulliano inſtituta, vt Liuius, lib.* IX. *Valerius* I. *auctores ſunt. eiúſque formam & quaſi pompam graphicè depinxit Dionyſius, lib.* VI. *Idibus Quinctilibus ſiue Iuliis fieri ſolitam. Dionyſius idem dixit, quia victoria ad lacum Regillum incidit, in eum diem. Sed* & Caſtorum ædes, Idibus Quinctilibus dedicata, *ait Liuius, lib.* II. *quorum honori præcipuè Tranſuectio inſtituta. At Recognitio equitum, olim à Cenſoribus ſingulis luſtris, poſteà ab Imperatoribus paſſim facta tempore non certo. idque non aliud fuit, quam cenſura quædam in equites equóſque publicos, & quaſi examen. Suetonius in Auguſto:* Equitum turmas frequenter recognouit. *In Caligula:* Equites Romanos ſeuerè curioſéque, nec ſine moderatione recognouit, palam adempto equo, quibus aut probri aliquid aut ignominiæ ineſſet. eorum qui minore culpa tenerentur, nominibus modò in recitatione præteritis. *In Claudio:* Recognitione equitum, iuuenem probri plenum, ſed quem pater probatiſſimum ſibi adfirmabat, ſine ignominia dimiſit, habere dicens cenſorem ſuum. *Vide Plu-*

Equitum tranſuectio.

Recognitio equitum.



Ayuntamiento de Madrid

*tarchum in Pompeio: Feſtum, Cenſio: Agellium, lib.* IIII. & VII. *ſed ante omnes, Iacobum Reuardum Variorum, lib.* II. *cap.* XV. *Belgarum iuriſq; magnam ſpem. cuius immaturæ mortis inuidiam ne nunc quidem ſuſtinent fata.*

Reuardi laus.

Liuia nupta Druſo, duos virilis ſexus ſimul enixa eſt. *Diſce ergo hinc, quod nõdum alij Tiberium illum Druſi F. Tiberij N. quem Caius ſuſtulit: ſuperfuiſſe ex his geminis: & ideò Gemellum cognominatum. Et ſanè num ſmata quædam huius Druſi ærea exſtare aiunt, in quibus expreſſa gemellorum capita ſurgentia è copia cornu.*

Gemini Druſo filij.

Eodem anno grauibus Senatus decretis libido feminarum coërcita. *Quorum decretorum particula hæc apud Tertullianum. De pallio:* Habes ſpectare quod Cæcina Seuerus grauiter Senatui impreſſit, matrona ſine ſtola in publico. denique Lentuli Auguris conſultis, quæ ita ſeſe exauctoraſſet, pro ſtupro erat pœna: quoniam quidem indices cuſtodéſque dignitatis habitus, vt lenocinij factitandi impedimenta, ſedulò quædam deſueſecerant.

Veſtilia licentiam ſtupri apud Ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui ſatis pœnarum aduerſum impudicas in ipſa profeſſione flagitij credebant. *Minus expreſſa apud alios veſtigia huius moris: quæ hic in Tacito clara. Apparet autem in ſtupra matronarum ordinis primi aut ſecundi, grauiter ſemper animaduerſum, ad ſeruandum publicum decus: non tam grauiter in libertinarum aut è plebe quibus hæc militia Venerea, moribus tantum non permiſſa: quod vel ex Horatio, Ouidio aliiſque liquere poteſt. Sed & illud paret cuiuis feminæ licitum fuiſſe vulgare corpus, modò apud*

Stupra quo modo olim vindicata.

Permiſſa propemodum libertinis.

*Ædiles*

Ayuntamiento de Madrid

*Etiam matronis, ſi profeſſæ. Quæ habitũ matronalem deponebant.*

*Ædiles id profiterentur. Cui profeßioni conſequens, vt iure cederet & dignitate matronali, etiam, vt opinor, ornamentis, cenſereturque inter togatas. Quod facile adſtruo ex Suetonij verbis in Tiberio, cap.* XXXV. Feminæ famoſæ, vt ad euitandas legum pœnas iure ac dignitate mátronali exſoluerentur, lenocinium profiteri cœperant: quas, ne quod refugium in tali fraude cuiquam eſſet, exſilio effecit. *Vt ergo ibi lenocinium profitebantur, ad amittendum ius matronarum: ſic hic ſtuprum, eâdem fine. Quæ tamen profeßio irrita facta poſteà ex noua lege: eleganterque ad hanc rem Papinianus, lib.* x. *De adult.* Mulier quæ euitandæ pœnæ adulterij gratia lenocinium fecit, aut operas ſuas ſcenæ locauit, adulterij accuſari damnaríque Senatuſconſulto poteſt. *Sed apud Ædiles cur ea profeßio? non apud Cenſores, aliéſve? quia comperior ab antiquo Ædilibus curam fuiſſe fornicum, popinarum, locorum eorum in quibus, Honos non colitur aut Virtus: itémque perſonarum, quæ ſæpius in ijs locis, quàm in templo Mariano. Ideò Seneca, vt ſolet, eleganter:* Inuenies voluptatem circa balnea & ſudatoria, ac loca Aedilem metuentia. *id eſt, fornices & popinas. Et illuc alludens Iuſtinus ſcribit, Dionyſium* apud Aediles aduerſus lenones iurgari *ſolitum, lib.* XXI. *Itaque Ædilibus curæ noſſe publica ſcorta, habere ea in tabulis, vt ſic dicã, & albo: & ſi quam vulgantem ſe, extra eum numerum nacti, multabant. Liuius lib.* x. Eo anno Q. Fabius Gurges Conſulis Filius (*is autẽ tunc Ædilis*) aliquot matronas ad populũ ſtupri damnatas pecunia multauit. *Nec pecunia ſolùm, ſed & exſilio. Idẽ lib.* XXV.

*Profeſsio apud Aediles*

Vilius Tapullus & M. Fundanius Aediles plebei aliquot matronas apud populũ probri accuſarũt: quaſdam

quaſdam ex eis damnatas in exilium egerunt. *Deducebántque iidem in iudicium etiam hoc crimine viros, vt in Liuio lib.* VIII *Data à M. Flauio viſceratio. erant qui per ſpeciem honorandæ parentis meritam mercedem populo ſolutam interpretarentur, quòd eum die dicta ab Aedilibus crimine ſtupratæ matrisfamilias abſoluiſſet.* Pertinere ad hanc rem Laberij verſum puto, vt ego eum reſtituo apud Agellium lib. XVI *Cocionem peruulgatè dicit, quem veteres Arilatorem dixerunt. Verba Laberij hæc ſunt. Duas vxores, hoc herclè plus negotij eſt, inquit Cocio ſex ædiles viderat.* Scribo. *Duas vxores? hoc herclè plus negotij eſt, inquit Cocio: ſed Aediles viderint.* Non alia Laberij ſcriptio aut mens. *Duáſne vxores ille habet? inquit. herclè ſatis negotioſum negotium homini, vt ait Cocio. verùm id Aediles viderint, quorum hæc cura.* Dixi eiuſmodi infames feminas ceſſiſſe dignitate matronali, etiam ornamentis. De dignitate, liquet ex Suetonio: de ornamentis ex Tertulliano, De cultu: *Quid minus habent infelicisſimæ illæ publicarum libidinum victimæ! quas ſiquæ leges à matronis & matronalibus decoramentis coercebant, iam certè ſæculi improbitas honeſtisſimis quibuſque feminis vſque ad errorem dinoſcendi coæquauit.* Cenſeo autem poſuiſſe eas inſtitam, ſtolam, vittas. Imò ſumpſiſſe meretriciam togam. Inducor à Iuuenali,

——— *Carſinia talem*

*Non ſumet damnata togam.*

qui de matrona aliqua ſtupri damnata ſentire videtur, cui ex more ſumenda toga. De ea ſatis dictum aliis, & præſertim M. Antonio Mureto: cuius doctrina, iudicium, facundia, ſemper mihi magna. Vnum addo,

ma

Aediles accuſabant ad populum.

Laberij reſtitutio.

Prouerbiali forma eſt. Hoc plus negotij eſt, inquit Cocio. Et Cociones ſæpe in vulgi dicto veniebant: vt Plauti illud. Vetus eſt, Nihil cocione. Vide eûdem Tertul. Apol. cap. VI.

Inſtitas etiã poſuerunt, vtique poſt Domitiani edictum. de quo alibi.

Adulteræ ſumere togas ſuo habitu.

Ayuntamiento de Madrid

*manaſſe videri morem eum ab Athenienſibus : apud quos ſcorta pariter veſte à matronis diſtincta. idque ex lege. Suidas.* νόμος Ἀθήνησι, τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν.

Idem Artemidorus notat lib. 2. c. 3.

Exacta & à Titidio Labeone. *Vertranius*, exactum, *cui abſentia.*

Illo prætendente L X. dies ad conſultandum datos necdum præteriiſſe. *Dies ſexaginta dati lege Iulia, à die diuortij, marito ad accuſandum. Clarum ex l.* X I. X I I I I. X V. *Ad legem Iuliam de adulteriis. quas vide.*

Actum & de ſacris Aegyptiis Iudaicisque pellendis. *Non tunc primum. Nam & Agrippa Præfectus vrbi ab Auguſto, ſacra Aegyptia repreſſit : edicto, nequis ea intra quingentos ab vrbe paſſus exerceret. Id accidit anno* D C C X X X I V. *vt habes apud Dionem* L I I I I. *Sed de hoc Tiberiano edicto capiendus Seneca, epiſt.* C I X. His inſtinctus abſtinere animalibus cœpi:& anno peracto, non tantum facilis mihi erat conſuetudo, ſed dulcis. Quæris quomodo deſierim? In Tiberij Cæſaris principatum iuuentæ tempus inciderat, alienigena tum ſacra mouebantur : & inter argumenta ſuperſtitionis ponebatur animalium quorundam abſtinentia. *Apparétque eum intelligere etiam Iudaica ſacra, qui abſtinuerunt animalibus quibuſdam, vt ſue. Quamquam & Romani poſteà diebus religioſis abſtinere carne cœperint, Aegyptio ritu. Spartianus in Iuliano:* Sæpe autem, nulla exiſtente religione, oleribus leguminibuſque contentus, ſine carne cœnauit.

Sacra externa repreſſa.

Carne abſtinebant certis diebus Aegyptij & Rom.

Quattuor millia libertini generis in inſulam Sardiniam : veherentur. *Ioſephus lib.* X V I I I. *id deplorat, & oſtendit in eo numero ſolos, Iudæos fuiſſe cui ſubſcribit Suetonius*: Iudæorum iuuentutem,

Iudæi in Sardiniã pulſi.

per

per ſpeciem ſacramenti, in prouincias grauioris cæli diſtribuit. *Huic calamitati occaſionem cauſſamq. præbuiſſe ſtupra quædam & fraudes tectas nomine religionis non iniucundè Ioſephus idem deſcribit, in hiſtoria Paullinæ & Mundi. quam, ſi animus fert, vide lib.* XVIII. *cap.* VII.

Quæ ſeptem & quinquaginta per annos Veſtalibus ſacris præſederat. *At lex definiebat miniſterio virginum tantum annos triginta. ſpontanea igitur mentio illa Occiæ.*

PAG. 133. Quòd mater eius in eodem coniugio manebat. *Id eſt, vniuira eſſet: cuius rei honos. Tertullianus:* Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore eſt: vt & virginibus nubentibus vniuira pronuba adhibeatur, & ſic auſpicij initium eſt. Item in quibuſdam ſollennibus & auſpiciis, vt prior ſit vniuiræ locus. Certè Flaminia non niſi vniuira eſt.

Honos monogamiæ.

Statuit frumento pretium. *De modo pretiòque annonæ, infrà lib.* XV.

Cæſar poſt habitam decies ſeſtertii dote ſolatus eſt. *Numerus hic in dote, quod obſeruauimus, quaſi legitimus & ſollennis. notátque diſertè Iuuenalis,*

Decies H-S. ſemper fere in dote.

——— & ritu decies centena dabuntur
Antiquo.

*Et Seneca.* Beatioréſne iſtos putas, quorum Pantomimæ decies ſeſtertio nubunt, quàm Scipionem, cuius liberi à Senatu in dotem æs graue acceperunt? *Et Martialis non vno loco.*

Acerbè increpuit eos qui ipſum Dominum dixerant. *Rectiſſimè. ſi facta tantum ſuppetiſſent dicta. Nam Domini vox propriè, non niſi in ſeruos. Tamen reperio Auguſti æuo & infrà, à liberis patres appellatos Dominos: & à fratribus blandientibus fratres.*

Domini vox variè vſurpata.
Aduerſum patrem.

tres.

*tres. Quod tamen Auguſtus in ſua domo vetuit. Suetonius:* Dominum appellari ſenec à liberis quidem aut nepotibus ſuis vel ſerio vel ioco paſſus eſt: atque huiuſmodi blanditias etiam inter ipſos prohibuit. *Tangit ecce vtrumque morem, & vellem id interpretes monuiſſent. Quòd patres, domini: etiam ex Diadumeni Cæſaris epiſtola cognoſco, ad matrem:* Dominus noſter & Auguſtus nec te amat, nec ipſum ſe, qui inimicos ſuos ſeruat. *Et claré ex illo Martialis:* Lāpridius in eius vita.

E ſeruo ſcis te genitum, blandéque fateris,
Cùm dominum appellas Soſibiane patrem.

*Quòd fratres ſic dicti: locus elegans Senecæ, epiſt.* CV. Illud mihi in ore erat domini mei Gallionis, qui cùm in Achaia febrim habere cœpiſſet, confeſtim nauim conſcendit, clamitans non corporis eſſe, ſed loci morbum. *nam loquitur de fratre Iunio Gallione. Itémque coniuges inter ſe eo nomine vſi. Virgilius.* Aduerſum fratres. Aduerſum coniuges.

——— dominum Aenean in regna recepi.

*Sueton. Claudio,* Occiſa Meſſalina, paullò poſtquam in triclinio decubuit, cur domina non veniret requiſiuit. *Virgil.*

——— dominam Ditis thalamo deducere adorti,

*Epictetus:* αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται. *Vti & aduerſum amicas, paßim in poetis. Sed & obuios vulgò, Dominos vocabant. Idem Seneca:* Quomodo obuios ſi nomen non ſuccurrit, dominos ſalutamus. *Luſit eleganter in eo more poeta Græcus in Anthologia:* Aduerſum obuios.

Ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, δόμινε φράτερ, εὐθὺς ἔγραψεν.
Ἢν δ' αὖ μή τι λάβῃ, τὸ φράτερ εἶπε μόνον.
Ὤνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα· αὐτὰρ ἔγωγε
Οὐκ ἐθέλω δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

Repe

Reperio apud ſcriptores Senatoréſque eorun-
dem temporum. *Non diſpliceat,* Senioreſque.
*primum quia ſæpe aduocat noſter teſtes eius æui, qui*
*fuiſſent in re præſenti. vt lib.* III. Memini audire
me ex ſenioribus, viſum inter manus Piſonis li-
bellum. *& lib.* XI. Verùm audita ſcriptáque ſe-
nioribus tradam. *Deinde quia peccatum & aliàs*
*in ea voce, vt lib.* XIII. Sed impetum eius, multum
prius laudata magnitudine animi, attinuere Se-
natores, diſſolutionem imperij docendo, *&c. v-*
*bi certè ſcribo,* ſeniores. *vt dicam in loco.* *Poſſit ta-*
*men aliquis defendere hîc Senatores: quia res quaſi*
*arcanò acta in Senatu. Sed viderit lector. à priori*
*ſententia nobiliſsimus Ianus Duza noſter eſt,*
*de quo plura dicere iubet & prohibet*
*me amor. Tollam manum, & in*
*tam boni nominis memo-*
*ria paulliſper con-*
*quieſcam.*

Correctus Tacitus.

I. LIPSI

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM III.
## ANNALIVM
### COMMENTARIVS.

PAG. 135. Verſi faſces, in luctu.

INCOMTA ſigna, verſi faſces. *De ornatu ſignorum dixi in lib.* I. *De verſis faſcibus, res ſic habet. In dolore quia omnia fieri præter morem amant; etiam lictores faſces præferebant inuerſos. Pedo in Elegia ad Liuiam.*

Quos primùm vidi faſces, in funere vidi;
 Et vidi verſos, indiciúmque mali.

*Statius Thebaidos* VI.

——— verſis ducunt inſignibus ipſi
Graiugenæ reges.

Scuta item & arma.

*Nec faſces ſolùm ſuos lictores, ſed milites inuertebant etiam ſcuta & arma. Virgilius:*

——— & verſis Arcades armis.

*manétque in militia noſtra hodie veſtigia eius ritus.*

Tráſfugæ pariter verſione ſcuta & ſcuta.

*Adde, quod non indignum monitu, verſionem hanc armorum, non luctus ſolùm notam fuiſſe, ſed etiam transfugij & defectionis. Ammianus lib.* XXVI. Eumque ſecuti complures iam gladios quatientes & pila ad Imperatorem tranſeunt, cum vexillis ſcuta peruerſa geſtantes: quod defectionis ſignum eſt apertiſsimum.

Trabea lætitiæ, non luctus.

Atrata plebes, trabeati equites. *Trabea quid ad luctum? nihil. imò contrà vtebantur ea in diebus*



Ayuntamiento de Madrid

*ſolemnibus lætitijs, vt equitum Tranſuectione, quod Dionyſius notat. Sed & Domitiano decretum per honorem, vt quotiens conſulatum gereret,* equites Romani quibus ſors obtigiſſet, trabeati, & cum haſtis militaribus præcederent eum, inter lictores apparitoreſque. *Denique nuſquam trabea in luctu: equiteſque Romæ toga pulla vſi in funere, vt reliqui ciues. Credo igitur veſtem hanc trabibus purpureis intertextam (id enim trabea) ſumptam hic, non doloris indicium, ſed ordinis. ad diſcriminandum, inquam, in colonijs equitem a plebe, & ſplendorem funeris conciliandum, trabeæ ſumptæ. Illæ enim propriæ equitum: (nam Grammaticorum inuenta hic non moror, qui faciunt etiam regum, ducum, augurum) & ideo* Tra*beata agmina, ipſi equites Statio, in Epulo Domitiani:*

Ordinem diſtinguit ſaltem.

Trabeæ equitũ propriæ.

Hic tum Romuleos proceres, trabeatáque Cæſar
Agmina, mille ſimul iuſſit diſcumbere menſis.

*& in V. Siluarum ad Criſpinum: quem locum fuſius adſcribam, quia mei eget.*

——— non te ſeries inhonora parentum,
Obſcurum proauis, & priſcæ lucis egentem
Plebeia de ſtirpe tulit. non ſanguine cretus
Turmali trabeque ac remis. & paupere clauo
Auguſtam ſedem & Latij penetrale Senatus
Aduena pulſaſti: ſed præcedente tuorum
Agmine

Statij locus emaculatus.

*Verè enim emendo,* non ſanguine cretus Turmali, trabeaque Remi, nec paupere clauo. *id eſt, non tu ex plebe ſatus, imò nec ex ordine equeſtri. quem deinde deſcribit tribus notis, luxuria non indecora ingenij. vt ſolet in illo poeta. Turmalem ſanguinem vocat, quia propriæ equitum Turmæ:* Trabeam *Remi, quia*

Iſque explicatus.

ij tra

ij tribeati, exemplo regum: Pauperem clauum, id eſt anguſtum & artum, qui ordinū equeſtris.

PAG. 136. Matrem Antoniam. *Hæc illa eſt Antonia Druſi, quam Plinius ait numquam ſpuiſſe illa, quam Valerius mirè laudat à continentia & amore in coniugem, lib. IV. cap. III.* Antonia Germanici mater.

Conlucentes per campum Martis faces. *Dixit admorem priſcum quo ij qui funus preſequebantur, cereos manibus geſtabant, candelas, funalia, faces. Donatus id obtinuiſſe eo cenſet, quia noctu olim cadauera ſolita efferri. Mos quidem adeò tritus, vt Iſidorus,* Funus dictum à funibus accenſis, *velit,* quos ante feretrum papyris circumdatis ferebant. *Ambroſius De viduitate:* Vel cum accenſis funalibus mox ducitur, nónne pompæ funebris exſequias magis, putat, quàm thalamum præparari? *Adudit Ambroſius illuc, quo ſæpe poetæ: vt* Faces & cerei in funeribus. Funeris etymos.

Viximus inſignes inter vtramque facem.

*Quod Iſidorus ait funes papyro circumdatos non à ſe habet, ſed à priſco ſcriptore, nec errat. Plinium ita capio lib. XVI. cap. XXXVIII.* Nec in fruticum nec in veprium genere ſcirpi fragiles paluſtréſque: è quibus detracto cortice candelæ luminibus & funeribus ſeruiunt. *Cortex ille, non aliud quam ſimilitudo Aegyptiæ papyri: quem vtebantur fortaſſe homines tenuiores. Faces autem, candeláſque in funeribus plerumque adultorum reperias: in puerorum id eſt acerbis immaturiſque, cereos ferè. Vt appareat, quod interpres vetus Perſij monuit, pueros ad cereos ſolitos efferri, ſic bus tamen immixtis. Seneca aliquot loca ſunt, quæ id peruincant. vt epiſt. 123.* Iſti mihi verò defunctorum loco ſunt quantulū enim à funere abſunt, & quidem acerbo, qui ad faces & cereos viuūt? *De tranquillitate vitæ, cap. XI.* Torrens Iſidorus Pliniúſque explicati. Diſcrimē inter adulta immaturáque funera. Pueri ad cereos elati.



Ayuntamiento de Madrid

in vicina mea conclamatum eſt, totiens præter limen immaturas exſequias fax cereuſque præceſsit. *De breuitate vitæ, cap. vlt.* Quidam verò diſponunt etiam illa quæ vltra vitam ſunt, moles magnas ſepulcrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera, & ambitioſas exſequias. At mehercule illorum funera, tanquam minimum vixerint, ad faces & cereos dedu-

Correctus Seneca. cenda ſunt. *vbi ſcribi ſententia vult,* tanquam minimum. *Pertinet ad funebres faces etiam Suetonij locus, Aug. cap.* XCVIII. Maſgabæ tumulum cum ex triclinio animaduertiſſet magna turba multiſque luminibus celebrari, *&c. qui tamen ad parentationem annuam ſpectat, non ad funeris deductionem.*

Inſignia magiſtratus in luctu poſita. Sine inſignibus magiſtratus. *id eſt, ſine toga prætexta, ſine annulo, ſine lato clauo. Quæ omnia accuratè mihi dicta in ſcripto. De funeribus ſingulari. quod lucem viderit, ſi luce fruar ego. Loquor enim non eorum ritu, quibus pulchrum eſt, quod neque fuit vnquam neque futurum eſt, dare: qui ab hoc fuco gloriolam inter pueros partam, vnicam habent Helenam pro qua pugnent. Miſelli! quia nunquam in ſomnijs calcabunt iter Æternitatis & veræ famæ.*

PAG. 137. Ticinum vſque progreſſum. *Vide quædam non vulgata apud Valerium Maximum, lib.* V. *cap.* V.

Circumfuſæ lecto Claudiorum Iuliorumque

Druſus non inter Iulios. imagines. *Druſus hic in Iuliam familiam ne adoptione quidem venit. vnde ergo in pompa funebri imagines illi gentis Iuliæ? niſi forte quia mater deducta in domum Auguſti. Hæc & talia de ſummo pectore dici poſſunt: at mihi nondum euiluit coniectura*

Tacitus ergo correctus. *mea.* Liuiorum. *Cauſſa duplici. primùm, non præpoſuiſſet Claudios Iulijs Tacitus id neſus. deinde cùm à*

*patre*

*patre lata imagines, cur omiſſa à matre? quæ præfert tam antiqua, & multa?*

Non fratrem niſi vnius diei via. *Scribe, fratres. niſi ſui & hiſtoriæ oblitus Tacitus. Duo enim Germanico ſuperſtites fratres Claudius natura, adoptione Druſus ſemperq; eo nomine etiam hunc noſter inſignit. Scripſit autem ſuprà, Druſum & Claudium Tarracinam vſque progreſſos.* Correctus Tac. Germanici duo fratres.

Vtq; premeret vulgi ſermones, monuit edicto. *Ita moris ætate illa, vt Princeps populum peccantem aut exorbitantem alloqueretur per libellum, coercerétque. Eò reſpicit metaphora ſcita Senecæ, epiſt.* XCV. præcepta ſapientiæ, quæ affectus noſtros velut edicto coercent & obligant. *& caue quidquam ibi mutes.* Edicta Principum. Seneca explicatus.

Non enim eadem decora principibus viris, & Imperatori populóque. *Si attendas fateberis legendum*, & imperatori populo. *vincla remoue. Quod ait, principes viros, ad ſe refert Tiberius: quod imperatorem populum, ad Romanos rerum dominos.*

PAG. 138. Et quia ludorum Megalenſium ſpectaculum ſuberat. *Vides ergo multum temporis interceſſiſſe à die mortis Germanici, ad funus. Nam mortuus ipſe extremo Nouembri. quod facilè colligo ex Suetonij verbis ſcribentis:* Et vt fato functum palam factum eſt, non ſolatiis vllis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit: durauitque etiam per feſtos Decembris menſis dies. *id eſt, per Saturnalia, quæ medio Decembri. At Megalenſium ſpectaculum, de quo nunc, incidit in Nonas Apriles, per quas,* LVDI. MARTI. MAG. *vt in Kalendario notatum.* Dies mortis Germanici. Megalenſia quando.

PAG. 139. Præſcripta & à Tiberio. *Melius* præſcripta ei.

Ornatus ædium.

Fuit inter inritamenta inuidiæ domus foro imminens, feſto ornatu. *Ob lætitiam domini redeuntis. Ornatum feſtum, intellegit laurum & lucernas. Iuuenalis,*

Ornentur poſtes,& grandi ianua lauro.

Lucernæ accenſæ. Arriani inſignis ad eum ritum locus.

*De lucernis vide quæ notaui in Electis, c.* III. *& adde egregiũ Arriani locum in Sermonibus Epicteti, lib.* I. *cap.* XIX. ἤνυσταί τις δημαρχίας, πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται, ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τράχηλον, οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. ἔρχεται εἰς οἶκον, εὑρίσκει λύχνους ἁπτομένους· ἀναβαίνει εἰς τὸ καπιτώλιον, θύει. *Id eſt,* Tribunatum aliquis adeptus eſt omnes obuij gratulantur,alius oculos,alius collũ,oſculatur,ſerui manus Domũ venit, inuenit collucẽtes lucernas.in Capitolium adſcendit,ſacrificat. *Idem lib.* II. τέκνον, ἂν σβέσῃς, ἅψω λύχνους· ταῦτ' ἐστὶ τὰ τοῦ φιλοστόργου· μέγα σοι ἀγαθὸν ἔσται σωθέντι, τοσούτῳ καὶ λύχνον ἅπτειν ἄξιον. *Nec lucernas ſolum in diebus eiuſmodi feſtis,*

Funalia & cerei accẽſi. Panegyricus ſæpius emendatus.

*ſed etiam funalia cereóſque accendebant. Panegyriſtes Laudatione Theodoſii:* Quid portas virentibus ſertis coronatas? quid aulæis tardantes plateas, accenſiſque funalibus auctum diem referam? *ubi ex optimo libro lego,*aulæis vndantes plateas.

Ambigua Taciti lectio.

P A G. 140. Fulcinium *Quid? Fulcinium Trionem patronum petit Piſo? Atqui is accuſationem eius petiit,obtinuitque. & mox etiam exſequitur, Ambigo de lectione,niſi alius aliquis Fulcinius ab iſto.*

Marcellum *Eprium nomine: cuius celebre ingenium in foro.*

Sex. Pompeius. Valerij Maximi amic⁹.

Sex. Pompeium. *Et ille, qui ſupra cum Appuleio conſul, quem Valerius Maximus amicum patronũque ſuum nimis plena manu laudat lib.* IIII. *cap.* VII. *Vocat clariſſimum ac diſertiſſimum virum, & addit,*

Ayuntamiento de Madrid

*addit.* A quo omnium incrementa commodorum vltro oblata cepi: per quem tutior aduerſus caſus ſteti: qui ſtudia noſtra ductu & auſpiciis ſuis lucidiora & alacriora reddidit. *& facis, facundè dicta, quæ ſequuntur. Et lib. II. cap. I adſignificat proconſulem eum Aſiæ fuiſſe, comite ſc. vocat ibi,* virum vt omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus inſtructiſſimum: *addítque,* facundiſſimum ſermonem ore eius, quaſi è beato quodam eloquentiæ fonte manaſſe. *Nec diſſentit* * *Ouidius, qui vitam illi ſuam fortunáſque non vno loco refert acceptas. Vt appareat hunc Sextum amicum vnicè fuiſſe Muſis ſtudiiſque: & ideò a nobis fugitiuam memoriam eius non fruſtrà retractam.* Pompeius hic proconſul Aſiæ. *Vt lib. IIII. De Ponto, elig. I. & IIII. & V. quas vide.

Patris ſui legatum. *In Hiſpania vt, apparet ex ſequentibus.*

PAG. 142. In conuiuio Germanici cùm ſuper eum Piſo diſcumberet. *Interior ergo diſcubuit Germanicus, vt digniſſimus. de quo ordine ſedendi non omnia mihi dicta in Conuiuio: dicam alibi, plenè & apertis tibiis.* Interior ſocius dignissimus.

PAG. 143. Scripſiſſent expoſtulantes, quod haud minus &c. *Alieno loco hæc inſerta. Meis ſententia procliuè reddi videtur, ſi iu annotis legas:* Senatus, nunquã ſatis credito ſine fraude Germanicũ interiiſſe ſimul populãte Curiã voces audiebãtur, *Quò tamẽ illæ quæ ſuperat remittẽda ſint nõ liquet.* In ordinem redacta verba Taciti.

Effigiéſque Piſonis traxerant in Gemonias ac diuellebant. *Id ſolet in damnatis. Iuuenalis,* Damnatorũ Imagines ita ſtæ.

—deſcendunt ſtatuæ reſtemque ſequuntur.

*Sed autlectio verborum Taciti non recta, aut ordo. Diuellere enim ſtatuas prius fuit, quàm trahere, niſi tamen diuulſionem illam intellegis, fractúrámque, quæ in Gemoniis ipſis facta. Poſſis legere,* ac diuelle- Tacit. leuiter correct.



Ayuntamiento de Madrid

rant *ſine noxa.*

Cuſtos ſalutis, an mortis exactor ſequeretur. *Exactor, qui præpoſitus ad exigendum perficiendúmque, & quaſi cuſtos. Liuius lib. II. De Bruto filios plectente:* Et qui ſpectator erat amouendus, eum ipſum fortuna exactorem ſupplicii dedit. *Plinius lib. IX. epiſtola ad Priſcum:* Ac deinde ex meis aliquos operis exactores cuſtodes fructibus ponam. *Romæ marmor epitaphium,*

Exactor, quid.

M. AVRELIVS. AVGG. NN.
LIB. EPAPHRODITVS
EXACTOR. OPERVM. DOM. NN.

*Tacitus in ſuppliciis ferè vſurpat, vt lib.* XI. Denuntiat centurionibus qui aderant, exſequi cædem. cuſtos & exactator a libertis Euodus datus. *Sed &* ἀπλῶς *reperio, quaſi muneris nomen, Exactor. vt in Muſæo Carpenſi,*

Exactor, ſimpliciter: is credo, qui cuſtus prædiorum, nomina, pecuniáſque exigit.

SEX. POMPEIVS. FAVSTVS
SEX. POMPEI. EXACTOR.

PAG. 134. Ad deſtinatum promere, ni eluſus à Seiano. *Eiuſdem ſententiæ fuit, quod Suetonius ſcripſit, in Tib. cap.* LII. Quem (*Piſonem*) mox huius criminis reum putant quidam mandata prolaturum, niſi ea ſecreta obſtarent. *loco hodie non corrupto ſolùm, ſed defecto. Conatur tamen ingenioſè Torrentius,* ni Seianus ſecretò obſtaret.

Suetonij deſperatus apud me locus.

Qualem Piſo diem ſupremum, noctémque egiſſet. Atque illo pleraque ſapienter. *Non fugit corruptio loci attentum lectorem. Qui enim erat, ad quem hæc referantur,* Atque illo*? nullum certè nomen præiuit. Puto mutila eſſe ni ſint: ſcribe,* Atque filio. *Eſt enim* εὔλογον *filium Piſonis attuliſſe parentis codicillos, & ab eo quæſiſſe Tiberium ſingulatim de morte.*

Tacitus ad mutilatus.

PAG. 145. Per collegium conſulatus. *Qui ab Auguſto collega, an quia Tiberio ipſi? Vtrumque enim*

Piſo collega Aug. Tiberíoque in conſulatu.

*verum*

Ayuntamiento de Madrid

*verij. & conſul cum Auguſto fuit Anno* DCCXXXI. *conſul iterum cum Tiberio,* DCCXLVII.

Nam referente Cæſare magiſtratus etiam eo munere fungebantur. *Non vane id notat. priſco enim more, magiſtratus à iudicandi onere immunes. Cicero in Verrem actione* 1. *& alij.*

Magiſtratus non iudicãt.

M. Piſo exuta dignitate *Senatoria videlicet. Ita inferius ſcriptum,* exuere ordinem.

PAG. 147. Adeò maxima quæque ambigua ſunt, dum alij quoquomodo audita pro compertis habent. *Similis querela Thucydidis lib* 1. οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται. *&* *ſtatim:* οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπὶ τὰ ἑτοῖμα μᾶλλον τρέπονται. *nec dubium, quin ad hæc loca reſpexerit noſter.*

Taciti ſententia compar Thucydidis.

At Druſus vrbe egreſſus repetendis auſpiciis, mox ouans introiit. *Quæras, quo hæc egreſſio & reditio? Ad morem priſcum, quo obtinuit, vt qui è prouincia cum imperio redirent, illud ipſum amitterent ſimul intraſſent vrbem, Liuius, lib.* XXVI. Quinto Fuluio ne minueretur imperium, ſi in vrbem veniſſet, decreuit Senatus. *Et magis ad lucem Taciti, quod Dio lib* LIII. *tradit, Auguſto decretum perpetuum Proconſulare imperium, ita vt nec ſi intra vrbem veniſſet, minueretur, neue neceſſum eſſet (vt ipſe loquitur)* ἀνανεοῦσθαι τὴν ἀρχὴν *id eſt renouare, ſiue vt Tacitus, repetere auſpicia. Nam auſpicij nomine etiam imperium hic cape. Sed cui rei Druſo opus fuit repetito imperio? ad ouationem. Nam qui triumphãs ouãsque vrbem ingreditur, cum imperio id facit in illam diem. Druſus autem imperium amiſerat ingreſſus vrbem ob fratris ſui mortem. Debuit ergo repetere vt ouaret. Eius ſententia*

Mos de auſpiciis imperiiſque repetendis.

Liuius explicatus.

Imperiũ minuebatur, ingreſſu Vrbis.

Triumphus & ouatio nõ poteſt ſine imperio.



Ayuntamiento de Madrid

*Cicero explicatus. Ad Atticum. lib. VII. epiſt. VII.*

*ſunt, quæ apud Ciceronem legis ſpem triumphi abiicientem:* Vtar ea porta, quam primam videro. *& apud Cælium,* Neque enim ſtultè Appius, qui ſimul atque, Dolabella acceſſit ad tribunal, introierat in vrbem. triumphíque poſtulationem abiecerat. *Apud Vlpianum, l. vlt. D. off. Proconſ.* Proconſul portam Romæ ingreſſus deponit imperium. *Iterum apud Ciceronem:* Mihi valde placet de triumpho nos moliri aliquid, & extra vrbem eſſe cum iuſtiſſima cauſa.

*Ad Attic. lib. VII. epiſt. 1.*

Vna omnium Agriopæ liberorum miti obitu. *Miti obitu, id eſt, citra vim, & ex fato. Sed videamus. M. Agrippæ tres vxores fuerunt. Prima, Pomponia Attici Filia, conciliante eas nuptias M. Antonio Triumuiro. ex ea genuit Vipſaniã, de qua hic, Druſi matrem. Altera, Marcella Octauiæ Filia. ex ea quoque liberi, ſi Suetonio fides diſertè id in Auguſto tradenti. Nam ego (quod ſiat caſtigatiſſimi ſcriptoris) leuiter ambigo primum, quia nec nomina eorum, nec progreſſum, vſquam alibi reperio: & vellem interpretes ſoluiſſent mihi hunc nodum. Deinde, quia ex Plutarcho clarum, breue admodum coniugium id fuiſſe. Ita enim narrat (in extremo M. Antonio) ſtatim poſt nuptias Agrippæ & Marcellæ, defunctum generum Auguſti Marcellum: idcóque, ipſa Octauia ſuadente, Iuliã nupſiſſe Agrippæ: abducta ab eo Marcella & Iulo Antonio collocata. Nam ergo ex ea proles: aut ſi vna aliqua fuit, non vitalis. Tertia vxor, Iulia. ex ea nati Caius & Lucius Cæſares. Poſthumus Agrippa Agrippina & Iulia. In his pleriſque vera Taciti nota. Caius enim & Lucius veneno crediti periiſſe, Agrippina, fame Poſthumus, ferro. * Iuliã excipio, cuius morte lib. IV. ita narrat ipſe Tacitus vt ex natura videatur, ferri aut veneni nulla mentione.*

*Dubitatu de adfirmatione Taciti. Vxores M. Agrippæ, & liberi. Marcella vxor, & an ex ea proles. Cap LXIII. Suetonij, ſi forte, obliuio.*

*Iulia vxor.*

** Iulia filia Agrippæ nō periit ferro aut veneno. nō ergo exacte vera Taciti nota.*

Haud procul Pagyda flumine. *Quem alio nomine*

ne

Ayuntamiento de Madrid

*ne Belum dici Plinius ait.*

PAG. 148. Sorte ductos fuſte necat. *Totidem, Salluſtiana verba Seruius citat,* Sorte ductos fuſti necat. *quod ad Craſſum referendum videre in decimatione cohortis vnius vere obſeruauit noſter Duza.*

Locus è Salluſtio totidē verbis.

Quòd non eam quoque Apronius iure proconſulis tribuiſſet, queſtus. *Huc refer illud Suetonij cap.* XXXII. Corripuit Conſulares exercitibus prępoſitos, quòd de tribuendis quibuſdam militaribus donis ad ſe referrent: quaſi non omnium tribuendorum ipſius haberent.

Quæſitúmque per Chaldæos in domum Cæſaris. *Quod ſemper capitale.* Cui enim opus perſcrutari ſuper Cęſaris ſalute, niſi à quo aliquid aduerſus illam cogitatur, vel optatur, aut poſt illam ſperatur & ſuſtinetur? Non enim ea mente de caris conſulitur, qua de dominis *ait appoſitè ad hanc rem Tertullianus.*

Verita conſultatio omnis ſuper Cęſare.

PAG. 149. Quirinius poſt dictum repudium adhuc infenſus *Ne cetera capitis, quaſi alibi dixerit de eo repudio, ſed Dicere repudium vſurpat, quod Mittere vulgò id eſt, poſtquam repudiaſſet eam Quirinus Repudiarat autem ante annos* XX. *Sueton. Tib. cap.* XLIX.

Dicere repudium pro repudiare.

Seruos Lepidæ cùm militari cuſtodia haberentur, tranſtulit ad Conſules. *Militem cuſtodia vti ſe habuit paullò vberius explicabo. non tibi veterane, ſed tibi ti... Carcer triplex eſt, (ait vetus interpres Iuuenalis) Vrbanus, Rusticus, Caſtrenſis. Vrbanus, vt ſunt carceres; Rusticus, vt ergaſtula; Caſtrenſis, quando aptius irabuntur carceres. Notat hoc ad eum locum Iuuenalis*

De cuſtodia militari, ἐμβολή.

Inde fides arti, ſonuit ſi dextera ferro
Lætáque ſi longo caſtrorum in carcere māſit.

Triplex carcer. Vrbanus Ruſticus, Caſtrenſis.

*Sed potuit, imò debuit, paullò diſtinctius, Na in vrbe ipſa*

Ayuntamiento de Madrid

Vrban' ipſe triplex.

*ipſa triplex ratio adſeruandi captiuos. Aut enim in carcere habebantur locóque cōcluſio ſine vllo milite: vt ferè ſeruitia, & capita viliora. Ait in cuſtodia militari aut in ædibus magiſtratuum Cuſtodia militaris frequentiſſima, & Romæ & prouinciis. eius q; modus, vt is qui in noxa eſſet cathenam manui dextræ alligatam haberet, quæ eadem militis ſiniſtram vinciret cuſtodia eius præfecti. Satis apertè Seneca, De tranquillitate lib 1. cap* x. Sed quid refert eadē cuſtodia vniuerſos circumdedit, alligatíque ſunt etiam qui alligauerunt, Niſi tu fortè leuiorem in ſiniſtra cathenam putas. *Idem epiſt.* v. Quemadmodum eadem cathena & cuſtodem (*emendo,* cuſtodiam, *ita enim ipſe captiuus dicebatur, vt mox docebo*) & militem copulat: ſic iſta quæ tam diſſimilia ſunt, pariter incedunt. *Et optimè Athenæus lib.* v. *cap.* xi. *vbi Athenion res Mitradatis extollit:* Ῥωμαίων δὲ στρατηγὸς μὲν Παμφυλίας Κοΐντος ὁ ἵππιος παραδοθεὶς ἀκολουθεῖ δέσμιος· Μάλλιος δὲ Ἀκύλλιος ὁ ὑπατευκώς, ὁ τ᾽ ἀπὸ Σικελίας καταγαγὼν θρίαμβον, συνδεδεμένος ἔχων ἁλύσει μακρᾷ Βαστάρνην πεντάπηχυν, πεζὸς ὑπὸ ἱππέως ἕλκεται. *Id eſt,* E Romanis verò, prætor Pamphyliæ Q. Oppius (*malè enim in Græco,* ἵππιος) deditione acceptus, ſequitur in vinclis. Manius autem (*ita corrige non* Μάλλιος) Aquilius conſularis, qui de Siculis triumphauit, colligatum ſecum habens longa catena Baſtarnam quendam quinque cubitorum, pedes ab equite trahitur. *Nam ita ego verè interpretor. Natalis inſulſa, fatua, aliena, quem, ſi libido ridendi eſt, vide. Simile eſt quod Ioſephus narrat lib.* XVIII. *cap.* XIII. *de captiuo Agrippa rege: Centurionem illi ſatis benignum adpoſitum, & militem cum quo vinciretur humanum. Catenæ autem eiuſmodi, vt ex Athenæo clarum, longiuſculæ erant: vt ambulare, incedere pa-*

Cuſtodię militaris modus & ratio.
Catena in manu rei dextra.
In militis ſiniſtra.

Seneca emēdatus.

Athenæus explicatus, & contra interprete verſus.

Catenæ iſtæ quales.

riter

*riter non incommodè poſſent. Ad quas item pertinet, quod Suetonius in Domitiano ſcribit, cap. XIV.* Nec niſi ſecretò atque ſolus pleráſque cuſtodias, receptis quidem in manu catenis, audiebat. *Vbi iterum Cuſtodiæ, pro ipſiſſis qui cuſtodiuntur: ut Plinio lib. XXI. cap. III.* Inde eductam cuſtodiam bibere iuſſit *ita legere, malè vulgò,* eductum è cuſtodia. *emendandúſque ita Suetonius Nerone, cap. XXXI.* Quorum operum perficiendorum gratia, quot vbique eſſent cuſtodiæ, in Italiam deportari iuſſit. *vulgata lectio, & interpretes turbant. Paullus in Sentent.* Si pecunia accepta miles cuſtodiam dimiſerit, capite puniendus eſt. *Hæc de cuſtodia militari. de ea quæ apud magiſtratus, opportunius dicam lib. VI.*

Cuſtodiæ, pro nixis ſicut Operæ, pro operariis vulgò. Plinij conſtituta lectio. Suetonius emendatur.

Exemit Druſum Conſulem deſignatum dicendæ primo loco ſententiæ. *Appianus.* Σιλανὸς μὲν δὴ πρῶτος ἐλέχθη ὃς ἐς τὸ μέλλον ᾕρητο ὑπατεύειν. τοῦδε γὰρ ῥωμαίοις ὁ μέλλων ὑπατεύσειν πρῶτος εἰσφέρει γνώμην, ὡς αὐτός οἶμαι πολλὰ τῶν κυρουμένων ἐργασόμενος, καὶ ἐκ τοῦδε εὐβουλότερόν τε καὶ εὐλαβέστερον ἐνθυμησόμενος περὶ ἑκάστου.

Conſul deſign. primus rogatur ſententiam.

Et obſcuriſſimæ domui, *Abunde infrà hoc ipſo libro.*

Deſtinata vxor L. Cæſari ac Diuo Auguſto nurus. *Non alibi quàm in lapide repperi hanc hiſtoriam, qui Bergomi viſitur.*

PVDENS. M. CEPIDI. L. GRAMMATICVS
PROCVRATOR. ERAM. LEPIDAE. MOR
ESQ. REGEBAM. DVM. VIXI. MANSIT
CAESARIS. ILLA. NVRVS. PHILOLO
GVS. DISCIPVLVS.

*Poſt damnationem demum poſitus lapis videtur: & pudenti adſcripta gloria, tanquam illo viuo, Lepida caſta, bona,*

Lapis vnicus ad hanc hiſtoriam.

PAG.

Ayuntamiento de Madrid

Confirmatū Ferreti iudicium.

PAG. 150. Veneno eum à Lepida petitum illuſtrium domuum aduerſa. *Vitium in hoc loco eſſe, rectè olim Ferretus ſenſuit: vitium animi in Verrtania, qui non credet. Diſplicet phraſis, Aduerſa illuſtrium domuum, pro aduerſaria. Diſplicet ſententia: cur enim aduerſaria illuſtrium domuum Lepida, ſi Quirinium veneno petiuit, obſcuriſſimum ſenem & ex Quiritium fecit? Ita enim capienda hæc verba nō de Tiberio Suetonius:*

Lepida Quirinium veneno petiit. Cap. LXXI.

Condemnauit & generoſiſſimam feminam Lepidam, in gratiam Quirinij Conſularis prædiuitis & orbi, qui dimiſſam eā è matrimonio poſt vigeſimum annum veneni olim in ſe comparati arguebat. *Suſpicabar olim hæc verba* Illuſtrium domuum aduerſa, *non Taciti eſſe, ſed lectoris cuiuſpiam, qui ad hunc locum,* At enim haud multum diſtanti tempori, *& ea notaſſes, memoriæ cauſſa.*

Diuinatio mea.

De Lege Papia liber excurſus.

PAG. 151. De moderanda Pappia Poppæa. *Lex apud veteres an multa fama, & v... Famini, ut cū Tacito hîc leuiter exorbitem: & quæ faciunt huic legi, collecta à me & digeſta proponam. Non ſubtiliter omnia, (cui enim bono?) ſed ea ſaltim capita quæ ad vſum hiſtoriæ proſunt. Romanis ſemper coniugiorum ſuboliſque magna cura. Ideò Cenſoria illa ſolennis quæſtio:* Ex animi tui ſententia. Tu vxorem habes? *Ideò Ciceroni ficta lex:* Cælibes eſſe prohibento. *Nec ignominiæ ſolum cælibatus, ſed pœnæ erat. Ita apud Valerium*, Camillus & Poſtumius Cenſores, æra pœnæ nomine, eos qui ad ſenectutem cœlibes peruenerant, in ærarium deferre iuſſerunt. *Et Feſtus auctor*, vxorium pependiſſe dici, qui quòd vxorem non habuerit, æs populo dedit. *Exemplum videtur ab Spartanis petitum, apud quos ἀγαμίου ζημία, imò ὀψιγαμίου καὶ κακογαμίου, vt notat Pollux. Nec tamen lege aliqua*

Coniugia curæ Romanis. Cenſorū ea inquiſitio. Cęlibes mulctati. Lib. II. cap. IX.

Vxorium æs.

Ayuntamiento de Madrid

*quid cautum reperio: niſi quod C. Cæſar poſt bellum Africanum, vehementer exhauſta vrbe, præmia propoſuit multitudinis liberorum. idque Præfectus morum, & quaſi Cenſor, Dio* XLIII. ἐπειδή τε δεινὴ ὀλιγανθρωπία, διὰ τὸ τῶν ἀπολωλότων πλῆθος, ὥς ἔκ τε τῶν ἀπογραφῶν (καὶ γὰρ ἐκείνας, τά τε ἄλλα ὥσπερ τις τιμητὴς ἐποίησε) καὶ ἐκ τῆς ὄψεως αὐτῆς ἠλέγχετο, ἦν, πολυπαιδίας ἆθλα ἐπέθηκεν. *id eſt*, Et quoniam infrequens admodum vrbs erat, propter cæſorum multitudinem: quod ex recenſu (cum autem & reliqua velut Cenſor faciebat) & ex ipſo aſpectu animaduertebatur, iis qui multos liberos haberent præmia propoſuit. *Primus Auguſtus anno vrbis* DCCXXXVI. *certam legem poſuit, & præmia pœnaſque diſtinxit. Ea dicta, Iulia de maritandis ordinibus. quam tamen præ multitudine recuſantium perferre non potuit, niſi adempta lenitáne parte pœnarum. Hanc Propertius intellexit lib.* III.

Cæſar πολυπαιδίας præmia ponit.

Auguſtus, Iuliam lege fert.

Sueton. Auguſt. cap. XXXIV.

Propertio lux data.

Gauiſa eſt certè ſublatam Cynthia legem,
Qua quondam edicta flemus vterque diu?
Ne nos diuideret. ———

*elegia illa tota, Et Horatius in Cantu ſæculari:*

Et Horatio.

————patrúmque
Proſperes decreta ſuper iugandis
Feminis, proliſque nouæ feraci
Lege marita.

*Vbi Scholiaſtes vetus:* Lex marita dicitur, quæ de maritandis ordinibus lata erat, quæ & Iulia dicta eſt. Cæſar enim poſt bellum legem tulit nequis aut cælebs eſſet aut vidua nubilis, quò poſſet iactura iuuenum reparari, quæ bellis ciuilibus contigerat. Nam prope octoginta millia armatorum interierant. *Et de eadem in actu eiuſce anni Dio, lib.* LIIII. ὁ δ' Αὔγουστος τά τε ἄλλα

Lex marita.

ἐνομο

Ayuntamiento de Madrid

ἐπιμελέστερον, τοῖς τε ἀγάμοις καὶ ταῖς ἀνάνδροις βαρύτε-
ρα τὰ ἐπιτίμια ἐπέταξε, καὶ ἔμπαλιν τοῦ τε γάμου καὶ τῆς παιδοποιίας ἆθλα ἔθηκεν. *E Dionis verbis clarum, etiam antè curam eam fuiſſe Auguſto. ait enim βαρυτέρα τὰ ἐπιτίμια & addit, ἔμπαλιν ἔθηκεν. Et non dubiè aliquid ſuper ea re latum in eius ſexto conſulatu, annis decem ante, ſuadet Tacitus hic:* Sexto demum conſulatu Cæſar Auguſtus potentiæ ſecurus, quæ Triumuiratu iuſſerat, aboleuit: deditque iura, quis pace & principe vteremur. acriora ex eo vincla, inditi cuſtodes, & lege Papia præmiis inducti, &c. *Sed tantum imperfectè. Capita legis Iuliæ fuerunt. Vti libertinas ducere liceret omnibus, præter Senatores. Vti ſponſiones pactionéſque nuptiales non vltra biennium differri ius eſſet. Vti diuortiorum certus eſſet modus, aliáque quæ poſtea in legem Papiam mixta & inſerta. Iulia ergo, tempore à Papia diſtincta. præceſſit enim* XXV. *ſolidis annis, & alucinati conſarcinatores legum qui confuſerunt. Dico Iuliam, verius fortaſſe, Iulias: quia non ſemel tot annorum interuallo eadem de re latum ac relatum. ideóque propriè locutum Tacitum cenſeo, cùm hic* πληθυντικῶς *ſcripſit, Papiam latam poſt Iulias rogationes.*

Etiam ante dictum annũ mota ea lex.

Ex Dione, eo pſe loco.

Ex Sueton. cap. XXXIV. Iulia diuerſa à Papia. Tempore, & re.

Iuliæ. leges.

*Lata autem Papia anno vrbis* DCCLXII. *ſene iam Auguſto: & lata per Senatum. Itaque & nomen à conſulibus illis, Papio Mutilo & Q. Poppæo Secundo. Dicta enim Papia Poppæa Iſidorus lib.* V. Sub Octauiano Cæſare ſuffecti Conſules Papius & Poppæus legem tulerunt, quæ à nominibus eorum Papia & Poppæa nominantur: continens primum præmia, pro ſuſcipiendis liberis. *Cauſſa iterum ferendæ Tacito duplex:* incitandis cælibum pœnis & ærario augendo. *Incitandis pœnis, id eſt augendis, ſincera modò lectio ſit. Ambigo enim, & poſſit reſcribi,* incitandi cœlibes pœnis, *ſenſu clariore: Capita*

Papia quando cœpit. Cauſſa nominis.

Cauſſa ferendi. Tacit. explicatus & fortè emendatus.

legis

*legis Iuliæ confuſa cum iſtius: ideóque paſſim ſcripta Iuriſconſultorum laudata,* Ad legem Iuliam & Papiam. *ita inquam, vt Papia quæ plenior acceruiórq́; aboleuerit & velut abſorbuerit Iulias leges. Latam dixi per Senatum: & verum eſt. eóque Paullus libro* V. *ad legem Iuliam & Papiam auctorem Senatum nominat:* Sed illud quæri poteſt, *inquit*, an idem ſeruandum ſit quod Senatus cenſuit, etiamſi in aliam perſonam captionem direxerit. *Capita eius legis plura fuerunt: adeò vt* XXXV. *laudet alibi Marcianus. Ea vt diſtinctè proponant, ab homine me exiget nemo homo: confuſè quædam recenſebo, & vti dabunt ſe ſub manum.*

Legem Iuliã Papia obſcurauit.

Papia Senatoria lex.

L. LXXI. De hæred. inſtit. & LXVIII. De ritu nup. l. capite, De ritu nupt.

CAPVT. *De emptione extra genrem ordinémque. Vti omnibus ingenuis libertinas vxores ducere ius eſſet, Senatorijs exceptis. Concepta capitis eius verba, apud Paullum lib.* I. *ad hanc legem* Lege Iulia *ita cauetur,* QVI SENATOR EST, QVIVE FILIVS PRONEPOSVE EX FILIO NATO CVIVS EORVM EST, ERIT: NEQVIS EORVM SPONSAM VXOREMVE, SCIENS DOLO MALO HABETO LIBERTINAM, AVT EAM QVAE IPSA, CVIVSVE PATER MATERVE ARTEM LVDICRAM FACIT, FECERIT: NEVE SENATORIS FILIA NEPTISVE EX FILIO, PRONEPTISVE EX NEPOTE FILIO NATO NATA, LIBERTINO, EIVE QVI IPSE, CVIVSVE PATER MATERVE ARTEM LVDICRAM FACIT FECERIT, SPONSA NVPTAVE SCIENS DOLO MALO ESTO. NEVE QVIS EORVM DOLO MALO SCIENS SPONSAM VXOREMVE EAM HABETO. *Et è lege quidem Iulia recenſet Paullus: ſed inſitum in Papiam fuiſſe clarè docet Celſus,* Lege Papia, *inquit*, cauetur

Ea lege permiſſa enupuo.

L. XLIIII. De ritu nup. Vt libertinas ducere liceat.

Confunduntur clare Iulia, & Papia, vt ides.



Ayuntamiento de Madrid

omnibus ingenuis, præter Senatores eorúmque liberos, libertinam vxorem habere licere. *Meminit & Dio eius ce capitis, lib.* LV ἐπειδὴ δὲ πολὺ πλεῖον τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος τοῦ εὐγενοῦς ἦν, ἐπέτρεψε καὶ ἐξελευθέρας τοῖς ἐθέλουσι, πλὴν τῶν βουλευόντων, ἄγεσθαι, ἔννομον τὴν τεκνοποιίαν αὐτῶν εἶναι κελεύσας. *Vbi tamen interpretis ſupina ματαιολογία vertentis*: Ac quoniam * maſculi patricij generis numerum patriciarum feminaru multo anteibant, liberum fecit vt qui vellent (modò Senatores ne eſſent) libertas etiam (*cautius & verius*, * libertinas: ἐξελευθέρας *enim Dio dixit, non* ἀπελευθέρας. ἐξελεύθεροι *autem* οἱ τῶν ἐξελευθερωμένων υἱοί, *ait Hesychius*) ducere poſſent, eorúmque liberos legitimos eſſe iuſſit. *En*, τὸ εὐγενὲς, *Patricium vbique vertit. at ingenuum debuerat, ex vi verbi, legiſque. Meminit iterum Dio lib.* LV. *in perſona Augusti*: καὶ ἐξελευθέρας τοῖς γε ἔξω τοῦ βουλευτικοῦ ἀγαγέσθαι συνεχώρησα. *Et eodem errore ibi interpres*, τὸ βουλευτικὸν, *Patricios vertit: cùm Senatorios, verè poſſet. Latum hoc caput matrimonij ſrequentandi erat ſi quem digniorem amor aut voluntas traxiſſet ad impar iugum, lege iungi liceret. Nam anteà vetitum. Neque Decemuirali lege, patricio cum plebeia, neque ingenuo cum libertina connubij ius. Prius abolitum. meminitque Liuius lib.* IV. *in oratione Canuleij Tribuni*: & *lib.* X. *vbi matronæ patriciæ Virginiam, quod è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerunt. Manſit poſterius, ad hanc legem. Vide quæ Cicero Antonio de Fadia obiecit, Phil.* II.

CAPVT *ſubnexum fortè priori: de connubio patronorum cum libertabus. Verborum partem Vlpianus appendit lib.* III. *ad legem Iuliam & Papiam: In eo iure, quod dicit*, INVITO PATRONO LIBERTAM QVAE EI NVPTA EST, ALII NVBERE

Xylandri error.

* Mirum & præter id quod Philoſophis viſũ, vſuque doctum. Nam præpollet ferè ſexus ſequior.

* Tamen ex ritu eius qui. Libertini iidem cum libertis, vti notum.

Xylandri iterum error.

Cauſa huic capiti.

Decemuiri vetuerunt connubia cum plebe. Lex ea abolita.

Patronus cũ liberta.

C. XLV. De iure nupt.

Ayuntamiento de Madrid

NVBERE NON POSSE, *Patronum accipimus, &c. Et idem iterum* l. XL. *De diuortijs: Quod ait lex,* DIVORTII FACIENDI POTESTAS LIBERTAE QVAE NVPTA EST PATRONO, NE ESTO, QVAMDIV PATRONVS VXOREM EAM ESSE VOLET. *Vide interpretem eumpſe Vlpianum: & adde l.* 1. *De concub.*

CAPVT *de ſponſalibus, quando & qua fini contrahenda. Sumptum è Iulia de maritãdis ordinibus, indice Suetonio, cap.* 34. Cúmque, *inquit*, immaturitate ſponſarum & matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi ſentiret, tempus ſpõſas habendi coarctauit. *Sponſalium enim olim licẽtia, adſpectu nullo ætatis. At Auguſtus, cùm quidã immaturas planè virgines deſponderẽt, & mariti iuſſi nõ mariti: arcendi huic fraudi tẽpus definijt ætatemq́; ſponſionũ: ita vt nõ ante decimũ annũ ſponſa quæquã eſſet. Clarè Dio, lib.* 54. ὡς δὲ καὶ βρέφη τινὲς ἐγγυώμενοι, τὰς μὲν τιμὰς τῶν γεγαμηκότων ἐκαρποῦντο, τὸ δὲ ἔργον αὐτῶν οὐ παρείχοντο, προσέταξε μηδεμίαν ἐγγύην ἰσχύειν, μεθ' ἣν οὐδὲ δυοῖν ἐτοῖν διελθόντων γαμήσει τις: τουτέστι δεκέτιν πάντως ἐγγυᾶσθαι τὸν γέ τι ἀπ' αὐτῆς ἀπολαύσοντα· δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὴν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πλήρη νομίζεται. *Id eſt:* Ac cùm quidam pueras deſponderent, & præmia nihilominus ferrent maritorũ, rem opúſque mariti non præſtarent: ſtatuit nullam ſponſionem firmam eſſe, poſtquam, biennio exacto, nuptiæ non ſequerentur. hoc eſt, vt omnino decennem deſpondere opus eſſet, ſiquis ſponſionis eius vellet fructum. Puellis enim duodecimus annus plenus, ad nuptias definita ætas cenſetur. *Xylander Dionis mentem planè hîc non cepit. Facit huic capiti quod Caius lib.* 1. *ad Iuliam & Papiam ſcripſit:* Sæpe iuſtæ ac neceſſariæ cauſſæ non ſolùm annum vel

Sponſalibus data lex.

Suetonius explic. quãdo ſponſalibus locus.

Decẽnis tantum deſpondenda.

Caius explicatus. L.XVII. De ſponſalibus.



Ayuntamiento de Madrid

biennium, ſed etiam trienniũ & quadriennium, & vlterius tradunt ſponſalia: veluti valetudo ſponſi ſponſæve, vel mores parentium, *&c.*

C A P V T *de ætate eorum qui ducerent, quæve nuberent. Eo capite cautum ne mulier quinquagin-ta annis minor ſexagenario nuberet, neu vir minor ſexaginta, quinquagenariam duceret. Lactantius lib. I. Senecæ verba:* Quid ergo eſt quare apud pœtas ſalaciſſimus Iupiter deſierit liberos tollere, vtrum ſexagenarius factus eſt, & illi lex Papia fibulam impoſuit? an impetrauit ius trium liberorum? *Et Appuleio in iudicio obiectum, quòd Pudentilla ei* anno ætatis ſexageſimo ad libidinem nupſiſſet: *videlicet contra legem Papiam. Huic tamen capiti Claudius abrogauit, vt Suetonius notat, cap.* XXIII. Capiti, *inquit* Papiæ Poppææ legis à Tiberio Cæſare quaſi ſexagenarij generare non poſſent, edicto abrogauit. *Legerim*, addito, *vel* edito. *Edictum certe Claudij non fuit, ſed Senatuſconſultum. Vide nos in Fragm. tit.* XVI. Sed SC. Claudiano maior ſexagenario ſi minorem quinquagenaria duxiſſet, perinde habebatur ac ſi minor LX. annorum duxiſſet vxorem. *Cauſſæ quæ Tiberium, quæ Claudium mouerint, in aperto. Ille quod plurimum fieri ſolet, ſpectauit: hic quod per naturam poteſt. Adeò autem amare & virum exercere ſexagenarius poteſt, vt ſint octogenarij ſenes ijdémque patres inter exempla. At mulier quinquagenaria maior, vix eſt vt impleatur.*

C A P V T *de libertate coniungendi, quod tamen* XXXV. *in ordine fuit. Marcianus:* Capite trigeſimoquinto legis Iuliæ, qui liberos quos habent in poteſtate iniuria prohibuerint ducere vxores vel nubere, vel qui dotem dare non volunt: ex conſtitutione, *&c. Simile in libertis etiamſi iura-uerint,*

Ne ſexagenarij ducant.
Ne quinquagenariæ nubant.

Vide Appulei. apol. II. pro ſe.

Claudius fibulam laxauit ſexagenariis.
Suetonij vera lectio & mens.

Cauſſa variantis conſtitutionis inter Tib. & Claud.

Ne arceantur à matrimonio liberi.

L. XVIII. De ritu nupt.

Ayuntamiento de Madrid

*uerint, lib.* VII. *De operis libert.*

CAPVT *de interuallo temporis à morte coniugis vel diuortio, ad coniugium nouum. Neque enim probata Iulijs legibus monogamia: ſed ad matrimonia compulſi iterum, vidui aut diſparati. Diſcrepuerunt in tempore Iulia & Papia. Nam vt Vlpianus notat tit.* XIIII. *Feminis, lex Iulia à morte viri, anni vacationem tribuit: à diuortio, menſium ſex. At Papia clementior, à morte, biennium indulſit à repudio, annum & menſes ſex. In Suetonio, Triennium leges: nec id te turbet. Exſoluit eum nodum Dio in oratione Auguſti ad cælibes lib.* LVI. καὶ οὐδὲ ἐς ταῦτα μέντοι κατήπειξα ὑμᾶς, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον τρία ἔτη ὅλα πρὸς παρασκευὴν ὑμῖν ἔδωκα, τὸ δὲ δεύτερον. *Id eſt.* Nec ad iſta feſtinanter impuli vos, ſed primùm tres integros annos ad apparatum rei conceſſi, deinde binos.

Tempus legitimum inter nuptias vett. nouáſque.

Monogamia improbata.

Diſcrimen hac parte inter Iuliam & Papiam.

Remota in Suetonij verbis hæſitatio

CAPVT *de præmijs maritorum, patrúmque: quod in ordine ſeptimum fuiſſe, colligas ex Agellij, lib.* II. *cap.* XV. *Præmijs enim inuitandi fuerunt ad matrimonia & prolem frequentandam. Præmia duorum generum, Honores & Commoda. Quæ largiora vtraque apud patres: quædam tamen ſeorſum data etiam maritis. Veluti, honeſtior in ſpectaculis locus. Suetonius Auguſti, cap.* XLIV. Militem ſecreuit à populo: maritis è plebe proprios ordines aſſignauit. *Et ad eam ſententiam accipio, quod Poeta Hiſpanus facetè ſcribit:*

Præmia maritis patribúſque.

Præmia duplicia.

Maritorum priuilegia.

Martialis illuſtratus.

Spadone cùm ſis euiratior fluxo,
Theatra loqueris, & gradus & edicta,
Trabeáſque & Idus, fibuláſque cenſúſque.
Sedere in equitum an tibi liceat ſcamnis
Videbo Dindyme. non licet maritorum.

Mariti antelati in magiſtratu.

*Præceſſerunt item mariti in magiſtratu, & in faſcibus. Agellius:* Capite ſeptimo legis Iuliæ priori ex



Ayuntamiento de Madrid

Conſulibus faſces ſumendi poteſtas eſt, non qui plureis annos natus eſt, ſed qui plures liberos quàm collega aut in ſua poteſtate habet aut bello amiſit. Sed ſi par vtrique numerus liberorum eſt, maritus aut qui in numero maritorum eſt præfertur. *In numero maritorum, id eſt, opinor, ſponſus: vel etiam qui ius habeat ab Imperatore mariti. Id enim quoque dici ſolet, pariter ac ius liberorũ. Dici ex vnico Dionis loco, lib.* LX *de Claudio:* τοῖς ςρατευομένοις, ἐπειδὴ γυναῖκας οὐκ ἐδύναντο ἐκ τῶν νόμων ἔχειν, τὰ τῶν γεγαμηκότων δικαιώματα ἔδωκε. *Id eſt:* Militibus, quoniam ex legibus vxores ducere iis non licebat, iura maritorum conceſſit. *Sed & plura mariti priuilegia in ſorte, in adminiſtratione prouinciarum, quæ hauries ex præmiis patrum ſtatim, ne eadem iteranda ſint. Patribus certè, vt, prædixi, præmia vberiora, & pleno velut dimẽſo legum: Idq; non ſolum è Iulia aut Papia, ſed more Rom. priſco.* Lex ſociis ac nominis Latini, qui ſtirpem ex ſeſe domi relinquerent, dabat, vt ciues Romani fierent, *ait Liuius lib.* XLI. *Item à cenſoribus,* In quattuor vrbanas tribus (*ea autem minus honeſta*) deſcripti erant libertini, præter eos quibus filius quinquenni maior ex SC. eſſet, *ait idem lib.* XLV. *Iulius Cæſar*, agrum Campanum diuiſit extra ſortem XX. millibus ciuium, quibus terni pluréſve liberi eſſent, *vt notat Suetonius, cap.* XX. *& Appian. Ciuilium* II. *Et exempla reperies fors ſit plura. Sed Auguſto in primis ea cura: non lege Papia ſolùm, vt cenſent quidã haud è vulgo, ſed iamdiu antè. Quod clarum ex iis quæ Dio ſcribit* LIII. *de Praſidibus prouinciarum, &* LV. *ante Papiam latã. Fateor tamẽ quod Papia præſertim. Præmia* πολυπαιδίας *ex ea lege, nõ abſurdè fecero, ſi ordine proponã. Primũ. Vt in petitione cãdidatis præferãtur, quibus liberi*

Quid ſit, in numero maritorũ eſſe. Ius mariti.

Mariti in ſorte prouinciarum antehabiti.

Præmia patrum multa. Etiam veteri rep.

Auxit ea Auguſtus.

I. Patres in petitione prælati.

Ayuntamiento de Madrid

*liberi plures. Tacitus lib.* XI. Contrà plerique nitebantur, vt numerus liberorũ in candidatis præpolleret, quod lex iubebat. *Lex, non alia quàm hæc Papiæ. Secundum. Vti præferãtur proletarij in ſorte prouinciarũ: & eas diutius obtineant. Prius membrum è Tacito firmo, Annali* XV. Percrebuerat ea tempeſtate grauiſſimus mos, cùm propinquis comitiis aut ſorte prouinciarũ, plerique orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios, præturaſque & prouincias inter patres ſortiti, ſtatim emitterent manu quos adoptauerant. *Alterum è Dione* LIV. Preſides, *inquit*, annuos & ſorte lectos eſſe voluit, πλὴν εἴ τῳ πολυπαιδίας ἢ γάμου προνομία προσείη. *Id eſt*, niſi ſicui multitudinis liberũm aut nuptiarum cauſſa priuilegiũ eſſet. *Quanquam id ad ſortem tantum referri fortaſſe par eſt, non etiã ad manſionem. Tertium. Præeant emineantq́; in omni magiſtratu, Colligas ex Agellij, lib.* II. *cap.* XV. *verbis quæ ſuprà. Et ab hoc exemplo eſt, quòd qui plures liberos habet, in curia vel collegio primus ſententiam rogatur, in albo & præ eſſu, ceteris præfertur. l.* IX. *C. De decur. Quartum. In honoribus petendis, gratia ſit annorum qui liberos habent & quidem pro numero liberorum. Exempli cauſſa, minores* XXV. *annis ad honores non admittuntur, niſi beneficio prolis. Qui ergo, quinque habent, anno vigeſimo admittuntur, qui tres, vigeſimoſecundo, & ſic deinceps. Vide l.* II. *De minoribus, quæ ad hanc ſententiam clara. Et Plin. ij locum eodem traho, lib.* VII. *Epiſtol. præter meam ſuprà, aliorumq́, mentem:* Celeſtrium Tironem familiariſſimè diligo. ſimul quæſtores Cęſaris fuimus, Ille me in Tribunatu liberorum iure præceſſit, ergo illum in Prætura ſum conſecutus, cùm mihi Cæſar annum remiſiſſet. *Vbi vides dimitti etiam annos beneficio Cæſaris ſolere, qui ſi liberos haberent.*

II. Præferãtur in ſorte prouinciali.

III. Præcedunt collegas in magiſtratu.

IIII. Paucibus gratia ſic legis Annalis.

Plinij nouus intellectus.

V. Immunes ſunt à curis, &c.



Ayuntamiento de Madrid

*Quinctum. Qui plures liberos habet, id eſt, in vrbe tres, in Italia quattuor, in prouincijs quinque, a cura, tutela, ceteriſq́. muneribus perſonalibus immunis eſt l.* 11. *De excuſationibus. l.* 1. *C. Qui num. liberor.*

VI. Mitius cum damnatis agitur.

*Sextum. Damnatorũ liberi plures aſſem accipiũt, è conſtitutione Hadriani l.* VII. *De bonis damnat. Et ab ea mente Dio ſcripſit, Hadrianum mitiores pœnas reis irrogaſſe liberos habentibus, quod Cuiacius notauit, pridem. Et plura, quæ facilè colliges ex ijs quæ dicam de multis. Ex his ortum celebre illud ius triũ liberorum: quod orbis pro beneficio Princeps dabat.*

Origo iuris trium liberũm.
Id princeps dabat.

*Plinius lib.* II. *epiſtol.* Nuper ab optimo Principe trium liberorum ei ius impetraui: quod quanquam parcè & cum delectu daret, mihi tamen, tanquam eligeret, indulſit. *Idem ad Traianum lib.* x. Exprimere domine verbis non poſſum, quantum mihi gaudium attulerit, quod me dignum putaſti iure trium liberorum. *Martialis,*

Vxor cùm tibi ſit formoſa, pudica, puella,
Quò tibi natorum iura Fabulle trium?
Quod petis à noſtro ſupplex dominóque deoq́;
Hoc dabis ipſe tibi, ſi potes arrigere.

*Idem de ſe:*

Præmia laudato tribuit mihi Cæſar vterque,
Natorúmque dedit iura paterna trium.

Tres liberi opus ad plena præmia.

*Dictum diſertè, trium liberorum: quia is numerus requirebatur ad præmia omnia legis. Iuuenal.*

Ni numerum, ni tres impleuero, iuſta doloris
Næuole cauſſa tui.

Scripſit hæc Dio ante lataam Papiam

*Origo eius è lege Iulia, vti diſcas ex Dionis apto ad hanc rem loco, lib.* LV. ἡ δὲ δὴ λικία ἐς τὰς μητέρας τὰς τρὶς τεκούσας ἐσεγράφη. οἷς γὰρ ἂν τὸ δαιμόνιον εἴτ' οὖν ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν μὴ δῷ τοσαυτάκις τεκνῶσαι, τούτων τισὶν ὁ νόμος, πρότερον μὲν διὰ τῆς βουλῆς, νῦν δὲ διὰ τοῦ αὐτοκράτορος τὰ τῶν γε-

γεννηκότων

γεννηκότων δικαιώματα χαρίζεσθαι, ὥστε σφᾶς μήτε τοῖς τῆς ἀπαιδίας ἐπιτιμίοις ἐνέχεσθαι, καὶ τὰ τῆς πολυπαιδίας ἆθλα, πλὴν ὀλίγων τινῶν, καρποῦσθαι. *Id eſt:* Liuia in numerum matrum quæ ter peperiſſent adſcripta. Quibus enim ſeu viris ſeu feminis fatum aliquod prouentum tot liberorum negauit, iis lex, antea quidem per Senatum, nunc autem per Principem iura gratificatur natorum. ita vt neque pœnis orbitatis obnoxij ſint, & præmia omnia multitudinis liberorum conſequantur. paucis ſaltem exceptis. *Vbi vides & feminis tribui ſolere id beneficium: quod primò & ex lege Iulia, à Senatu petebatur, poſtea à Principe. quanquam ea verba perperam, in longè ſequiorem ſententiam adduxit interpres. Hoc idem, ius parentum Iuuenalis appellat.*

Feminis tributum etiã id ius.

Peti ſolet à Senatu.

Iura parẽtis habes, propter me ſcriberis heres.

Ius parentũ, idem.

*Et Tacitus hîc priuilegia parentum. Aliꝗ ſimpliciter etiam, ius liberorũ. In fragmento iuris veteris, quod euulgauit doctiſſimus Pythoeus:* Mulier ſine auctoritate tutoris manumittere poteſt, ſi ius habeat liberorum. *Et Paullus lib.* IIII. *Sentent. ad SC. Tertullianum, plus ſemel. Ius liberorum tamen propria quadam & alia ſignificatione capi in Vlpiani Fragmen. tit.* XVI. *& l. I. C. De iure liber. non vanè notat noſtri æui Iuriſconſultus ad fragmẽta ea ipſa: & nodum quem Duarenus ligauerat* I. *Diſput. cap.* XL. *doctè ſoluit. Iubeo lucem huic rei mutuari te ab illo Sole, in capſe Fragmenta. Sed & quattuor liberorum ius fuit: quod pertinuit (niſi in aliena regione aberro) ad libertinas, non ingenuas. certè ita diſtinguit SC. Tertullianum, de quo vide Paullum, lib.* IIII. *tit.* IX. *Quod tamen ius vetuſtius eſt illo SC. & mentio eius in Suetonij Claudio, cap.* XIX. *vbi Princeps*, Feminis (*quæ naues ſcilicet merca-*

Ius liberorum, idem.

Quid tamen propriè ius.

Ius quattuor liberorum.



Ayuntamiento de Madrid

*turæ cauſſa fabricarent* ) ius tribuit quattuor liberorum. *De præmis, iſta.*

Cælibatus pœnæ & orbitatis.

CAPVT *de pœnis mulctisq́; cælibum & orborũ. Quæ etiam in lege Iulia fuerant: ſed Auguſtus, vt ipſe apud Dionem fatetur, intendit auxitq́;. Pœna prima & maxima, Vti cælibes ex teſtamentis nihil caperent, niſi e proxime iunctorum: orbi, non niſi dimidium. Melior ergo conditio orborum & iure, quia mariti ſaltem.*

Cælibes nihil capiunt, orbi dimidium.

Sozomenus *lib. I. Eccleſ. hiſtor. diſcrimen hoc bene notat:* Νόμος ἦν ῥωμαίοις παλαιὸς, ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτῶν τοὺς ἴσων ἀξιοῦσθαι κωλύων τοὺς ἀγάμους τοῖς μὴ τοιούτοις. περὶ ἄλλα τε πολλά, καὶ τὸ μηδὲν κερδαίνειν ἐκ διαθήκης τοὺς μὴ γένει ἐγγυτάτω προσήκοντας· τοὺς δὲ ἄπαιδας, ζημιοῦν τὸ ἥμισυ τῶν καταλελειμμένων.

Caducum fit quod cælibi relinquitur.

*Cælibes ergo nihil capiunt: ad quod vt ſcripſerit Vlpianus,* Cælibi relictum legatum caducum fieri, niſi legi intra centum dies paruerit. *Et reſpexit ad has pœnas Plutarchus, libello* περὶ φιλοστοργίας. Ῥωμαίων πολλοὶ, *inquit*, γαμοῦσι καὶ γεννῶσιν, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα κληρονομεῖν δύνωνται. *Id eſt,* Romanorum plerique vxores ducunt & liberos ſerunt, non vt hæredes habeant, ſed vt heredes ipſi eſſe poſſint. *Nec vane imputat adulter apud Satyricum marito:*

Iuuenalis explicatus.

——— propter me ſcriberis heres,
Legatum omne capis, nécnon & dulce caducum.

*Tertullianus de Monogamia:* Aliud eſt ſi & apud Chriſtum Legibus Iuliis agi credunt, & exiſtimat cælibes & orbos ex Teſtamento. Dei ſolidum nõ poſſe capere. *Ideo toties apud Iuriſconſultos de ſolidi captione lectum quæſitúmque, vt l.* LXII. *l.* LXVIII. *De hæred. inſtit. l.* VI. *De vulg. & pupil. ſubſtit. l.* XII *§. fin. De iure fiſci. quæ omnia propriè* ad

Solidum capere.

Ayuntamiento de Madrid

*ad orbos ſpectant patréſqu ſolitarius. Quidquid au-*
*tem hoc modo præter legem legatum aut relictum, ca-*
*ducum fiebat ibâtque in fiſcum. ideóque Caducaria* Caducaris lex.
*lex Iulia dicta à ibi Vlpiano. Tacitus :* Lege Papia
præmiis inducti * vt ſi à priuilegiis parentum
ceſſaretur, velut parens omnium populus vacan-
tia teneret. *Id eſt, ærarium publicum bona, quibus* Refutatus Vertranius.
*dominus non eſſet, occuparet. Ea enim mens, nec au-* Ferreti iudicium prabrum.
*dio Vertranium emendantem*, ne ſi à pr par. ceſſ. v.
p. o. populus vacantia teneretur. *quæ emendatio* Ræuardi ſententia noua.
*frigidior eſt, vt ille ait, Gallica niue. Ferretum potius*
*audio de corruptione & defectu loci verè indicantem.*
*Prior enim pars ad præmia de atorum attinet : qui-*
*bus ſequentia filo orationis non reſpondent. Ræuar-*
*dus noſter ad l. CCVIII. De Reg. iuris, ex his Cor-*
*nelij verbis efficit, lege Papia diſcrimen nullum fuiſſe*
*inter cælibes orbóſque, & pariter omnes ab heredi-*
*tatibus legatiſque ſubmotos. Diſcrimina quæ deinde*
*reperta, eſſe à Tiberio qui legis eius nexus multos*
*exſoluit & nodos. Ambigo. Illud ſcio, ex Vlpiani tit.*
*XIII. totum hoc zetema definiri potuiſſe : integer*
*exſtaret modò. At nunc nihil præter Indicem eſt,* Diſcrimen videri fuiſſe cælibis, orbi, ſolitarij patris.
De cælibe, orbo, & ſolitario patre. *Et quidem ſi*
*cælibes nihil acceperint, vti certum : orbes ſemiſſem*
*habuiſſe, ſolitarios patres maiorem aliquam portio-*
*nem ratio conſentit.*

CAPVT *de iis quæ coniuges inter ſe capiunt, ad* Decimaria lex inter coniuges.
*fine priori. Vlpianus tit.* XV. Vir & vxor inter ſe de-
cimā matrimonij nomine capere poſſunt. Quod
ſi ex alio matrimonio liberos ſuperſtites habeat,
præter decimam quam matrimonij nomine ca-
piunt, totidem decimas pro numero liberorum Interdum tamen ſolidū capiunt.
accipiunt. *Vide eundem Vlpianum titu.* XVI De
ſolidi capacitate inter virum & vxorem. *Cauſ-*
*ſæ enim ſunt, è quibus ſolidum interdum coniuges*
*capiunt:*

*capiunt: quas omnes clarè ibi recenſet Iuriſconſultus. Reſpexit huc Orator vetus:* Placet ergo ô leges diligentiſſimæ pudoris cuſtodes, decimas vxoribus, quartas meretricibus dari? *Decimaria ea lex ſublata, l. II. C. De inf. pœn. cœl. & orbit.*

Sublatæ decimæ.

CAPVT *de bonis libertorum. Vide Vlpianum titul. vlt. & Inſtit. lib. III. Caput item de liberatione operarum: cuius verba l. XXXVII. De operis libert.*

Iura in bonis libertorum, pro ratione liberorum.

CAPVT *de diuortijs. Vt dotem amittat, cuius culpa diuortium factum. Eod. de dote, multa in Comment. Iuriſconſultorum ad Papiam legem. vide leg. LXIIII. Soluto matrimonio. Plura capita omitto ſciens volénſque: quia ad ſubtilitates potius iuris pertinent, quàm cognitionem antiquitatis. Indicem tamen ſubijciam capitum, quæ ſparſa in iure ad hanc legem. Ea ſiquis ornare, augere, calamiſtris etiam volet inurere, liceto. Hoc prædico, Briſſonio aliquo aut Cuiacio ad hanc rē opus eſſe, non dupondio Iuriſconſulto. Scripſerunt ad legem Iuliam & Papiam iſti.*

Modus diuortiis impoſitus. vt ait Suetonius.

Index eorū qui ad Papiā ſcripſerunt, collectus è Pandectis digeſtíſque.

TERENTIVS CLEMENS, *qui ſcripſit libros XX. ſed laudatum tantum inuenio XVIII.*

Terētius Clemens Iuriſc. nō aliud ſcripſiſſe reperitur, præter ad has leges.

E libro I.

E libro II.

*Sumptum caput* CXLVI. *De verb. ſignif.*

E libro III.

*Sumptum caput* LII. *De legat.* II. *cap.* CXLVII. *De verb. ſign. cap.* XXI. *De ritu nupt. cap.* LXI. *De iure dotium.*

E libro IIII.

*Caput* LXXI. *De hæred. inſtitut. cap.* VI. *De vulg. & pupill. cap.* LXVII. *Ad legem Falcid. cap.* LIII. *De legat.* II. *cap.* LXII. *De condition. & demonſtr.*

E libro

Ayuntamiento de Madrid

E libro V.

*Caput* XXXI. *Qui & à quib. manumiſſ. ca.* LXIIII. *De condit. & demonſtr. cap.* CLI. *De verb. ſignif. cap.* XXV. *De donat. inter vir. & vxorem.*

E libro V I.

E libro V I I.

E libro V I I I.

*Caput* XIIII. *De operis libert. cap.* XXXII. *Qui & à quibus manum. cap.* XLVIII. *De ritu nuptiarum.*

E libro I X.

*Caput* CLIII. *De verb. ſign. cap.* X. *De iure patron. cap.* XXXVIII. *De bonis libert. cap.* XXIIII. *Qui & à quibus manum.*

E libro X.

*Caput* XXXIX. *De bonis libert.*

E libro X I.

*Caput* CLIII. *De verb. ſignif.*

E libro X I I.

*Caput* XXI. *De liberatione legata. cap.* CX. *De bonis libert. cap.* X. *De adſignand. libertis.*

E libro X I I I.

*Caput* LIIII. *De legatis* II.

E libro X I V.

E libro X V.

*Caput* LIX. *De legat.* II. *cap.* LVI. *De optione vel elect. legata.*

E libro X V I.

*Caput* LXXXII. *De adquir. vel omitt. hered.*

E libro X V I I.

*Caput* XXII. *De lib. & poſthumis: cap.* XVII. *De optione vel elect. legata.*

E li

Ayuntamiento de Madrid

E libro XVIII.

*Caput vnicum, De ademptione libert.*

E reliquis duobus nihil.

Caius IC. ad has leges.

CAIVS, qui ſcripſit libros XV. *omneſque ingenio laudatos.*

E libro I.

*Caput* XVII. *De ſponſalibus.*

E libro II.

*Caput* XXX. *De ritu nuptiarum.*

E libro III.

*Caput* V. *De vulg. & pupill. ſubſtit. cap.* LXIII. *De condit. & demonſtr.*

E libro 4. 5. 6. 7.

E libro VIII.

*Caput* IIII. *De bonor. poſſeſſ. cap.* CXLVIII. *De verb ſign. cap.* XLVI. *De ritu nupt.*

E libro IX.

*Caput* CL. *De verb. oblig.*

E libro X.

*Caput* XV. *De ſuis & legit. cap.* CXLIX. & CLII. *De verb. ſignif.*

E libro XI.

*Caput* XI. *Teſtamenta quemadm. aperiantur; cap.* XIIII. *De iure fiſci.*

E libro XII.

*Caput* LV. *De leg. 2. cap.* XVII. *De manumiſſio.*

E libro XIII.

*Caput* LXXIIII. *De hæredib inſtit. cap.* XXXV. *De ſtatuliberis; cap.* LXVIII. *De condition. & demonſtr. cap.* XIV. *De ſuis & legitimis.*

E libro XIIII.

*Caput* LIII. *De adquir. vel omitt. hæredit. cap.* LVI. *de Leg. 2. & cap.* LVIII.

E li

Ayuntamiento de Madrid

E libro XV.

*Caput* X. *De his quæ vt indign. auferuntur.*

VLPIANVS *ſcripſit ad haſce leges libros* XX. *Citantur in corpore Pandectarum non vltra* XVIII.

E libro I.

*Caput* XLIII. *De ritu nupt. cap.* LXII. *Ad leg. Falc. cap.* VI. *De iure aureor. anul. cap* CXXVIII. *De verb. ſignif. cap.* CCVII. *De diuerſ reg. iur. cap.* IIII. *De colluſ. detegenda.*

E libro II.

*Caput* LXXIX. *De adquir. vel omitt hered. cap.* CXXX. *De verb. ſignif. cap.* I. *De concubinis.*

E libro III.

*Caput* CXXXI. *De verb ſignif cap* XXVII. *De ritu nupt. cap.* XI *De diuortijs cap.* IIII. *De iure aureor. anulor.*

E libro IIII.

*Caput* XXIII. *Quando dies legator. cap.* IX. *De captiu. & poſtlim. cap.* CXXXIII. *De verb. ſignif. cap.* CCIX. *De diuerſ reg. iuris.*

E libro V.

*Caput* CXXXVI. *De verb. ſignif. cap.* VI. *De gradib. & affinib.*

E libro VI.

*Caput* XXXI. *De ritu nupt.*

E libro VII.

*Caput* CXXXIX. *De verb. ſignif. cap.* LXIIII. *Soluto matrimonio.*

E libro VIII.

*Caput* III. *De caſtrenſi peculio: cap.* LI. *De legatis* 2. *cap.* CXLI. *De verb. ſignifi. cap.* XXXVI. *De mort. cau. donation. cap.* LXI. *De condition. & demonſtrat.*

Ayuntamiento de Madrid

E libro IX.

*Caput* CXLIII. *De verb ſignif.*

E libro X.

*Caput* XI. *De iure patronat. cap.* CXLV. *De verbſignif.*

E libro XI.

*Caput* XXXVI. *De operis libert. cap.* XXXVII. *De bonis libert.*

E libro XII.

E libro XIII.

*Caput* LXIIII. *ad leg. Falcid. cap.* LIX. *De condit. & demonſtration. cap.* IIII. *De his quæ pro non ſcrip. habentur: cap.* X. *&* XII. *Teſtam. quemadmodum aperiantur: cap.* LXXXI. *De adquir. vel omitt. heredit.*

E libro XIIII.

*Caput* IX. *De his quæ vt indign. aufer.*

E libro XV.

*Caput* XXXVII. *De mort. cau. donatio. cap.* XXII. *De vſu & vſufr. legat.*

E libro XVI.

*Caput* IX. *De legatis* II.

E libro XVII.

E libro XVIII.

*Caput* LXXXIII. *De adquir. vel omitt. hæredit. cap.* LXVI. *Ad leg. Falcidiam: cap.* LXI. *De legat.* III. *cap.* XVI. *De iure fiſci.*

Paullus ad has leges.

PAVLLVS *ſcripſit libros decem, ſi credimus Indici Pandectarum priſco. Inuenias tamen citatum* XII. *librum, non ſine errore ſcribæ, vti cenſeo.*

E libro I.

*Caput* XLIIII. *De rit. nup. cap.* 129. *De verb. ſig.*

E li

Ayuntamiento de Madrid

E libro II.

*Caput* LXIII. *Ad leg. Falcidiam; cap.* XXXV. *De operis libert. cap.* XXXVII. *eod. cap.* CXXXIIII. *De verb ſignific. cap.* XLVII. *De ritu nuptiarum, cap.* LXIII. *Soluto matrim. cap.* CXXXVII. *De verb. ſignif.*

E libro III.

*Caput* VIII. *De captiu. & poſtlimin. caput* CXXXII. *De verb. ſignif. cap.* CCVIII. *De diuerſ. reg. iuris.*

E libro IIII.

*Caput* LXXXVIII. *De legatis; cap.* CXXXVIII. *De verb. ſign.*

E libro V.

*Caput* LXXI. *De hered. inſtituend. cap.* VI. *De adim. vel transfer. legatis; cap.* LXXXVIII. *De legat.* III. *cap.* XXIX. *De rebus auct. iud. poßid. cap. vltimum, De iure codicillorum: cap.* XLIX. *De legatis* II. *cap.* IIII. *Pro herede: cap.* LXVIII. *De adquirenda vel omittenda heredit. cap.* LXXX. *eodem.*

E libro VI.

*Caput* XXIX. *De liberatione legata; cap.* 89. *De leg.* III. *cap.* LXV. *Ad leg. Falcid cap.* XXIIII. *Quando dies legator. cap.* XXIX. *De legatis. cap.* 140. CXLII. *De verb. ſignif.*

E libro VII.

*Caput* XIII. *De iure fiſci: cap.* XC. *De legatis* III: *cap.* XXI. *De vſu & vſufruct. cap.* LX. *De condit. & demonſtr. cap.* VII. *Sicut plus quàm per leg. Falc.*

E libro VIII.

E libro IX.

*Caput* V. *De iure aureor. annulorum.*



Ayuntamiento de Madrid

E libro X.

*Caput* XIII. *Siquid in fraud. patroni* : *cap.* CXLIIII. *De verb. ſignif.*

E libro XII. corruptè.

*Caput* II. *De concubinis.*

Marcellus ad has leges.

MARCELLVS *ſcripſit libros ſex. Reperio tantum laudari iſtos.*

E libro I.

*Caput* XXXVIII. *De mortis cau. donat. ca.* XXXII. *De ritu nupt. cap.* XLIX *eodem.*

E libro III.

*Caput* XXXIII. *& L. De ritu nuptiar.*

Iunius Mauricianus, citatur itidem ad has leges.

IVNIVS MAVRICIANVS *ſcripſit pariter libros ſex. Exſtant iſta.*

E libro II.

*Caput* LVII. *De legatis* III. *cap.* XXIII. *De vſu, & vſufr.*

E libro III.

*Caput* XV. *De iure fiſci.*

In Pandectis Ad leges, ſimpliciter: pro, ad Iuliam & Papiam.

*Atque hæc collegi, ſiquid humanitus omiſi, commiſi: adde, corrige, ignoſce. Ex hoc quidẽ ordine quem propoſui, non difficile cognoſcere filium &, vt ſic dicam, continuum* οἰκονομίαν *Iuliæ* Papiæq; *legis. Illud moneo, & fortaſſe primus, in veteri Pandectarum Græcanico indice, has duas* κατ' ἐξοχὴν *& quia in iure plurimi vſus, appellari* ἁπλῶς *leges. Ita legis,* Μαυρικιανοῦ Ad leges *βιβλία* ἕξ. Τερεντίου Κλημέντιος Ad leges *βιβλία* εἴκοσι Μαρκέλλου Ad leges *βιβλία* ἕξ. Γαΐου Ad leges *βιβλία* δεκαπέντε. Παύλου Ad leges *βιβλία* δέκα. Οὐλπιανοῦ Ad leges *βιβλία* εἴκοσι. *& caue aliter acceperis, quàm ad Iuliam & Papiam leges. Argumenta clara: quoniam & numerus librorum ſeriei conuenit, & nuſquam ij ſcriptores*



Ayuntamiento de Madrid

*in Pandectis ſimpliciter Ad leges laudantur, ſed Ad Iuliam & Papiam ſolent. Scies & illud, valuiſſe has leges ad Seueri Imp. æuum, qui non abrogauit quidem, ſed imminuit maxime ea parte, quæ fuit de gignendis liberis. Tertullianus Apol. cap.* IIII. Nónne & vaniſſimas Papias leges, quæ ante cogunt liberos ſuſcipi, quam Iuliæ matrimonium contrahi, poſt tantæ auctoritatis ſenectutem heri Seuerus conſtantiſſimus Principum excluſit? *Cælibatus deinde pœnas ſuſtulit Conſtantinus, propter Chriſtianos παρθενίαν καὶ ἁγνείαν διὰ θεὸν ἀσκοῦντας. Euſeb. in vita Conſtantini, & Sozomenus lib. I. Carpſit Papiam & in parte Theodoſius, vt habes l. I. C. De iure liberorum, & principes ſecuti. Sed nos ſatis exſpatiati, ad lineas redeamus, quod dicitur, & in gradum.*

Seuerus imminuit Papias leges.

Et Conſtantinus Theodoſiuſque.

PAG. 152. Statim turbidis Lepidi rogationibus. *De quibus Florus lib.* IIII. *& quædam Salluſt. in Fragm.*

PAG. 153. Continua per viginti annos diſcordia. *Rotundus numerus, non verus. Nam à Pompeij* II. *conſulatu ad Auguſti* VI. *ſunt inter anni* XXIIII.

Numerus non exactus.

Lege Papia præmiis inducti. D*elatores ſcilicet accuſatoreſque. Suetonius Nerone, cap.* X. Præmia delatorum Papiæ legis ad quartas redegit. *vt appareat præmia magna fuiſſe, & forte aut tertiam aut ſemiſſem.*

Præmia delatorum in Papia.

Multotúmque exciſi ſtatus. *Hoc eſt quod antea dixit*, omniſque domus delatorum interpretationibus ſubuertebantur. *Et calumniæ multæ ius hac lege circa ingenuitatis iura, & ſimilia: vt periclitaretur non dubie multorum ſtatus. Plinius Panegyrico, de hiſdem:* Vidimus delatorum iudicium, quaſi graſſatorum, quaſi latronum. Non ſolitudinem illi nouerat, ſed templum ſed forum

Seges calumniarum lex Papia, propter fiſci iura.



Ayuntamiento de Madrid

inſederant : nulla iam teſtamenta ſecura, nullus
ſtatus certus, non orbitas, non liberi proderant.
Plinius emendatur. Auxerat hoc malum Principum auaritia. Aduer-
tiſti oculos *&c. Quibus in verbis emendo,* Non ſo-
litudinem illi, non iter. *quod preperam coaleuerat,*
nouiter. *Itinera ſanè inſident obſidentq; graſſatores.*

Virgintiuiratus capeſſendi neceſſitas. Vtque munere capeſſendi vigintiuiratus ſol-
ueretur. *Non ergo aditus ad maiores honores, niſi illo*
*adepto? Apparet ex his verbis, niſi ea Taciti mens*
*eſt, vt ſolueretur legibus in capeſſendo vigintiuiratu.*
*Dictio ſubobſcura eſt. Vigintiuiros aperuit nobis ſo-*
Qui ſint XX. viri. *lus Dio* LIIII. *Triumuiros Monetales, Triumuiros*
*Capitales, Quattuoruiros viales,* *Decemuiros Stliti-*
*bus. Instituti ſunt ab Auguſto, anno* DCCXLI.

Quinquennio maturius quàm per leges Quæſi-
Manutius de Legibus. turam peteret. *Vides ergo quàm aberret vir doctus*
*& Italiæ ſuæ Suada, qui negat legitimam vllam æta-*
Aetas Quæſturæ certa fuit. *tem Quæſturæ fuiſſe. Fuit. præter hunc locū, Spartia-*
*nus in Iuliano* Quæſtor, ante annum quam legiti-
ma ætas ſinebat, deſignatus eſt. *Suetonius in Ca-*
*lig. cap. 1.* Quæſturam quinquennio antequam
Quænā illa? * Aut certe vigeſimum quartum, argumēto clarō, quòd Tiberius Quæſtor fuit vndeuiceſimū annū agens, ait Velleius. Atqui ille ipſe non niſi quinquēnio maturè creatus, quam per leges, vt Dio per leges liceret, & poſt eam Conſulatum ſtatim
geſsit. *Sed quænam illa? Opinor Auguſti, & deinceps*
*æuo, fuiſſe annum * vigeſimumquintū. Certè non in-*
*trà argumento Quinctiliani verborum lib.* XII. Cal-
uus, Cæſar, Pollio, multo ante quæſtoriam om-
nes ætatem grauiſsima iudicia ſuſceperunt. *At-*
*qui anno,* vnoetuigeſimo Cæſar Dolabellum, alte-
ro & vigeſimo Aſinius Pollio C. Catonem, non
multò ætate antecedens Caluus Vatinium iis o-
rationibus inſecuti ſunt, quas hodiéque cum ad-
miratione legimus, *aut alibi idē ſcriptor. Nec multum citrà. quia reperio Catonem* XXIX. *ætatis, Grac-*
*chum vigeſimoſeptimo Quæſturam geſſiſſe. Plinij lo-*
*cus eſt, qui* XXII. *adſtruere videatur, ad Traianum:*
Cau

Ayuntamiento de Madrid

Cautum eſt domine, Pompeia lege nequis capiat magiſtratum néue ſit in Senatu minor annorum XXX. Secutum eſt dein edictum Diui Auguſti, quo permiſit minores magiſtratus ab annis duobus & viginti capere. *Sed cùm is ad prouincias, & propriè ad Bithyniam ſpectet, nihil muto. Quòd verò diſertè finierim vigeſimum quintum: inducit me Dio lib. 52. Qui ex decreto Mæcenatis (quod ſecutus haud dubiè Cæſar, aut vt melius dicam, accommodata a Dione tota oratio illa ad formam reip. Auguſteæ) Senatoriæ ætati definit annum* XXV. *Quæſtura autem primus gradus in Senatum: illa ergo etiam Quæſtoria ætas. Colligas & non obſcurè idem ex l.* II. *De minoribus.*

notat clarè LIII. & Tacitus ſtatim: Ergo legitimus Quæſtoriæ annus vt detur 24.

Annum XXV. aut XXIIII. fuiſſe.

Senatoria ætas.

Prætendebat ſibi atque fratri decreta eadem. *Vide Dionem de Tiberio, lib.* LIII. *in actis anni* DCCXXX. *de Druſo lib.* LIIII. *actis anni* DCCXXXV.

Quo primum die forum ingreſſus eſt, congiarium plebi. *Id eſt, Tyrocinij die, ſiue togæ virilis, quo, a ſpicij cauſſa, tyrones à patre proximiſque ſollenni officio in forum deduci, & inde in Capitolium ſolent, Notat Plutarchus in Bruto: & Valerius Max. lib.* V. *cap.* IIII. M. Cotta eo ipſo die quo togam ſumpſit virilem, protenus vt è Capitolio deſcendit, C. Carbonem, à quo pater eius damnatus fuerat, poſtulauit. *Suetonius in Auguſto:* Duodecimum & decimumtertium conſulatum magno, id eſt, XVII. annorum interuallo, vltrò petiit, vt Caium & Lucium filios ampliſsimo præditus magiſtratu, ſuo quemque tyrocinio deduceret in forum. *In Tiberio:* Romam reuerſus, deducto in forum filio Druſo. *Munera etiam ſportuláſque dari tyrocinio ſolere, obſeruabis hic ex Tacito, & Suetonij Nerone, cap.* VII. Deductus in forū tyro, populo con-

Tyrocinij dies ſollennis.

In forū Capitoliumque ab agnatis deducebantur tyrones.

Sportulas dabant.

garum, militi donatiuum propoſuit. *& Calig. cap. X. Nec in principum modò liberis, ſed vulgò id ſeruatum, diſce ex Plinio lib. X. Epiſt.* Qui virilem togam ſumunt, vel nuptias faciunt vel ineunt magiſtratum, ſolent totam bulen atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare, binoſque denarios vel ſingulos dare.

Etiam vulgò.

Seiani filia Claudij filio deſponſa.

PAG. 154. Quòd filio Claudij ſocer Seianus deſtinaretur. *Explicat Suetonius Claudij cap. 27.* Druſum Pompeiis impuberem amiſit, pyro per luſum in ſublime iacto & hiatu oris excepto: *cui & ante paucos dies Seiani filiam deſpondiſſet. ita enim eum locum in Antiquis olim reſtituimus. Vide infrà, initium libri IV.*

* Fortè leg. *enim et.*

Pro cenſore legebat equites.

Cenſoria etiam poteſtate legendis equitum decuriis functus. *Manifeſte illud intellegit, quod Auguſtus inſtituit, Triumviratum recognoſcendi equites? de quo Sueton. cap. XXXVII. An potius lectas ab eo decurias iudicum vult, (quod cenſorium olim munus) honore à Principe dato?*

Loca in Circo non diſcreta Patribus.

Prim⁹ Claudius deſcripſit.

Suetonij verba ſtrictius capienda, quàm ut ſonant.

PAG. 155. Quòd ſibi inter ſpectacula gladiatorum loco non deceſſiſſet. *In theatro olim diſcreta loca: nondum, vt vides, in Circo aut Amphitheatro. Aliàs, cauſſa non fuiſſet huic querelæ. Diſcreuit primus Claudius Imp. (& in Circo) Suetonij verba ſunt cap. XXI.)* propria Senatoribus conſtituit loca, promiſcuè ſpectare ſolitis. *Tamen Auguſti temporibus decretum Patrum fuit,* vt quoties quid ſpectaculi vſquam publicè ederetur, primus ſubſelliorum ordo vacaret *Senatoribus, ait idem Sueton. in Auguſt. cap. XLIIII. Sed id in Italia duntaxat fuit firmum.*

Decedere magiſtratui.

PAG. 93. Memorabantur exempla maiorum. *Si animus eſt, conſule Electa mea, capite De lictoribus &*

*& adde quod in Plutarchi Græcis ſcribitur, C. Veturio mortem allatam, quia Tribuno in forum venienti non deceſſiſſet.*

Oratorum ea ætate vberrimus erat. *Dico lib.* VI.

Fraude mancipum & incuria magiſtratuum, plurima per Italiam itinera interrupta. *Mancipes hic, qui vias publicas reficiendas quæſtus ſui cauſſa redimebant. Hyginus:* Viæ publicæ & Curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur. *Lapis Romæ, in hortis Carpenſibus.*

Mancipes, qui dicti.

CN. CORNELIO
CN. F. SAB.
MANCIPI. VIAE. APPIAE.

*Sed qui magiſtratus? credo, intellegit minores, id eſt Curatores viarum qui ab Auguſto. Nam olim Cenſoribus ea cura Cicero de Legibus:* Cenſores vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor. *Deinde Quatuoruiri inſtituti quorum propriè id munus Pomponius De origine iuris:* Eodem tempore & Quatuoruiri qui curam viarum gererent conſtituti. *tempus intellegit, poſt creatum Prætorem peregrinum, qui fuit annus vrbis* DX. *Ij videntur à Varrone non inconcinne dicti Viocuri. Antiqui ergo Quatuoruiri viarum. ſed non ſufficientibus iis, additi duo, factique Seuiri, vti docebo mox ex Dione. Etiam Curatores extra ordinem reperti, quos deſtinabant ſingulis viis. Ita Cæſar Curator viæ Appiæ Plutarcho dicitur: Thermus Flaminiæ, Ciceroni. Auguſtus deinde,* quò plures partem ad miniſtrandæ reip. caperet *(ait Suetonius)* noua officia excogitauit Curam operũ publicarũ Viarũ, Aquarũ. *Sed quomodo noua, ſi antè Quatuoruiri viarum, ſi Curatores? Silent ſcholiaſtæ: ſed verè dicam ego: Curatores ante Auguſtũ, fuere: ſed nec perpetuũ*

Magiſtratus nomen ad Curatores viarũ. Olim cẽſores vias curabãt. Poſt eã Quatuoruiri.

Viocuri, id eſt qui curant vias. Seuiri viarum.

Curatores extraordinarij, viri illuſtres ferè.

Explicatus nodus in Suetonij verbis. Curatores perpetui ab Auguſto.



Ayuntamiento de Madrid

*id, nec certũ munus. Fecit vtrumq; Auguſtus: Quod ad* IV *viros: ſcito diſcretum à Curatoribus eorũ munus. Quatuor viri vias vrbis curabant: Curatores, eas quæ extra vrbem. Docuit me hoc Dio lib.* LIV. *De Vigintiuiris: ubi clarè ſcriptum è Seueris viarum, amotos ab Auguſto duos qui vias curabant extra muros:* τὰς *(ait)* ἔξω τοῦ τείχους ὁδοὺς ἐγχειριζομένους. *(retentos quattuor, qui in vrbe. Ergo ſub Auguſto & Curatores viarum & Quattuoruiri, quorum munera locis regionibuſque diſtincta. Et digniores ſanè Curatores: quia in vias illas grandes extra vrbem, ſumptus & moles maior. Ideò Plinius gratulatur Cornuto de eo munere, lib.*v. *epiſt.* Receſſam in municipium, cùm mihi nunciatum eſt Cornutum Tertullum accepiſſe Æmiliæ viæ curam. Exprimere non poſſum quanto ſim gaudio adfectus & ipſius & meo nomine. *Et in lapidibus paſſim inter alios honores inſculptum,* CVRATORI. VIARVM *aut plurimum,* CVRATORI. VIAE. APPIAE. *Salariæ, Flaminiæ &c nominibus expreſſis. quia ferè Curatores dabantur certis viis, vni pluribuſue. Et hos quidem Curatores fuiſſe cenſeam, à quibus mancipes redimebant, & quorum negligentia hîc culpata.*

Diſcrimen inter IV. viros & Curatores.

Curatores digniores habiti.

Certis viis ad tributi.

Executionem eius negotij libens ſuſcepit. *Non nunc tantum, ſed & poſtea iterum ſub Caio: & vir cetera magnus, hæſit in his calumniæ ſordibus, bonis omnibus inuiſis. Vide Dionem, lib.* LIX.

Corbulonis prima fama non bona.

PAG. 156. Quod exitioſum multis, quorum in pecuniam atque famam damnationibus & haſta ſæuiebat. *In poſſeſſorum videlicet, qui agros haberẽt viæ vicinos. Quæſtiam enim in vias collatitia pecunia tuteri finitimi arcebant. vt vulgò hodie. Hyginus manuſcriptus:* Viæ publicæ auctorum nomina obtinent, & Curatores accipiunt, & per redemptores muniuntur, Nam & quarundam tutelæ, à poſſeſſori

Poſſeſſorum vias reficere.

Ayuntamiento de Madrid

ſoribus,per tempora,certa ſumma exigitur.

Nequem magiſtratum cui prouincia obueniſſet,vxor comitaretur. *Olim id inſolens Declamatores apud Senecam patrem, lib.* IX *Controu* II. *de Flaminio.* Hic eſt Flaminius qui exiturus in prouinciam, vxorem à porta dimiſit. *& alius:* In hoc tecum vxorem non miſimus, vt ſalua prouincia ſit, optemus meretrici bonam mentem, *ita lego locũ eum & diſtinguo, Nec in crebro vſu etiam temporibus Auguſti. vt ex Suetonij verbis apparet, ca.* XXIV. Diſciplinam ſeueriſſimè rexit. ne Legatorum quidem cuiquam, niſi grauatè, hiberniſque demum menſibus, permiſit vxorem inuiſere. *Sed irrepſit: & Germanico Agrippina in prouincijs comes, ipſi Auguſto Liuia.*

Vxores non comitabãtur maritos in prouincias. Seneca pater correctus.

Mutatum id ſub Auguſto.

Plures per prouincias quadraginta ſtipendia expleuiſſet. *Eſt ergo idem ille Cæcina de quo ſuprà lib.* I. Quadrageſimum id ſtipendium Cæcina parendi aut imperitandi habebat.

Quis Cæcina.

PAG. 157. Præſediſſe nuper feminam exercitio cohortium. *Tangit Placinam. ſuprà,* Nec Plancina ſe intra decora feminis tenebat, ſed exercitio equitum decurſibus cohortium intereſſe.

Plancina viriita munera obit.

PAG. 158. Tot communium liberorum parente. *Non plus trium. Infrà.* Eſſe illi coniugem, & tres liberos.

Quot liberi Druſo.

M. Lepidum & iunium Blæſum. *Duóne ergo Lepidi eo tẽpore prænominibus iiſdem? Nam alius certè ab iſto, qui Proconſul Aſiæ pagina ſuperiore. Non cenſeo. Manium cenſeo prænomen fuiſſe huic, non Marcum, facili ſcriptorũ in nota ea lapſu. Et herclè Manium Lepidum ſupra reperies clarè, Lepidæ, quæ damnata, fratrem. Diuerſa etiam ingenia iſtorum. Marcus ignauus, ſocors: Manius, prudens, grauis, ſanis aliorum adulationibus aduerſus. quem Tacitus ex*

Duo fortaſſe Lepidi, Manius & Marcus.

Diuerſis morbus ingeniiſque.



Ayuntamiento de Madrid

*profeſſo laudat lib.* IV. *Repono ergo vbique Manium in eo Lepido qui in Senatu & in vrbe.*

Ad aram cō-fugere mos Græciæ.

PAG. 159. Incredebat deterrimo cuique licentia impunè proba & inuidiam in bonos excitandi, arrepta imagine Cæſaris. *Græci moris fuit, ad vim iniuriámque arcendam, confugere ad templa, ſtatuas, aras. Eo genere tutelæ frequenter ſupplices vtebantur; frequentiſſimè ſerui. Euripides.*

Supplices id faciebant & ſerui.

—ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν,
Δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν. —

*Seruulus apud Plautum:*

Ego interim hanc aram occupabo.

Tibullus explicatus.

*Tibullus alludens,*

Et Veneris ſanctæ conſidam vinctus ad aram

Theſei aſylum.

*Et bene, conſidam quia ſupplicum, ſedere. Nec diu modò is honos, ſed etiam heroibus quibuſdam, vt Theſeo Athenis Plutarchus:* κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον, ἔστι δὲ φύξιμον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις καὶ δεδιόσι κρείττονας. *Romam ſero, vt cenſeo, migrauit ille mos nec libera rep. quidquam reperio, præter Romuli aſylum. Sub Imperatoribus tamen increbuit: & eorum ſtatuæ imagineſq. paſſim perfugium ſeruis. Seneca De clementia lib.* I Seruis ad ſtatuam licet confugere. cùm in ſeruum omnia liceant, eſt aliquid quod in hominem licere commune ius animantium vetet. *Vlpianus in Pythœnis Fragmentis:* Idcóque cognoſce de querellis illorum qui ex familia Iulij Sabini ad ſtatuam confugerunt, & ſiue duriùs habiti quàm æquum, vel infami iniuria adfectos cognoueris, venire iube, vt in poteſtatem Sabini non reuertantur. *Etiam ingenui, iniuria ac ſerui. Suetonius in Aug.* Antonium iuuenē ſimulacro Diui Iulij, ad quod poſt multas & irritas preces confugerat, abreptum interemit. *In Tiberio, de Agrippina:* Nouiſſi

Romam quando id cœperit.

Imperatorū ſtatuæ, perfugium.

Ad ea ingenui confugebant.



Ayuntamiento de Madrid

uiſſimè calumniatus modò ad ſtatuam Auguſti, modò ad exercitus cōfugere velle. *Réſque eo euaſit, vt non periculi ſolum fuga, imago Imperatoris eſſet, ſed calumniæ occaſio. Ea irrepta, inferre iniuriā licebat, non ſolum vitare. Vides hic in Tacito: & eleganter in Philoſtrato De vita Apollonij lib. I.* Erat, *ait*, apud Aſpendios aſylum Tiberij, ſtatueque ſanctiores illis in locis venerabilioréſque quàm Iouis Olympij ſimulachrum habebantur. ita vt impietatis damnatus quidam fuerit, quod ſeruum ſuum verberaſſet, qui drachmam argenteam Tiberij imagine ſignatam geſtabat. *Itaque ſubuenerunt mox lege: &*, Ne ad ſtatuas vel imagines quis confugiat, Senatus cenſuit: eumque qui imaginem Cæſaris in inuidiam alterius prætuliſſet, in vincula publica coerceri Diuus Pius reſcripſit. *ait Calliſtratus l.* XXVIII. *De pœnis. Sed & ſtatuæ deorum eodem iure. itaque quibuſdam adſcriptum, à ſeruo non tangi. Lauinij, marmorea baſis:*

Hoc prætextu ad calumnias abuſi.

Philoſtrati egregius locus.

Perfugium illud vetitum.

Vide l. vnic. C. De his qui ad ſtat. conf. Statuarum quarūdam ius eximium.

MAVORTIO
SACR.
HOC. SIGNVM
A. SERVO. TANGI
NEFAS EST.

Neue ipſe audeat ius experiri. *A gloſſa videtur, Ius. Experiri enim, pro iure agere, frequentiſſimum priſcis.*

Conuictámque attineri publica cuſtodia iuſſit. *Publicam cuſtodiam, puto carcerem: diſcretámque à militari.*

Cuſtodia publica.

PAG. 160. Diem ædificationibus, noctem conuictu conuiuiis traheret. *Veráne hæc lectio? ſi eſt, interpretor in Druſo notari ſtudiū ædificandi, & crebras inſa*

Aedificationes in vitio.

*inſanáſque ſubſtructiones. ex ſententia ſcriptoris Græci apud Suidam* οἰκοδομήματα ἄσυλα καὶ δαπανηρὰς λειτουργίας χαίρειν ἐάσαντας χρηστῆς ἀρχῆς ἀρχὴν ψηκτέον γδ, ὁ ἄρχων ὁ χαίρων οἰκοδομήμασιν οὐ πρέπων. *Nam hoc tolerabile, praquam illud Ferreti.* Ædificationibus, *ait*, pro eo quod eſt eme|ndandis rebus: niſi in verbo mendum ſit. *Sed eſt profectò, me quoque iudice, mendū. Quis enim apud Romanos viro principi ædificationes vitio dedit? laudi potius: vt M. Agrippæ, Auguſto, aliiſque. Et vt vitium ſint: quis ſcriptor id prodidit de Druſo? cuius monumentum vllum ædificiumue ſuſpicione non tango: Lego,* editionibus, *conuenienter ſanè ad Druſi mores. Nam Editiones, propriè ſpectacula muneráq; Editores, qui ea præbent, vti in Saturnalibus dixi. Diem ergo trahebat Druſus editionibus ſiue ſpectaculis: noctem, conuiuiis epuliſque. Notant vtrumque id vitium in eo ſcriptores. Noſter ſuprà:* Edendis gladiatoribus Druſus præſedit, quanquam vili ſanguine nimis gaudens. quod in vulgus formidoloſum & pater arguiſſe dicebatur. *Vbi vides deſcribi ſtudium eius in gladiatores, non ſine ſæuitiæ nota. Nec in gladiatores modò, ſed hiſtriones, ſcenicóſque. Dio:* τοῖς τε ὀρχησταῖς οὕτω προσέκειτο, ὥστε καὶ στασιάζειν αὐτούς, καὶ μηδ' ὑπὸ τῶν νόμων, οὓς ὁ Τιβέριος ἐπ' αὐτοῖς ἐσενηνόχει, καθίστασθαι. *Id eſt:* Pantomimis adeò deditus fuit, vt & ad ſeditiones concitaret eos, neque legibus, quas Tiberius ſuper iis tulerat, parere ſineret. *Iterum:* τῷ δὲ Δρούσῳ τῷ υἱεῖ, καὶ ἀσελγεστάτῳ καὶ ὠμοτάτῳ ὥστε καὶ τὰ ὀξύτατα τῶν ξιφῶν Δρουσιανὰ ἀπ' αὐτοῦ κληθῆναι, ὄντι, καὶ ἤχθετο, καὶ ἐπετίμα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ πολλάκις. *Id eſt,* Druſo autem filio, cùm petulantiſſimus & crudeliſſimus eſſet, (adeò, vt gladij acutiſſimi, Druſiani ab eo vocentur) vehemen

Ferreti ridicula interpretatio. Refutata vulgata lectio.

Correctio in Tacito.

Druſi vitia duo, Ebrietas & Crudelitas. Studiū eius in gladiatores, & ſcenicos.



Ayuntamiento de Madrid

hementer ſuccenſuit, publicéque ac priuatim ſæpe inclamauit. *Crudelis ergo Druſus, & ideò cruentis illis ſpectaculis gaudens: quæ ſibi non in publico ſolum, vt opinor, ſed ſæpe domi repræſentabat & in hortis. De ebrietate eius, vide eũdem lib.* LVIII. *Hæc Taciti mens, hæc lectio: me quidem iudice. Sed qui gladij illi Druſiani, quos* Dio *nominat? Liceat enim ἐν παρέργῳ lucem facere optimo ſcriptori: qui ſæpe nobis. Ego non alios cenſuerim, quàm illos quibus vſi gladiatores. Mos enim, vtruſquàm paria committerentur, vt ſicæ ſiue gladij quibus pugnaturi, Editori publicè exhiberentur, ſatiſne eſſent acuti. Suetonius in Tito, cap.* IX. *de coniuratis duobus:* Ceterùm ipſos nõ ſolùm familiari cœnæ adhibui, ſed & inſequẽti die, gladiatorũ ſpectaculo, circa ſe ex induſtria collocatis, oblata ſibi ornamenta pugnantium inſpicienda porrexit. *Ad quem locum nihil videre interpretes (quod per gratiam eorum dicam) ſcio. Intelligit Suetonius hoſ ipſos gladios, ex more iam dicto: ideòque Victor,* petiiſſe eum gladium dicit, quaſi ad explorandam aciem. *Sed apertius ipſe* Dio *in Nerua, de Craſſo & Calpurnio:* παρεκαθίσατο δὲ αὐτοὺς ἐν θέᾳ ἀγνοοῦντας ὅτι καταμεμήνυνται, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ξίφη, λόγῳ μὲν ἵν' ἐπισκέψωνται αὐτὰ, ὅπερ εἰώθει γίγνεσθαι, εἰ ὀξέα ἐστὶν, ἔργῳ δὲ ἐπιδεικνύμενος ὅτι οὐδὲν αὐτῷ μέλει, &c. Collocauitque eos in ſpectaculo quondam iuxta ſe, ignaros quòd proditi eſſent, iiſque gladios tradidit, verbo quidem vti inſpicerent (quod fieri ſolitum) ſatiſne acuti eſſent: re autem vera vt oſtẽderet, *&c. Cauſſa ergo huic quaſi prouerbio, quòd cum* Druſo *crebrò edenti gladiatores, gladij explorandi offerentur: non admittere ſolitus niſi acutiſſimos ſit. Iure ergo ille ſanguinarius: lenißimus contra M. Antoninus, qui gladios acutos iis non permiſit, ſed hebetes dumtaxat & obtuſos.*

Gladij Druſini in prouerbio.
Qui fuerint.

Mos exhibēdi gladios editori.

Suetonius explicatur.

Cauſſa agnominationis illius.

Idem Dio in M. Antonino.

Cæla

*Correctus Tacitus. Lib. V cap. XXIV. & nominat Aſtos etiam Strabo, lib. VII. inter Thracas.* *Dij populi.*

Cælaletæ, Odruſæque, & alij *A Plinio* Celætæ *dicuntur: à* Dione *lib.* LIV. (Κοιλαλῆται), *ſed corruptè. Qui autem, Alij? Populi nomen, ſed peruerſum. Placuit in Epiſtolicis, Aſtij, reponi: & cauſſam vide. At nunc verum cenſeo,* Dij *quæ vox abiit in, alij, linea tantùm diducta. Similis error notatus mihi infrà, in Agricolæ vita.* Dij *autem montani* Thraces. *Locuples auctor Thucydides lib.* II. παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρακῶν πολλοὺς, οἳ Δῖοι καλοῦνται, τὴν Ῥοδόπην οἱ πλεῖστοι οἰκοῦντες.

*Philippopolis.*

PAG. 161. Philippopolim. *Deſcribit eam Strabo lib.* VII. *in Aſtorum regione* ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ τῶν Ἀστῶν ἔθνος, (*ex Liuio* Ἀστῶν *leg. eſſe cen.*) πόλις Καλύβη, Φίλιππος ὁ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσατο. *id eſt:* Superiacet Byzantium Aſtorum gens, in qua oppidum Calybe, in qua Philippus Amyntæ F. peſſimos quoſque collocauit. *Dicta eadem eſt, Trimontium, Poneropolis,* δουλῶνπολις, *cauſſis claris è Strabone.*

*Et variè dicta.*

*An hic Velleius hiſtoricus.*

P. Velleio. *Sunt qui illum velint eſſe, cuius Breuiarium hiſtoriæ in manu: ſeruum, dictum, quantumuis opus, ſed plenum adulationis fœdiſſimæ, cuius me pudet. Nec abnuerim, qui ille ſit Marcus ſeruitii tam proiectæ auctor ad res magnas: quanquam modicus originis, vt ipſe fateri videtur, & diu tantum Trib. militum poſteà tamen præfectus Tib. Cæſaris per nouem annos aut Legatus, vt ipſe lib.* II. *Prænomen tamen illi in vulgatis libris eſt, Caius: nec id miror. Nam Priſcianus lib* VI. *eundem Marcum appellat: noſter hic Publium. Quàm confuſi illa ſoleant doctus ſcio.*

*Diſſenſus in eius prænomine.* *Acilius viuus combuſtus.*

P A G. 162. Acilius Auiola legatus. *Hic ille ipſe, quem Plinius inſigni exemplo, elatum in rogum reuixiſſe tradidit. & quia ſubueniri non potuit, viuum exuſtum. Nam quod Onufrius aliique ad illum*

Ali

*Acilium referunt, qui conſul extremus Claudio deſi-nant licet errori. Manifeſtus* διαχρονισμὸς *eſt. Nam ecce Valerius (quem ſcripſiſſe omnes ſcimus Tiberio imperante) lib. I, cap. VIII. eandem hiſtoriam recenſuit. Quomodo autem ille operi inſeruerit, quod poſt Claudium geſtum?*

Nõ ille, quē cenſet Onuſtius Beroaldus aiu jue.

Viſellius Varro. *Nominatur in lapide Romæ,*

L. VISELLIVS. C. F. VARRO

CVRATOR. RIPAR. ET. ALVEI. TIBERIS. *Idēne an alius?*

Viſellius Varro.

Vulgus obæratorum aut clientium. *More Galliæ V. de Cæſarem commentar. I. Varronem de Re ruſt. cap. XVII.*

PAG. 163. Nobiliſſimam Galliarum ſobolem, liberalibus ſtudiis ibi operatam. *Digna res nota, quod iam tunc ea vrbs hoſpitium Muſarum. Nam Rhenano quæ laus mens fuit, cum gloriam eam transferre voluit ad Auguſtoclinienſes? Scilicet indigni hac gloria nos Galli. Ille autem ecce in Oratione Eumenij Rhetoris, quã eſt?* Merentur & Galli noſtri, vt eorum liberis quorum vita in Auguſtodunenſium opido ingenuis artibus erudirur *&c. contra veterem editionem reſcribere audet* Auguſtoclinienſium, *itaque edidit. Os pugilis. Scilicet tota ea oratio in Clinienſium ſcholis inſtaurandis occupatur: quarum memoria (niſi apud hunc dormitatorem) nuſquam aut nomen. Adſero tibi tuam gloriam Auguſtodunum: vel vno illo, quem non vitabit ipſe. Scriptum ibi enim:* Ciuitatem iſtam & olim fraterno populi Romani nomine gloriatam. *Qui autem è Gallis, fratres populi Romani, præter Aeduos? quorum hæc vrbs caput. At e-miro ibidem ſcriptum (id nuper homo amicus mihi obiiciebat)* latrocinio cam Batauicæ rebellio

Auguſtodunum, Muſarum domus.

Rhenani temerariũ facinus.

Vero argumento ..atus ...tatus.

Aedui fratres Rom.

Solutio obiectionis a viro docto oppoſitæ.

Panegyriſtes veriſsime correctus.

Bagaudæ latrones Diocletiani tempore.

lionis obſeſſam fuiſſe. *quod vix conuenire putabat in Æduos, qui à Batauis ſiti lōgo in interuallo. Sed viro facilè petitionem eius, & diſcedo latere tecto. Nam corruptus locus, ſcribóque.* Bagaudicæ rebellionis. *Batauí latrones nunquam ad ea penita loca: nec latrocinij Batauici mentio in mediterraneis, ſub id æuum. At de Bagaudis, auctores credendi qui res ſcripſerunt Diocletiani. Victor:* Námque vbi comperit Carini diſceſſu Helianum Amandúmq; per Galliam excita manu agreſtium ac latronū, quos Bagaudas incolę vocant, populatis latè agris pleráſque vrbium lentare: Maximianum Imperatorem iubet. *Vide & Oroſium lib.* VII. *vbi tamen,* Baticatæ *in manuſ. codice qui apud me eſt, legitur, ſicut* & Baccharidæ *in Euſebij Chronicis. Spernimus ergo Auguſtoclinienſes, Rhenani colonos nouos: & Maniana illa Auguſteduni conſtituimus, vt hic ex Tacito vides, vetuſtiſſima poſt Maſſiliam, bonarum artium ſede.*

Gallici gladiatores.

E ſeruitiis gladiaturæ deſtinati. *E Gallia genus gladiatorum, qui mirmillones: quorum arma hic deſcripta. Vide Saturnalia noſtra.*

Clibanatij.

Crupellarios vocant. *Non alibi ea vox mihi lecta. Haſne* Clibanarios *ſcribendum eſſet. Nazarius in Laudatione Conſtantini.* Quæ enim illa fuiſſe dicitur ſpecies: quàm atrox viſu? quàm formidoloſa? operimento ferri equi atque homines pariter obſepti, Clibanariis in exercitu nomen eſt: ſupernè omnibus tectis, equorum pectoribus demiſſa lorica & crurum tenus pendens, ſiue impedimento greſſus à noxa vulneris vindicabat. *Ammianus lib.* XVI. Sparſi quæ cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant *Iterúmque:* Notant enim licet prudentem ex equo bellatorem

cum

cum clibanario noſtro congreſſum, tegminibus ferreis abſcondito bellori nocere non poſſe. *Non auſim tamen mutare: & fortaſſe* * *Crupellarij peditès fuerunt, non equites. Sane ex Taciti narratione non colliges pugnaſſe eos ex equo.*

Crupellarij qui.

* In Gloſſis, *Cruppas*, χορία dicuntur: & Cruppus, χοῖρος, παχύς.

Quattuor & ſexaginta Galliarum ciuitates deſciuiſſe. *In certas gentes videmus Galliam diuiſiſſe. Strabo, lib. IIII. Lugduni aram Augusto extructam ait, a communi Galliarum inſcriptione LX. gentium. Quod in Nummis etiam M. Antonij legimus, LVGDVNI. A. XL. libentius ad gentium numerum retulerim, quam vt alij ad annorum coloniæ conditæ. Appianus in Celtice ampliore numero,* ἔθνη τετρακόσια, in Galliis ponit, πόλεις ὑπὲρ ὀκτακοσίας.

Galliarum gentes certo numero. Quadringentæ Appiano.

PAG. 165 Neque oculis neque auribus ſatis competebant. *Liuius lib.* V. Romani ne auribus quidem neque oculis ſatis conſtare poterant.

Competere auribus.

PAG. 166. Conſulatum ſub Diuo Auguſto adeptus. *Conſul fuit anno vrbis* DCCXLII. *cum M. Valerio Meſſalla. Quirinius a Dione, Ioſepho, Tacito conſtanter appellatur: vt mirer cur maluerit Onufrius, Quirinus.*

Quirinius Conſul.

Mox expugnatis per Ciliciam Homonadenſium caſtellis inſignia triumphi adeptus. *Tangit hiſtoriam ſolus, quod ſciam, Strabo, lib.* XII τοὺς δὲ ὁμοναδέας κυρῖνος ἐξεπόρθησε λιμῷ, καὶ τετρακισχιλίους ἄνδρας ἐζώγρησε καὶ συνῴκισεν εἰς τὰς ἐγγὺς πόλεις. τὴν δὲ χώραν ἀπέλιπεν ἔρημον τῶν ἐν ἀκμῇ. *id eſt:* Homonadenſes autem Quirinius fame expugnauit, quattuor millia virorum cepit & in vicinas vrbes diſtribuit, regione ſpoliata omni iuuentute.

Quirinij expeditio in Homonadenſes.

Datúſque rector C. Cæſari Armeniam obtinenti. *Dein etiam poſt in Syriam miſſus ad cenſus deſcribendos. de qua re multa Ioſephus, lib.* XVIII.

Quirinius in Syria.



Ayuntamiento de Madrid

*cap. I. II. & ſeq. Et mentio eius apud Lucam in hiſtoria ſacra.*

Tacitus correctus. Lollius rector C. Cæſaris. In carptorem meum.

Incuſato M. Lollio. *Ita emendaui olim, cum vulgò eſſet* M. Folio. *Huius emendationem facilè ex hiſtoria, quæ apud Suetonium:* Namque priuignum Caium Orienti præpoſitum, cùm viſendi gratia traiecisset Samum, alieniorem ſibi ſenſit ex criminationibus M. Lollij comitis & rectoris eius. *Item Plinium, lib. IX. & Velleium, lib. II. Fuit enim hic Lollius C. Cæſari rector, quo more principibus iuuenibus etiã nunc dantur: & poſt illum, P. Sulpicius Quirinius, Tiberij amicus. Ceſſa errori, quòd in prioribus libris ſine geminatione fere,* Lolio. *Hæc notata mihi olim. ſed (videte, an indignaberis lector?) ecce qui auferat ſibi. Cauſſam lege Fabia dicam, credo. Cenſura, non es tanti, ſed tamen ego te appello Victor Gyſeline, te Ione Bernarte, amicos meos, ſed qui fidem amatis, & quos fides. Vobis vita mea ſemper patuit: vobis tam tũc cognita dicta mea, facta, ſcripta. Sponſione prouoco, nõ pleraque ex ijs Notis, ante viſum illum, viſa vobis. Quamdiu ero, non moueor his (verũ enim dabo) nugis, & conſcientia mea mihi, διὸς ψῆφος, vt aiunt Græci. Cùm non ero, vos habete hoc voluntatis meæ fidei commiſſum, & per famam veſtram, videte vt fama mea illæſa ſit. Merui certè.*

Error ex adhæſu prænominis.

C. Lutorium Priſcum. *Vulgò,* Clutorium. *Sed Dio auctor ſic emendandi, apud quem eſt,* γάϊος λουτώριος. *Error ex adhæſu notarum, vt in Plinij epiſtolis,* Tumidius Quadratus, *pro, T. Vmidius: infra* Panteius, *qui eſt, P. Anteius. Mentio huius aut alterius Lutorij apud Plinium, lib. VII. cap. XXIX. vbi tamen malè,* Sutorio Priſco.

PAG. 167. Ne ſeruiles quidem cruciatus. *Id eſt, patibula crucéſque.*

Deprecaretur tam præcipitis verborum pœnas.

nas. *Rectè, quia verba, non facta Lutorij pœna adfecta ſunt. Nec malè tamen*, reorum pœnas, *argumento decreti, quod ſequitum.*

Coniectura in Tacito.

PAG. 168. Ne decreta patrum ante diem decimum ad ærarium deferrentur. *Intercciderat nota numeri, quã nos certis auctoribus reſtituimus. Suetonio in Tiber. cap.* LXXV. Nam cùm Senatuſconſulto cautum eſſet, vt pœna damnatorum ſemper in decimum diem differretur. *Dione lib.* LVII. *καὶ δόγμα τι παραδοθῆναι ἐκέλευσε, μήτ᾽ ἀποθνήσκειν ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τ᾽ καταψηφισθέντα ὑπ᾽ αὐτῶν, μήτε τὸ γράμμα τὸ ἐπ᾽ αὐτοῖς γιγνόμενον, ἐς τὸ δημόσιον ἐντὸς τ᾽ αὐτοῦ χρόνου ἀποτίθεσθαι. Nec aliud Seneca ſenſit, De Tranquillitate.* 1. *cap.* XIV. Crediſne illum decem medios vſque ad ſuppliciũ dies ſine vlla ſolicitudine exegiſſe? *Manſiſſe videtur id decretum, donec Theodoſius Imp. clementiſſimè conuicto & damnato reo dies indulſit triginta vitæ: in l. Si vindicari C. De pœnis. Sidonius ergo non abſit quin falſus ſit, lib.* 1. *Epiſt. quid id tribuit SC. Tiberiano.* Ex vetere, *inquit*, SC. Tiberiano triginta dierum vitam poſt ſententiam trahit.

Pœna damnatorum in x. diem dilata.

Seneca explicatus.

Theodoſius xxx. dies dedit.

Sidonij memorialis error.

Ad ærarium deferrentur. *In ærario tabulæ publicæ & acta Senatus. Liuius lib.* XXXV. Verùm cum ſint notiſſimæ ſibi cum Conſule inimicitiæ, quid ab eo poſſe quenquam æqui exſpectare, qui per infrequentiam furtim factum SC. ad ærarium detulerit? *Nec antè rata, donec delata: interim Auctoritas dicebatur, non SC. vt ex Cicerone & Dione iam alij notarunt. Vide ſimilem in Tacito locum lib.* XIII. *de multis Ædilium.*

Sexcenta ad ærarium deferri ſolita.

Nec rata, niſi delata.

Auctoritas, quid.

Nam incipiente C. Bibulo, ceteri quoque Ædiles diſſeruerant ſperni ſumptuariam legem. *Auguſti ſumptuariam intellegit, de qua Agellius, lib.* II. Poſtremò lex Iulia ad populum peruenit,

Sumptuaria lex Auguſti.



Ayuntamiento de Madrid

Cæſare Auguſto imperante, qua profeſtis quidem diebus ducenti finiuntur: Kalendis, Idibus, Nonis, & alijs quibuſdam feſtis, trecenti: nuptiis autem & repotiis HS millies eſſe. Etiam dicit Capito Atteius edictum Diuíne Auguſti an Tiberij Cæſaris, *&c. quo loco clarum mendum per occaſionem tibi, legóque:* nuptiis autem & repotiis ſeſtertij mille. Eſſe etiam dicit Capito, *&c. Seſtertium millies ad nuptias ut definiat ulla lex? non poteſt: nimis immane eſt. At ſeſtertij mille conueniunt, & συμμετρίαν habent cum numero priore, ducentorum trecentorumq́. Ceterùm hanc Tiberij curam intellexit Plinius lib.* XXXIII. *cap.* II. *hoc diuerſus, quod C. Sulpicium Galbam Ædilem nominat, non C. Bibulum, reijcitq́ in annum ſequentem quo conſules Vetus & Pollio.* Tiberij demum: *inquit,* principatus nono anno, in vnitatem venit equeſter ordo, anulorúmque auctoritati forma conſtituta eſt, C. Aſinio Pollione, C. Antiſtio vetere Coſſ. anno vrbis conditæ DCCLXXV. quod miremur, futili pœnè de cauſſa. Cùm C. Sulpicius Galba, dum iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, queſtus eſſet in Senatu, vulgo inſtitores eius culpæ defendi anulis. *Fieri tamen poteſt, vt iterata tunc ea manifeſtio.*

De ea Agellius emendatus.

Plinij, vt videtur, diſſenſus aliquis à Tacito.

PAG. 170. Familiarum numerum & nationes, *Numerum ſeruorum Romanis cum reperio, vt non facilè fidem inueniat moribus noſtris. Pauſtus lib.* XIV. *Pedanio Coſtæ tribuit quadringentos: Plinius Cæcilio cuidam Iſidoro quinquies mille. Et hi nihil dicunt præ Athenæo, cuius ipſa ponam verba, è lib.* VI. *cap.* VII. πρὸς ταῦτα ἀπαντήσας ὁ Λαρήνσιος ἔφη· ἀλλὰ Ῥωμαίων ἕκαστος, οἶδας δ' ἀκριβῶς ταῦτα ὦ καλὲ Μασούριε, πλείστους ὅσους κεκτημένος οἰκέτας. καὶ γὰρ μυρίους καὶ δισμυρίους, καὶ ἔτι πλείους δὲ πάμπολλοι

Immanis ſeruorum numerus Romanis.

Quinque millia vni homini.

Ayuntamiento de Madrid

πολλοὶ κέκτηνται: ἐκ ἐπὶ προσόδοις δὲ, ὥσπερ ὁ Imò viginti
τῶν Ἑλλήνων ζάπλουτος Νικίας: ἀλλ' οἱ πλεῖυς τῶν millia.
Ῥωμαίων συμπροϊόντας ἔχουσι τὰς πλείσους. *Id est:*
Poſt hæc reuerſus Larentius ait. At Romanorum
vnus aliquis quanto plures poſſideat ſeruos, tu
noſtri optime Maſſuri. Nam ad decem & viginti
millia, imò plures etiam, multi habuerunt. nec
tamen vt quæſtum ex iis faciant, ſicut Græcorum
ditiſſimus ille Nicias: ſed plerique Romani
anteambulones eos habent comitéſque maxima
ex parte.

Promiſcuas viris & feminis veſtes. *Sericas intellegit C [illegible], quibus abſtinebant nec viri. Cœpit non ſemel grauiſſimus auctor Seneca, vt epiſtola* Pellucidæ veſtes ad viros abierunt.
CXXIII. Non videntur tibi contra naturam viuere, qui commutant cum feminis veſtem? non Leuis in Seneca correctio.
viuunt contra naturam, qui exſpectant (*corrigo,* experunt) vt pueritia ſplendeat tempore alieno? *&* CXV. Quod vides iſtos ſequi, qui aut vellunt barbam aut interuellunt, qui labra preſſius condent & abradunt, ſeruata & ſubmiſſa cetera parte qui lacernas coloris improbi ſumunt, qui perlucentem togam. *Et Plinius:* Nec puduit has veſtes (*de Cois loquitur*) vſurpare etiam viros, leuitatem propter æſtiuam. In tantum à lorica gerenda diſceſsère mores, vt oneri ſint etia veſtes. *Plura pete è Clemente Alexandrino, lib.* III. *Pædagog. cap.* III. *cuius index,* πρὸς τὰς Καλλωπιζομένους τῶν ἀνδρῶν.

Atque illa feminarum propria, quis lapidum cauſſa, pecuniæ noſtræ ad externas aut hoſtiles gentes transferuntur. *Gemmas intellegit, & in primis vniones: quorum feminis ad inaures creber vſus. Seneca de beneficijs:* Video vniones non ſingulos ſingulis auribus comparatos) iam enim

Luxus feminarum in gemmis.



Ayuntamiento de Madrid

exercitate aures, oneri ferendo ſunt:) iunguntur inter ſe, & inſuper alij bini * ſupponuntur. Non ſatis muliebris inſania viros ſubiecerat, niſi bina ac terna patrimonia ſingulis auribus pependiſſent. *Eam luxuriæ ritum referre quidam conantur ad æuum priſcum, ex Valerij verbis, lib.* V. *cap.* II. *vbi de Martio exorato à feminis:* In quarum honorem, Senatus matronarum ordinem benigniſſimis decretis adornauit. Sanxit namque vti feminis ſemita viri cederent, confeſſus plus ſalutis reip. in ſtola, quàm in armis fuiſſe: vetuſtiſque aurium inſignibus nouum vitæ diſcrimen adiecit. *legunt quidam*, inaurium inſignibus. *Non probo, & fortaſſe nec nota quidem tunc Italiæ gemma. Scripſerim*, vetuſtiſque crinium inſignibus. *Crinibus enim poſitúque comarum, matronæ antiquitus diſcretæ ab innuptis. Tertullianus, de virginibus velandis:* Simúlque ſe mulieres intellexerunt, vertunt capillum, & acu laſciuiore comam ſibi inferunt, crinibus à fronte diuiſis apertam profeſſæ mulieritatem. *Plautus Milite:*

* Fortè, *ſuppanguntur.*

Inquiſitio in Valerij locũ lectionis dubiæ.

De eo coniectura noſtra

> Vtique eam ornatam adducas matronarum modo.
> Capite compto, crines, vittáſque habeat.

Matronæ crinium forma alia à virginibus.

*Moſtellaria:*

> Soli gerundum morem cenſeo, & capiundas crines

*Id eſt, nubendum. Feſtus*, Senis crinibus nubentes ornantur, quod, *&c. Senis crinibus, id eſt, ſex crinium orbibus, ſiue ſeriis. Implexi igitur capilli matronarum, vt exemplum petere licet à ſtatuis nummiſque: virginum puerorúmque, cirri & cincinni. Ammianus, lib.* XIV. Et licet quocunque oculos flexeris, feminas affatim multas ſpectare cirratas, quibus ſi nupſiſſent, per ætatem ter iam nixus poterat

Cirri virginum.

Ayuntamiento de Madrid

poterat ſuppetere liberorum. *Cirratas, capio innuptas: vti Perſius eodem epitheto de pueris,* Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe. *Videtur ergo mens, preter crinium diſcrimen, adiectam illis & alteram vitam. Propert.*

Vnxit & acceptas altera vitas comas.

*Vbi legi in vet. cod.* aſperſas. *& placet. refe óque ad aſperſionem aquæ nuptijs ſollemnem. De qua idem:* Et Stygio ſum ſparſa lacu, nec recta capillis vita data eſt. *Sed redeo ad noſtrum.*

Propertius obiter correctus.

PAG. 171. Remiſſa Ædilibus talis cura. *Suetonius contrà, aliquid ultum per eos indicare videtur, cap.* XXXIV. Annonam macelli Senatus arbitrio quotannis temperandam cenſuit: dato Ædilibus negotio, popinas ganeáſque vſque eò inhibendi, vt ne opera quidem piſtoria proponi venalia ſinerent.

A Tacito videtur diſſentire Sueton.

Adea arma, quis Ser. Galba rem Rom. adeptus eſt. *Noſtræ capite meo lectio: & non mala. Vulgata Coloniæ,* rerum adeptus. *Solens autem ita loqui tur noſter. Lib.* IV *infrà:* Dubitauerat Auguſtus Germanicum rei Romanæ imponere. *Suprà, li.* I. Neque alia re Romana, quàm vt ab vno regeretur: *vti verè reſtitui. In hiſtor. lib* II. Poſtquam Othonem & Vitellium ſceleſtis armis rem Rom. raptum ire vulgatum eſt.

Res Romana, Tacito, pro imperio

PAG. 172. Verùm hæc nobis maiores certamina. *In funeſto hoc loco olim conclamaui Fortè,* nobis in maiores. *Id eſt, aduerſum maiores. medicina, quæ huic mortuo non faciet vitam.*

Id ſummi faſtigij vocabulum Auguſtus repperit. *Ita cum Tacito plerique ſcriptores tradiderunt. quod refellit Dio, lib.* XLII. *vbi diſertè ſcriptum,* Cæſarem admiſiſſe vt Dictator in integrum annum diceretur, & Tribunitiam poteſtatem per

Auguſtus inuentor Tribunitiæ poteſtatis. Aliter tamen Dioni viſũ.



Ayuntamiento de Madrid

omne æuum haberet. *Non ergo vocis auctor Auguſtus. Sed hoc tamen verum, Cæſarem eo titulo publicè non vſum: vſus eſt primus Auguſtus, & dedit ei ſplendorem. Ideóque origo eius non immeritò relata ad ipſum.*

Aetas Druſi collecta.

PAG. 173. Eámque ætatem qua ipſe quondam à diuo Auguſto ad capeſſendum hoc munus vocatus ſit. *Egit ergo Druſus tūc trigeſimum ſextum annum. Nam Tiberius natus eſt L. Munatio Planco, M. Lepido iterum Coſs anno vrbis* DCCXII. *A quo die, anni medij triginta ſex ad Tribunitiam eius poteſtatem, quæ delata, anno vrbis* DCCXLVIII.

Q. Haterius Suetonio mendum.

Atque Haterius. *Non dubiè ſcribendum*, At Q. Haterius, *idque illi prænomen. Simile in Suetonij Vitellio mendum, cap.* 1. Exſtátque elogij ad Q. Vitellium libellus. *Scribo*, extat Q. Longini.

Flamini abeſſe vrbe nefas.

Fruſtrà vulgatum dictitans non licere Dialibus egredi Italia. *Adeò non egredi, vt nec vrbe abeſſe ijs liceret vna nocte. quod lege in Camilli oratione apud Liuium, lib.* v. Flamini Diali, *inquit*, noctem vnam manere extra vrbem nefas eſt.

Falſo argumento ſe iuuat flamen.

Martialis ad bellum non mittitur.

Nec Quirinalis.

Neque aliud ius ſuum, quàm Martialium Quirinaliumque flaminum. *Atqui nec his quidem antiquitus egredi Italia conceſſum. Valerius lib* 1, *cap.* 1. Metellus verò Pont. Max. Poſtumium Conſulem, eundémque Flaminem Martialem, ad bellum gerendum Africam, petentem, ne à ſacris diſcederet, multa indicta, vrbem egredi paſſus non eſt: religioníque ſummum imperium ceſſit. *Epitome Liuij*, XIX. Cæcilius Metellus Pont. Max A. Poſtumium Conſulem, quoniã idem & flamen Martialis erat, in vrbe tenuit, nec paſſus eſt à ſacris recedere. *Et de Quirinali, Liuius lib.* XXXVII. Priuſquam in prouincias Prætores irent, certamen inter P. Licinium Pont. Max. fuit & Q. Fabium

bium

Ayuntamiento de Madrid

bium Pictorem flaminem Quirinalem, quale patrum memoria inter L. Metellum & Poſtumium Albinum fuerat. Religio ad poſtremum vicit, & dicto audiens eſſe flamen Pontifici iuſſus. *Eadem cærimonia Pontificem Max. tenuiſſe videtur ex Liuiana Epitome* LIX. Aduerſus eum P. Licinius Craſſus conſul, cùm idem pont. Max. eſſet. quod nunquam anteà factum erat, extra Italiam profectus, victus & interemptus eſt. Imò nec Pōtifex Max.

Porro ſi hi duxiſſent prouincias *Offendo in hac phraſi. Forte, ſi hi duo rexiſſent. Duo, Martialis & Quirinalis: vel, ſi hi derexiſſent.* Corruptus Tacitus.

PAG. 174. Duobus & ſeptuaginta annis poſt Cornelij Merulæ cædem neminem ſuffectum. *Conſtat ratio. Nam Merula interfectus anno vrbis* DCLXVIII. *Suffectus flamen nouus ab Auguſto, anno vrbis.* DCCXLIV. *Notat Dio lib.* LIV. Κἀν τοῦ αὐτοῦ τούτω χρόνω, ait, ὅ, τε ἱερεὺς τοῦ Διὸς πρῶτον μετὰ τὸν Μερόλαν ἀπεδείχθη. *Non turbat, quòd Iulius Cæſar Flamen Dialis deſtinatus fuerit, teſte Suetonio, cap. I. quia tantum deſtinatus, & à Sulla eodem ſacerdotio mox multatus eſt. Facit huc Suetonij illud, cap.* XXXI. *in Auguſto:* Nonnulla ex antiquiſſimis cærimoniis paulatim abolita reſtituit, vt Salutis augurium, Diale flaminium. Merulæ cædes quando.

Auſpicia ſaltem gentile apud ſolum inciperet. *Lucem dat Liuij locus lib.* XXI. *de C. Flaminio, qui ante initum Conſulatum profectus ab vrbe.* Quod enim illi iuſtum imperium, quod auſpicium eſſe? Magiſtratus id à domo, publicis priuatiſque penatibus, Latinis feriis actis, ſacrificio in monte perfecto, votis ritè in Capitolio nuncupatis, ſecum ferre. nec priuatim auſpicia ſequi: nec ſine auſpiciis profectum in externo ea ſolo noua atque integra concipere poſſe. *Vide etiam quæ de* Auſpicia à domo ferenda.



Ayuntamiento de Madrid

*auſpicij. infra ſcribo, lib.* IIII.

Bellum ſcilicet, aut diuerſo terrarum diſtineri. *Nos malè etiam*, bello. *ſed diſtinctione adhibita commode ſeruauerim illud prius.*

PAG. 175. Complebantur templa peſſimis ſeruitiorum, eodem ſubſidio obæratii aduerſum creditores ſuſpectiq́ue capitalium criminum recipiebantur. *Tribus ergo generibus hominum perfugium in aſylis, ſeruis, obæratis, maleficis. De maleficis ſeruisq́ue, Plutarchus,* περὶ δεισιδαιμονίας. ἔστι δὲ καὶ φεύξιμος βωμός, ἔστι καὶ λῃσταῖς ἄβατα πολλὰ τῶν ἱερῶν. καὶ πολεμίους φεύγοντες, ἂν ἀγάλματος λάβωνται ἢ ναοῦ, θαρροῦσιν. *De obæratis, idem libello de vitando* [illegible]: ἡ μὲν γὰρ Ἄρτεμις ἡ ἐν Ἐφέσῳ τοῖς χρεώσταις, ὅταν καταφύγωσιν εἰς τὸ ἱερὸν αὐτῆς, ἀσυλίαν παρέχει καὶ ἄδειαν ἀπὸ τῶν δανείων. *Adde quæ de Aſylis Pollux:* Εἰ δὲ καὶ ἄσυλόν τι εἴη, τοῦτο καὶ καταφύγιον λέγε, καὶ φύξιμον, καὶ ἱερεὺς ὅρκος, ἐφ' ἴσοι τοῖς οἰκέταις ἀσφάλεια.

Tria genera hominum ad aſyla confugiebant. Malefici & ſerui. Item obærati.

Primi omnium Epheſij adiere. *Quibus Diana culta celebri illo templo. Statuam eius deſcribit, Minutius Felix in Dialogo:* Diana interim eſt altè ſuccincta venatrix: & Epheſia mammis multis & verubus extructa. *vbi legerim*, & verrucis extructa. *conuenienter ad mammas. De toto hoc Aſylo eleganter Strabo, lib.* XIIII. Ἄσυλον δὲ μένει τὸ ἱερὸν καὶ νῦν, καὶ πρότερον. τῆς δὲ ἀσυλίας τοὺς ὅρους ἀλλαγῆναι συνέβη πολλάκις. Ἀλεξάνδρου μὲν ἐπὶ στάδιον ἐκτείναντος, Μιθριδάτου δὲ τόξευμα ἀφιέντος ἀπὸ τῆς γωνίας τοῦ κεράμου, καὶ δόξαντος ὑπερβαλέσθαι μικρῷ τὸ στάδιον. Ἀντωνίου δὲ διπλασιάσαντος τοῦτο, καὶ συμπεριλαβόντος τῇ ἀσυλίᾳ μέρος τι τῆς πόλεως· ἐφάνη δὲ τοῦτο βλαβερόν, καὶ ἐπὶ τοῖς κακούργοις ποιοῦν τὴν πόλιν· ὥστ' ἠκύρωσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ. *Cuius deſcriptioni cauſſa non eſt vt aliunde*

Correctus Minutius.

Sanctitas templi Dianæ.

*aliunde quippiam addam.*

Locum Ortygiam, vbi Latonã partu grauidã. *Scribendum,* Lucum. *Strabo* Ἐν δὲ τῇ αὐτῇ παραλίᾳ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐστὶ καὶ ἡ ὀρτυγία, διαπρεπὲς ἄλσος παντοδαπῆς ὕλης, κυπαρίττου δὲ τῆς πλείστης· διαρρεῖ δὲ ὁ κέγχριος ποταμός, οὗ φασὶν νίψασθαι τὴν λητὼ μετὰ τὰς ὠδῖνας. Ἐνταῦθα γὰρ μυθεύουσι τὴν λοχείαν καὶ τὴν τροφὸν τὴν ὀρτυγίαν, καὶ τὸ ἄδυτον, ἐν ᾧ ἡ λοχεία, καὶ τὴν πλησίον ἐλαίαν, ᾗ πρῶτον ἐπαναπαύσασθαί φασι τὴν θεὸν ἀπολυθεῖσαν τῶν ὠδίνων. *Quæ sola, ſatis illuſtrant hunc totum Græcanicæ fabulæ locum. Vide tamen, ſi lubet, epigrammatariam Græcum, lib.* IV. εἰς ναούς. *vbi Epheſum vocat Dianæ* τὰν τροφόν.

Oleæ, quæ tum etiam maneat, adniſam. *Paullo aliter Strabo, vt vidiſti. qui vult poſt partum demum, inniſam oleæ quietis cauſſa.*

PAG. 176. Supplicibus Amazonum, quæ aram inſederant. *Aliquid ea de re Pauſanias, lib.* VII. *vbi de templo Dianæ Epheſiæ, quem ſi adeo legas.*

Vti Dianæ Leucophryrenæ. *Scribe,* Leucophrynæ. *Eius deæ templum in Magnetibus, deſcripſit Strabo, lib.* XIV. *Cauſſam cognominis ad ſe ninam aliquam quæ ibi condita, referre ex Arnobio poſſis, lib.* VI. In Didymæo Mileſio Cleochum dicit habuiſſe ſuprema Leandrus: funeris Leucophrynæ monumentum in fano apud Magneſiam Dianæ eſſe Myndius profitetur ac memorat Zeno. *Et Clemente in Protrept.* ἐνταῦθα τῆς λευκοφρύνης τὸ μνημεῖον, οὐκ ἄξιον παρελθεῖν, ἑπομένους Ζήνωνι τῷ μυνδίῳ, ἣ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἐν μαγνησίᾳ κεκήδευται. *Vel ad Tenedon inſulam, quæ olim appellata Leucophryn, vbi Dianæ fauſtiſsimum templum. Xenophon rerum Græcarum, lib.* III. τὸ δ' Ἑλληνικὸν

στράτευμα

Ortygia lucus.

Strabo diuerſus paullum à Tacito.

Diana Leucophryna. Cauſſa cognominis.

Leucophryn inſula.

Ayuntamiento de Madrid

*στράτευμα Λευκοφρύων ἀπῆλθε, ἔνθα ἦν ἀρτέμιδος ἱερὸν μάλα ἅγιον, καὶ λίμνη. e cuius exemplo & cognomine fortaſſe ædificatum in Magnetibus iſtud. Pauſan. li.* I. Magnetes quibus ex regis liberalitate imperauit Themiſtocles, Leucophrynem Dianam colunt. *At Appianus* ἐμφυλ. ε. *etiam alterum eius Deæ fanum locat Mileti, cognomento pari.* τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, *inquit,* ἱκέτιδα οὖσαν ἐν Μιλήτῳ τῆς Λευκοφρυηνῆς Ἀρτέμιδος, πέμψας ὁ Ἀντώνιος ἀνεῖλε. *Et Pauſanias aram Athenis, cui à Themiſtoclis filiis dicata ſtatua.*

Etiam Mileti hæc dea culta, ſi non imponit Appianus.

Laudati quòd Parthorum irruptionem. *Commodius, meo animo, ſcribi:* decretum adtulêre laudantis, quòd, *&c. Parthorum irruptionem intelligit, quæ duce Labieno de qua, & de hac ipſa Stratonicea Dio* XLVIII. ὁ δὲ δὴ Λαβιῆνος ἐν τούτῳ τὴν τε Κιλικίαν κατέσχε, καὶ τὰς Ἀσίας τὰς ἠπειρώτιδας πόλεις παρεστήσατο, πλὴν Στρατονικείας, τὰ μὲν πλεῖστα ἄνευ πολέμου, Μύλασα δὲ καὶ Ἀλάβανδα διὰ κινδύνων ἑλών.

Stratonicea à Parthis obſeſſa.

Iouis & Triuiæ religionem tuebantur. *Iouis cognomento Chryſaori, & Hecates ſiue Triuiæ in Laginis. Vtrumque templum ſuburbanum.*

IupiterChryſaorus.
Triuia in Laginis.

Dareo rege vti. *Scribo,* niti.

PAG. 177. Cultus numinum vtriſque, Dianam aut Apollinem venerandi. *Sardiani Dianam cognomento Coloenem, cuius templum* μεγάλην ἁγιστείαν ἔχει, *ait Strabo. Mileſij Apollinem venerabantur, cognomento Didymæum. De quo idem Strabo, & Suetonius Calig. cap.* XXI.

Diana Coloene Sardibus culta.
Apollo Didymæus Mileti.

Factáque S C. quis multo cum honore modus tamen præſcribebatur. *Non ſatis conſideraté ergo elapſum hoc Tranquillo.* Aboleuit & ius moréque Aſylorum, quæ vſquam erant.

Suetonij incauta & falſa adſeueratio.

Cùm Marcelli effigiem Diuo Auguſto Iulia

dica

dicaret. *Nota morem ſtatuas effigieſque dedicandi certis dijs. cuius veſtigium in hoc lapide vetuſto,*

P. VEIDIVS. P. F. POLLIO
CAESAREM. IMP. CAESARI. AVG.
ET. COLONIAI. BENEVENTANAI.

*Pollio enim ibi non aliud quàm effigiem Cæſaris Imp. dedicat conſecratq́, Auguſto & coloniæ ſuæ.*

Statuas hominum deo cuipiam dicabant.

Ludique Magni ab Senatu decernuntur, quos Pontifices & Augures, &c. *Ludi Magni, ijdem cum Romanis. Quia autem ludi plerique ſacri dijs, & inſtituti ad eos placandos: viſum eſt, vt cura eorum editioq́, ſacerdotibus eſſet. Non omnibus tamen: ſed collegijs ſacerdotum quattuor. quæ iſta Pontifices, Augures, Septemuiri epulones, Quindecemuiri. Dio lib. LIII. ſub initium de ludis Actiacis Agrippæ:* καὶ αὕτη μὲν (*ſcilicet* ἡ πανήγυρις ἡ ἐπὶ τῇ νίκῃ τῇ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ) διὰ πέντε ἀεὶ ἐτῶν μέχρι τοῦ ἐγίγνετο, ταῖς τέσσαρσιν ἱερωσύναις ἐκ περιτροπῆς μέλλουσα. λέγω δὲ τοὺς ποντίφικας, καὶ τοὺς οἰωνιστάς, τούς τε ἑπτὰ καὶ τοὺς πεντεκαίδεκα ἄνδρας καλουμένους *id eſt*, Atque ij ludi in hunc vſque diem quinquennio quoque celebrati: quorum curatio penes quatuor collegia ſacerdotum, ordine & in vices. Dico Pontificum, Augurum, Septemuirorum. vti appellantur, & Quindecimuirúm. *Idem libro LVIII. de ijs quæ decreta poſt mortem Seiani.* ἐψηφίσαντο δὲ ἑορτὴν διά τε τῶν ἀρχόντων καὶ διὰ τῶν ἱερέων ἁπάντων (ὃ μὴ πώποτε ἐγεγόνει) ἀχθῆναι, καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἐτελεύτησε, καὶ ἵππων ἀγῶσι καὶ θηρίων σφαγαῖς ἐτησίοις διά τε τῶν ἐς τὰς τέσσαρας ἱερωσύνας τελούντων, καὶ διὰ τῶν τοῦ Αὐγούστου θιασωτῶν ἀγάλλεσθαι, ὃ οὐδέποτε ἐπεποίητο. *Quibus verbis interpretis errorem eſſe ſcito qui vertit*, per quatuor collegia Pontificum. *imperitè, cùm debuiſſet*, ſacerdotum. *Pontificum ſanè col*

Sacerdotes curabant ludos.

Præſerrim quatuor collegia.

Xylandri lapſus in vertendo.

Ayuntamiento de Madrid

Dionis obſcuræ vetita gis locus.

*collegium vnum eſt. Quod dicit autem Dio non anteà pronunciatos ludos curatoſque, per quattuor collegia, & Auguſtales: id ſi ſenſit, errat, & refellet hominem clare hic, qui in manu, Taciti locus. Cæterum ad curationem ſacerdotalem pertinet Cornelij & ille locus Annali* XI. Iiſque ludis intentius adfui, ſacerdotio Quindecimuirali præditus, ac tum Prætor. Quod non iactantia refero, ſed quia collegio Quindecimuirûm antiquitus ea cura.

Pag. 179. Opprobrium maiorum Mamercus. *Saluſtianum eſt.*

L. Cottam à Scipione Africano. *Cicero Diuinatione in Verrem, ibique Aſconius: & Valerius libro* VIII. *cap.* I.

Ser. Galbam à Catone Cenſorio, P. Rutilium à M. Scauro. *De Galba, ibidem Cicero, & Valerius: de Rutilio Liuius epiſt.* LXX. *Cicero in Bruto, & Oratore* I. *Oroſius lib.* V.

Iunius Otho rhetor.

Iunio Othoni litterarium ludum exercere vetus ars fuit. *Declamator eo æuo notus. Seneca pater & ipſum & genus eius dicendi deſcribit, non ſine nota, lib.* II. *Controu.* I. *Ait illum vſum iſto genere dicendi & ſuſpicioſo, vbi minimè opus, & cum apertè liceret agere.* Bene, *inquit Seneca,* de hoc vitio illius Scaurus aiebat, illum acta in aurem legere. *Acumen ioci reddo, ſcriboque,* legere. *Acta, publica ſunt, nec aliud tam vulgo promptum notumque, adeò vt prouerbij loco Seneca filius alibi dixerit,* Beneficia in acta non mitto, *id eſt, non publico, non diuulgo. Quod autem magis ridiculum, quàm Acta publica alicui recitare in aurem? Subtilis ergo in id vitium hominis iocus, quem bellè æmulatus eſt Martialis:*

Correctus de eo Scauri venuſtus loc⁹.

Epigramma Martialis ex hoc loco.

Garris in aurem ſemper omnibus Cinna,
Garris & illud, teſte quod licet turba.
Adeóne penitus hic ſedit tibi morbus,

Vt

Vt ſæpe in aurem Cinna Cæſarem laudes?
*Nec enim dubito, quin oculos habuerit ad breue illud Scauri acutumq́; dictum.*

Brutidium artibus honeſtis copioſum. *Vera laus. Non ſolùm enim inter oratores rhetoraſq́; locum habuit, recenſetq́; Seneca non ſemel: ſed etiam hiſtoriam ſcripſit, vt ex fragmentis apparet, cum laude. Petes ea à Seneca patre, in Suaſoria De morte Ciceronis. Puto eundem eſſe, quem ſignauit Iuuenalis:*

Brutidius orator & hiſtoricus.

——pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.

M. Paconius. *Quem poſtilla reum maieſtatis Tiberius interfecit, admonitu ſcurræ cuiuſdam. Sueto. Tib. cap.* LXI.

Voleſus Meſſalla.

PAG. 180. Libellos diui Auguſti de Voleſo Meſſalla. *Cuius ſæuitiæ clarum exemplum in Seneca lib.* II. *De ira. vbi item vocat eum Aſiæ Proconſulem ſub Auguſto.* Voleſus nuper ſub Diuo Auguſto proconſul Aſiæ, cùm trecentos vna die ſecuri percuſſiſſet, incedens inter cadauera vultu ſuperbo, quaſi magnificum quiddam conſpiciendumque feciſſet, Græcè proclamauit, O rem regiam! Quis hæc rex feciſſet? non fuit hæc ira, ſed maius malum & inſanabile. *Nec plura ſuper eo mihi comperta.*

Eius inſignis crudelitas.

Cornelius Dolabella. *Præter ceteros adulator: qui ſuprà cenſuit, vt Tiberius ouans vrbem iniret. cuius mentio in priſco lapide coniunctim cum hoc C. Silano.*

Corn. Dolabella.

P. CORNELIVS. P. F. DOLABELLA
C. IVNIVS. C. F. SILANVS. FLAMEN.
MARTIAL. EX. S. C.
FACIVNDVM. CVRAVERVNT. IDEM.
QVE PROBAVERVNT

PAG.

Ayuntamiento de Madrid

Tacit. correctus.

PAG. 181. Minutura, quoties gliſcat poteſtas. *Ne deliberare quidem quemquam puto, quin coniectura noſtra vera ſit.* Minui iura, quoties g. p. *praeclara & ex vſu rerum gnome.*

Torquata, Veſtalis.

Torquatam priſcæ ſanctimoniæ virginem. *Cuius memoriam ſeruat marmor Romæ:*

IVNIAE. C. SILANI. F.
TORQVATAE. VIR. VEST.
MAXIMAE

*itemq; alterum in horto Vaticani mihi lectum:*

I. IVNONI
IVNIAE. C. SILANI. F.
TORQVATAE
SACERDOTI. VESTALI
ANNIS. LXIIII.
CAELESTI. PATRONAE
ACTIVS. I.

Creta & Cyrenaica ſub eodem Proconſule.

Poſt audiri Cyrenenſes, & accuſante Anchario Priſco Cæſius Cordus repetundarum damnatur. *Fluctuaui in hoc loco ſupra enim ſcriptum eadem de re:* Ancharius Priſcus Cæſium Cordum Proconſulem Cretæ poſtulauerat repetundis. *Mirum videbatur agere Cyrenenſes in illum, qui alienæ prouinciæ rector: & inclinabam vt ſubſtituerem,* Cretenſes. *Diſpulit hanc caliginem Strabo, apud quem libro vltimo in diuiſione prouinciarum lego, Cretam cum Cyrenaica eiuſdem Proconſulis fuiſſe.*

PAG. 182 Egregium publicum. *Ita dictum, vt vulgò bonum publicum, & Liuio* peſſimum publicum, *lib.* II. *Rhenanum riſi ſcribentem.* Obſcurus locus eſt (*cenſeo Delphos mittemus ad conſulendum*) aut certè mendoſus: qui forſan ſic legi debeat, Sc. temp & bonas domi artes.

In Tacito nodus, quem non explico.

Etſi delubra eius deæ multa in vrbe, nullum

tali

Ayuntamiento de Madrid

lati cognomento erat. *Mirum verò Nam & Liuius & Valerius auctores ſunt Q. Fuluium Romæ dedicaſſe ædem Fortunæ equeſtri. Nominat & Iulius Obſequens.* C. Claudio, *inquit*, M. Perperna Coſſ. bubo in æde Fortunæ equeſtris comprehenſus, inter manus expirauit. *Incendio conſumptam ſuſpicemur: niſi obſtaret P. Victor, qui eam collocat in regione* IX. *vrbis ſuo etiam æuo. Fatebor ingenuè. aliud quod pro Tacito dicam non habeo.*

Quoties aduerſa valetudo flaminem Dialem inceſſiſſet, vt Pontificis max. arbitrio. *Suſpicor locum mutilum. ſi non eſt, diſtinguo cum Vertranio,* Vt * Pontificis max. arbitrio, dum ne pluſquàm binoctium, abeſſet: dum ne diebus &c. *hoc ſenſu, vt in morbo gratia Flamini facta ſit abſentiæ, ſed non vltra binoctium, nec diebus publici ſacri.*

*Fortuna equeſtris.*

* In lege Papia apud Gel. I. cap. XII. Vt Pontificis max. arbitratu, &c.

L. Metelli pontif. exemplum. *auctorum loca adduxi ſuprà.*

Pag. 183. Baſilicam Paulli, Aemilia monumenta. *Bene, Aemilia monumenta. Non enim vnius Aemilij opus. Aemilius Paullus qui poſteà cũ C. Marcello conſul, duas Baſilicas veterem refecit, nouam locauit. auctor Cicero atticum lib.* IV. *epiſt.* XVII. *Nouam interuentu bellorũ ciuilium non perfecit ipſe; (vt alucinari video virũ inter antiquarios primum) perfecit ſub Auguſto Paullus Aemilius, qui conſul anno* DCCXX. *& poſteà cenſor. Dio lib.* XLIX. καὶ τὴν στοὰν Παύλου καλουμένην Αἰμίλιος Λέπιδος Παῦλος ἰδίοις τέλεσιν ἐξῳκοδόμησε, καὶ ἐν τῇ ὑπατείᾳ καθιέρωσεν. *Eam incendio conſumptam refecit* XX. *annis poſt alius Aemilius, vt narrat idem Dio lib.* LIIII. ἡ μὲν οὖν στοὰ μετὰ τοῦτο ὀνόματι μὲν τοῦ Αἰμιλίου, ἐς ὃν τὸ τοῦ ποιήσαντος αὐτὴν γένος ἀνηλώθη, τῷ δὲ ἔργῳ τοῦ Αὐγούστου καὶ τῶν φίλων

*Paulli Baſilica & porticus.*

*Nouam Baſilicam quis Aemiliorum fecerit.*

*Quis refecerit.*

*Παύλε φίλων ὠκοδομήθη. Et nunc poſt annos* XXXV. *iterum collapſam, firmauit ornauitq; Marcus Lepidus, u de quo dixi ſupra.*

Illuſtriũ virorũ opera.

Nec Auguſtus arguerat Taurum, Philippum, Balbum. *Scribendum* arcuerat. *id eſt, vetuerat, prohibuerat. Tauri, amphitheatrum intellegit in campo Martio: Martij Philippi, ædem Herculis Muſarum: Galbi, theatrum. Vide Suetonium Aug. cap.* XXIX. *Dionem lib.* LI. *&* LIIII.

Diſtinctio, cũ momento ad hiſtoriam.

Imperatoris nomen ſoli ſibi Aug. ſepoſuit.

v. & Velleiũ lib. II.

Diſcrimen in poſitu nominis Imperatorij.

PAG. 185. Conceſſit quibuſdam & Auguſtus id vocabulum, ac tunc Tiberius Blæſo. Poſtremum obiere eo anno viri illuſtres. *Diſtinguo locum,* Blæſo poſtremũ. Obiere eo anno, *non leui ad hiſtoriam momento. Olim & libera rep. multi Impp. dicti vt quiſque rem ſuis auſpicijs bene geſsiſſet. Diſplicuit Auguſto, & vt reliquos honores in ſe, ſic & hoc nomen traxit, quod communicatum poſteà cum paucis, & ferè non niſi ex gente Auguſta. Tiberius tamen hic Blæſum Imp. nomine inſignit: eúmque è priuatis poſtremum. id eſt, vt poſtinde ſoli principes eo titulo ſint vſi, nemini vltra conceſſo ſubditorum. Non indignum nota, quod obſeruamus in Nummis & inſcriptionibus, Imp. titulum cùm principis eſt, præponi, cùm victoris, ſubiungi hoc modo.* Imp. Cæſar Auguſtus *&c. contrà,* Iunius Blæſus Imp. M. Tullius Cicero Imp.

Stemma Aſiniorum.

Cauſſa cognominis Salonini.

Vipſania vxor Aſinij Galli.

Aſinius Salonius, M. Agrippa & Pollione Aſinio auis, fratre Druſo inſignis, Cæſarique progener deſtinatus. *Aſinio Pollioni oratori & hiſtorico filius natus Aſinius Gallus, quem captis Salonis Delmaticæ vrbe agnomento dixit Saloninũ. Seruius auctor in Virg. ecl.* II. *Etſi id cognomen Tacitus & Dio illi nuſquam tribuunt, contenti dixiſſe Aſinium Gallum. Is Saloninus duxit Vipſaniam, Agrippæ filiam, dimiſſam paullò antè à Tiberio, qui ex ea ſuſtu-*

lerat

Ayuntamiento de Madrid

*lerat Druſum. Hoc eſt quod Tacitus lib.* I. *ſcripſit:* Nec Gallus ideò iram eius leniuit, pridem inuiſus tanquam ducta in matrimonium Vipſania M. Agrippæ filia, quæ quondam Tiberij vxor fuerat, priuſquam ciuilia agitaret. *Habuit ex ea liberos com. lures. Virilis ſexus iſtos, C. Aſinium Saloninum, de quo hic: Aſiniū Gallū, de quo Suetonius, & Dio: Aſinium Pollionē, qui conſul anno vrbis* DCCLXXVI. *de quo Plinius, Tacitus, Dio & Faſti: Aſinium Agrippam, de quo libro ſequenti: Aſinium Quadratū, nominatum Straboni, qui æqualem eum ſuum facit, & hiſtoriæ ſcriptorem Aſinium Celerem, quem conſularem Plinius nominat & ponit ſub principe Caio. Nec vanum eſt, quòd tribuo tam multos. Iubet hoc Tacitus lib.* VI. *vbi de morte Aſinij Galli patris:* Scilicet medio triennio defuerat tēpus ſubeundi iudicium conſulari ſeni, tot conſularium parenti. *Cui loco abunde lucem fecerint iſta. Supereſt vt virum doctum eripiā è luto, qui hæret, quomodo hic Aſinius Saloninus Druſi frater mortuus dicatur, quem Suetonius & Dio viuum ponunt Claudij æuo? Nam Suetonius ecce, cap.* XIIII. *in Claudio:* Conſpirauerāt ad res nouas Gallus Aſinius, & Statilius Coruinus, Pollionis ac Meſſallæ oratorum nepotes. *& Dio l b. vltimo:* Ἀσίνιος δὲ δὴ Γάλλος ὁ τ͂ Δρούσου πρὸς μητρὸς ἀδελφὸς ἐπεβούλευσε μὲν τῷ Κλαυδίῳ *&c. Itaque quaſi in pugna clara, concludit:* Quid verùm ſit, deus aliquis viderit. *Imò ego homo. Frater enim hic Saloninus, non ipſe ne vltra turbes, & in ſimpulo, quod dicitur, excites fluctus.*

Multi liberi huic Aſinio.

Tacito data lux.

Contra Vertranium.

Qui diſcordiam fruſtra quærit inter concordes.

Cæſarique progener deſtinatus. *Vt aliquam duceret è liberis Germanici.*

Conſulatum ei adcelerauerat Auguſtus. *Quem cepit anno vrbis* DCCLIX. *Lapſu priſcus Romæ.*



Ayuntamiento de Madrid

C. ATEIO. CAPITONE. C. VIBIO.
POSTVMO COS.

Capito I C. conſul.

Sed Labeo incorrupta libertate. *Patrem æmulatur, virum præclarum & prudentem, qui bello Philippenſi pro libertate fortiter occubuit. Appianus lib.* IIII. Λαβεὼν δ' ὁ ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμος, ὁ πατὴρ Λαβεῶνος τοῦ κατ' ἐμπειρίαν νόμων ἔτι νῦν περιωνύμου, τὸν πιστότατον τῶν οἰκείων τῆς δεξιᾶς λαβόμενος, καὶ περιστρέψας αὐτὸν ὡς ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις ἐλευθεροῦν, ἐπιστρεφομένῳ ξίφος ἔδωκε, καὶ τὴν σφαγὴν ὑπέσχε.

Labeonis I C. pater egregius.

Iunia Catone auunculo genita, C. Caſſij vxor. *D. Iunius Silanus, qui conſul cum L. Licinio Murena, vxorem habuit Seruiliam ſororem M. Catonis. Ex ijs nata hæc Iunia ſoror M. Bruti per matrem (nam Bruti pater fuit M. Iunius Brutus) Tertia vel Tertulla cognomento: de qua notus Ciceronis iocus, Tertia deducta eſt.*

Iuniæ ſtirps in parte explicata.

PAG. 186. Manlij, Quinctij. *Quare Manlij? quia Iunij Silani, innexi Manliæ genti. T. Manlius Torquatus filium in adoptionem dedit D. Silano. de quo Ciceronem vide* I. *De Finibus, Valerium lib.* V. *cap.* VIII. *De Quinctijs nihil dum repperi.*

Manlij Iunios adiungunt.

I. LIPSI

Ayuntamiento de Madrid

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM IV.
## ANNALIVM
## COMMENTARIVS.

ÆLIVM Seianum. *Funeſtum hoc Romanis caput patrem habuit Seium Strabonem: ſed in adoptionem datus alicui ex Æliis, dictus mutato inflexoq́; vt ſolet, patris nomine, L. Ælius Seianus. Id enim prænomē illi Dio dat lib.* LVII. *At in nummo æreo legi adfirmat mihi quidam Tiberium Seianum, cuius hæc inſcriptio:* TI. CAESAR. DIVI. AVGVSTI. F. AVGVSTVS. AVGVSTA. BILBILIS. *parte altera, corona è quercu.* TI. AELIO SEIANO. *Non vidi ego.* PAG. 213. Seianus adoptionis nomen habuit.

Genitus Vulſiniis. *Quia ergo Vulſinienſis Seianus, ideo acutè & non ſine morſu Iuuenalis:* Iuuenalis explicatus.

—idem populus, ſi Nortia Thuſco
Fuiſſet, ſi oppreſſa foret ſecura ſenectus
Principis, hac ipſa Seianum diceret hora
Auguſtum

*Nam Nortia, vel potius, vt libri meliores, Nurſcia, Volſinienſium peculiaris dea. Liuius lib.* VII. Volſiniis quoque clauos indices numeri annorum fixos in templo Nurſciæ Etruſcæ deæ diligens talium monimentorum [auctor] Cincius adfirmat. *Ubi velim deleri minutum illud gloſſema, quod circumſcripſi. Tertullianus:* Aſculanorum Ancaria Nurſcia, Volſinienſium dea.



Ayuntamiento de Madrid

dea Volnienſium Nurcia, Otriculanorum Valentia, Sutrinorum Nortia.

Apicij gulones, duo.

Apicio diuiti & prodigo. *Duo Apicij eiuſdem notæ & luxus Prior M. Gauius Apicius (ita Dio vocat libro* LVII. *) qui Plinio dictus nepotum omnium altiſſimus gurges: quique vixit Auguſti & fortaſſe Tiberij æuo. Alter, qui in imperio Traiani: cuius mẽtio apud Suidam in* ὄστρεα. Τραϊανῷ, *inquit incertus ſcriptor,* ἐν Πάρθοις ὄντι, κ.τ.λ. θαλάττης ἀπέχοντι ἡμερῶν πολλῶν ὁδὸν, Ἀπίκιος ὁ ὀψοφάγος ὄστρεα νεαρὰ διεπέμψατο ὑπὸ σοφίας τεθησαυρισμένα.

Diſperſas per vrbẽ cohortes vna in caſtra conducendo. *Non per vrbem modò, ſed per opida vicina diſperſæ fuerant Prætoriæ cohortes, ex Suetonij cap.* XLIX. *in Auguſto:* Neque vmquam plures quam tres cohortes in vrbe eſſe paſſus eſt, eáſque ſine caſtris: reliquas in hiberna & æſtiua circa finitima opida dimittere aſſuerat. *Caſtra autem hæc ad muros vrbis, haud procul porta Viminali: qui locus Vinarium vulgò dicitur. Vide, ſi placet, Onufrium, in Vrbe Roma: cui nihil addo.*

Prætoriæ cohortes ſparſim habitæ.

Caſtra earũ qua parte vrbis.

PAG. 188. Intérque principia legionum ſineret. *Inter militaria ſigna, ait Suetonius capite* XLVIII. *in Tiberio, de quo ritu abundè in libris Hiſtoriarum.*

Intendere manus, rixæ nota.

Intenderat Seiano manus, & contra tendentis os verberauerat. *Intendere manus, principium & cauſſa iurgij etiam hodie apud Italum vulgus. Libro* I. *ſuprà:* Poſtremò deferunt tribunal, vt quis prætorianorum militum amicorúmue Cæſaris occurreret, manus intentare, cauſſam diſcordiæ & initium armorum. *At quod ſequitur Seiani os palma percuſſum à Druſo: aliter apud Dionẽ & Zonaram legas, qui Druſum percuſſum volunt à Seiano. Itaque eorum fide reſcribit hic Vertranus,* Et hic con

Dio & Zonaras diuerſi à Tacito. Sed errant.

Ayuntamiento de Madrid

contra, tendẽtis os verberauerat. *Neutri mihi perſuadent: nõ illi ſententiam, non hic talionem. Seianum non tam prorupta audacia fuiſſe crediderim, ut ultrò verberarit Principis Romani filium, Tribunicia poteſtate, & imperij conſortem: & conuenit magis in mores Druſi, cui adeò prompta ad verbera manus, vt hac de cauſſa Caſtor ſit cognominatus, teſte Dione ipſo lib.* LVII. Druſus Caſtor agnominatus, ob violentiam.

Ad vxorem eius Liuiam conuertere. *Suetonius Liuillam ſemper vocat: vt Claudillam, quam noſter Claudiam. Ne te moueret. ὑποκόρισμα eſt, vt Secundilla, Tertulla, Quartilla in fœminarum nominibus perblanditiæ frequens. Sic in Muſæo Carpenſi lapis de hac ipſâ Liuia,* Liuilla. Claudilla.

SECVNDA TI. CLAVDIVS
LIVILLAES CAESARIS L.
MEDICA CELER. AEDITVS
A. VESTA.

Eudemus amicus ac medicus Liuiæ. *In criminatione medicorum nõ omiſit eum Plinius lib.* XXIX *cap.* I. Iam verò & adulteria etiam in Principum domibus, vt Eudemi in Liuia Druſi Cæſaris. Eudemus corruptor medicus.

PAG. 189. Quanto ſit anguſtiùs imperitatum. *Rectè. & dictum in Traiani laudem, qui fines imperij promouit. Dixi ſuprà.*

Hiſpaniæ recens perdomitæ. *Ab Auguſto. Liuius libro* XXVIII. *de Hiſpania:* Ita ergo prima Romanis inita prouinciarum, quæ quidem continentis ſint, poſtrema omnium noſtra demum ætate, ductu auſpicióque Auguſti Cæſaris perdomita eſt. *Propter Cantabros ſcilicet, & Aſtures, quos ipſe deuicit.* Hiſpania ab Auguſto domita. Vide Velleiũ lib. II.

PAG. 190. Totidem apud Dalmatiam locatis. *Dalmatia Auguſto tradita, perpetuũque præſidiũ in ea decretũ, anno Vrbis* DCCLIII. *Atque inter-* Dalmatia quãdo præſidialis facta.



Ayuntamiento de Madrid

*mus fuit. Adi Dionem lib.* LIV.

Aduerſum ſibi videri Tacitum.

Cæteræ Africæ per duas legiones. *Ain' tu duas? Atqui vna legio adtributa Africæ ab Auguſto Tiberioq́; vt ipſo teſte non vno loco. Libro* IV. *Hiſtoriarum ſcribit*: Legio in Africa auxiliáque tutandis imperij finibus, ſub Diuo Auguſto Tiberióque principibus, Proconſuli parebant. *Et lib.* II. *Annalium.* Furius Camillus Proconſul Africę, legionem, & quod ſub ſignis ſociorum, ad hoſtem duxit. *Vidimus hunc nexum, & ſoluemus. Vnam legionem ordinariam Africæ fuiſſe, veriſſimum eſt. Vnde hic ergo duæ? Per bellum Tacfarinatis abducta è Pānonia legio, & in Africam miſſa. Suprà lib.* III. Piſo adſequitur legionem, quæ è Pannonia in vrbe, dein præſidio Africæ ducebatur. *Ea ibi manſit biennium paullò amplius, iterumque in Pannoniam remiſſa. Hoc ipſo libro, ſtatim:* Cæſar poſt res à Blæſo geſtas, quaſi nullis iam in Africa hoſtibus reportari Nonam legionem iuſſerat: nec Proconſul eius anni Dolabella retinere auſus fuerat, iuſſa Principis magis quam incerta belli metuens. *At enim quia quo loco quæq́; legio hoc ipſo anno fuerit, decretum ſcribere Tacito, & nondum ea abducta: ideò duas ecce in Africa collocauit, in Pannonia duas. Atqui tres debuerat: quod clarum vel ex iis quæ in ſeditione trium Pannonicarum legionum dicta ſuprà. Vnà etiam recenſita hæc Nona.*

Nodi eius ſolutio.

Tres ordinariæ in Pannonia legiones.

Cohortes vigilum.

Tres vrbanæ nouem, prætoriæ cohortes. *Vigilum autē cur omittit? quæ numero & robore ſupra vrbanas. Septem enim cohortes erant, inſtitutæ iam inde a Auguſto. Cauſſa hæc, quia id æuū, inter legitimos iuſtóſq́; milites Vigiles non cenſebantur. Itaq́; in omnibus bellis ciuilibus Galbæ Othonis, Vitellij, rara eorum mentio nullus vſus. E libertinis lecti erant, vile genus, & Vulcani potius miniſtri, quàm Mar-*

Ex nullo aut vili loco.

tis

Ayuntamiento de Madrid

*tu. Itaque nec Præfecti vigilum inter illuſtres dignitates mentio Tacito vſquam: cuius auctoritas tamen adoleuit, ſicut & militum ipſorum, vti ex Pandectis aliiſque ſcriptoribus clarum. Dicam de hoc omni vrbano milite cum cura, ad libros Hiſtoriarum.*

*Præfecti vigilum Tacitus non meminit inter primores.*

Et colonis antiquitus Romanis. *Potius,* coloniis, Sociæ triremes *Vt claſſis in Danubio, claſſis in Rheno.*

PAG. 192. Cerni effigiem eius in monumentis Pompeij. *Statuam aneam in theatro Pompeij. Dio.*

*Inquiſitio in Tacitum.*

Cõmunes illi cum Druſorum familia fore nepotes. *Conſideremus, quæſo. Suetonius Claudij filio Druſo deſponſam Seiani filiã ſcribit, cap. XXVII. in Claudio. nec alius ſententiæ eſt, quod noſter lib. III. dixit Claudij filio Seianum ſocerum deſtinatum. Hæc certa clara. ſed quomodo hic Druſus queritur, communes illi fore cũ Druſorũ gente nepotes? Locũ non habet ea querela, vana eſt, ſi verò idẽ Suetonius ſcribit, Druſum extinctũ poſt paucos dies, quàm ei Seiani filia eſſet deſpõſa. Deſponſa * antẽ ante biennium, vt ex Taciti ſupra verbis clarũ: ante biennium ergo extinctus, & ſimul cõnubij nepotũq̃ ſpes. An aliud aliquid eſt, quo noſter hic reſpex trinenio diret. In Zonara legas, Iuliã Druſi filiã deſponſam Seiano: corruptè, quia ſcribendũ Liuiam: intellegitq̃ Germanici ſororem, de qua infrà dicemus, Druſi maioris prolẽ. Quid nugamur? cũ omnia ſcrinia excuſſerimus, non expediabimur, quin Tacitus gurrã hic gerit è flumine Lethes.*

*Idem & Dio tradit LVII.*

*Filia Seiani quando deſpõſa Druſo*

**Anno vrbis DCCLXXIII.*

*Zonaræ lectio vitioſa.*

*Cornelium erraſſe videri.*

Precandam poſthæc modeſtiam, vt contentus eſſet *Mirum genus loquendi, quaſi Modeſtia inter deas. Et caue tamen immutes. ſimile illud è lib.* X V. Sic quoque optimam Fortunam orandam, vt pedes confectus itinerum ſpatiis equitem aſſequeretur.

*Loquendi noua ſed ſignificans ratio.*

Vt octo poſt annos cognitum eſt. *Rectè. eo ipſe*



Ayuntamiento de Madrid

*v d licet anno, quo interfectus Seianus, cũ Apicata eius uxor hæc ſcelera prodidit. Vide Dionem* LVIII.

Conſules ſede vulgari per ſpeciem mæſtitiæ ſedentes. *Id eſt, in ſedibus Prætorum aut Tribunorum, vt Dio interpretari videtur, in morte Augusti libro* LVI. ἐκαθέζοντο δὲ οἱ μὲν πολλοὶ ὥς πῃ ἕκαστος εἰώθει· οἱ δ᾽ ὕπατοι κάτω ἐν τοῖς βάθροις, ὁ μὲν τῷ τῶν στρατηγῶν, ὁ δὲ τῷ τῶν δημάρχων. *Verterem ego.* Sederunt autem vulgus Senatorum, quo quiſque loco ſolebat: conſules verò infernè in ſubſelliis, alter Prætorum, alter Tribunorum. *Non diſſimile eſt, quod Suetonius ſcribit, Claudium de* maiore negotio acturum, medium inter Conſulum ſellas Tribunicio ſubſellio ſediſſe. *Humiles autem Senatorum omnium ſedes, alta Conſulum & excelſæ. Lucanus* V.

Sedes, vulgaris in curia, quid.

Conſulum ſublimes ſellæ.

Vt primùm mæſtum tenuere ſilentia cœtum,
Lentulus, è celſa ſublimis ſede profatur.

*Lentulus enim ibi conſul. & alius poëta quiſpiam,*

Conſpicuum ſignis cùm premet altus ebur.

*Intellegit conſulis ſellam curulem: in qua, ornatus cauſſa, ſigna. Idem:*

Eædem celſæ.

Signaque in ſella noſſem formata curuli
Et totum Numidæ ſculptile dentis opus.

Vix propinquorum aliqua. *Alloquia, propriè in conſolatione. notatum aliis.*

Alloquia.

PAG. 193. Appius Clauſus. *Lego*, Atta Clauſus *vel* Attius *Adi lib.* XII. *Annalium.*

PAG. 114. Hæc vulgo iactata *Et credita Oroſio qui libro* VII. *tradit Druſum à Tiberio veneno extinctum. At me non valde mouent eiuſmodi ſcriptores, legitimæ hiſtoriis (dicam ita) quaſi undamentibus) ac honeſtamenta.*

Oroſij error.

PAG. 195. Laudante filium pro roſtris Tiberio. *Velo quidem interpoſito, ne Pontificis maximi oculi*

adſpe

*adſpectu cadauerum funeſtarentur. Seneca, Conſolatione ad Marciam:* Tiberius Cæſar & quem genuerat, & quem adoptauerat, amiſit. ipſe tamen pro roſtris laudauit filium, ſtetitque, in conſpectu poſito corpore, interiecto tantummodo velamento, quod Pontificis oculos à funere arceret. *Recenſet eundem ritum Dio LIV. in funere Agrippæ, ſed cauſam eius ignorare fatetur, & quam Seneca dedit, non ſcit. Verba ſunt:* τόν τε λόγον τὸν ἐπ' αὐτῷ εἶπε, παραπέτασμά τι πρὸ τοῦ νεκροῦ παραπετάσας· ὅπερ ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα διὰ τί ἐποίησεν, εἴρηται δ' ὅμως τοῖς μὲν ὅτι ἀρχιερεὺς ἦν, τοῖς δὲ ὅτι τὰ τῶν τιμητῶν ἔπραττεν, οὐκ ὀρθῶς φρονοῦσιν. οὔτε γὰρ τῷ ἀρχιερεῖ ἀπείρηται νεκρὸν ὁρᾶν, οὔτε τῷ τιμητῇ, πλὴν ἂν τὸ τέλος τῶν ἀπογραφῶν μέλλῃ ἐπάξειν. *Idem:* Sed & laudationem Agrippæ Auguſtus recitauit, velo quopiam ante mortuum expanſo. Id cui rei factum, mihi non liquet. Tamen alij volunt ideò, quia Pontifex eſſet: alij, quia obiret munera Cenſoris. Neutri rectè. Neque enim vel Pontifici mortuum aſpicere nefas: neque Cenſori, niſi cum finem cenſioni imponit, conditque luſtrum. *Hæc Dio: ſed ego exiſtimo, de Pontifice Senecam* * *vera dicere. Sacer enim: ideò, ut non ipſi eis ſolum arceri aſpectu funeſto, ſed & ſtatuas deorum voluerunt. Quæ ſi in loco poſitæ, vbi ſupplicia & cædes, velari eas mos fuit, aut transferri. Notat ipſe* Dio *lib. vltimo,* Claudius, *inquit,* delectabatur gladiatoribus, & præſertim meridianis. Ideò pleroſque ſeruos, qui dominos ſub Caio aut Tiberio calumniati erant, hoc modo perdebat. Eorúmque tantus fuit numerus, vt Auguſti ſtatuam eo loci poſitam iuſſerit transferri, ne aut ſemper adſpiceret cædes, aut ſemper velata eſſet. *Mos rarus: & cuius veſtigia non alibi mihi viſa.*

Velum inter mortuum interiectum.

De cauſſa eius facti Dio diſſentit.

* Facit à Seneca Tacit. lib. 1. *Neque imperatorem auguratu & vetuſtiſſimis cærimoniis præditum contrectare feralia debuiſſe.*

Statuæ item velabantur.

Inter

Ayuntamiento de Madrid

Iulius Poſtumus.

Inter quos diligerat Iulium Poſtumum. *Suſpicor ego eſſe illum, qui Præfectus Ægypto poſtea, de quo Romæ lapis.*

TI. CLAVDI. CAESARIS. AVG. GERMANICI. PONT. MAX. TRIB. POT. VII.
.......LIBERORVMQVE
EX. VOTO. SVSCEPTO. C. IVLIVS. SEX. F.
COR. POSTVMVS. PRAEF. AEGYPTI.

Hiſpaniæ diuiſio.

PAG. 196. Proconſul Hiſpaniæ vlterioris. *Id eſt. Bætica Hiſpaniæ: quæ populo relicta, & ideò in ea Proconſul. Reliqua Hiſpania Cæſaris erat, dictúſque Hiſpaniæ citerioris Prætor ſiue legatus.* **Dio, & Strabo.**

Probata coniectura in Tacito.

Ob atrocitatem temporum, in inſulam Amorgum deportatur. *Placet olim emendatio*, atrocitaté morum. *quam velim diſtinctione iuuari hoc modo:* de vi publica damnatus ob atrocitatem morum, in inſulam A. d. *Facilis exſcribentium lapſus repetitione ſyllabæ*, temmorum. *Puto pertinuiſſe ad Serenum caput hoc legis Iuliæ:* Iulia de vi publica tenetur, qui cùm imperium poteſtatémue haberet, ciuem R. aduerſus prouocationem necauerit verberauerit, iuſſerítue quid fieri, aut quid in collum iniecerit vt torqueatur.

Caput legis Iuliæ de vi publica.

Pater Sempronius. *Quid adulter in Iulia, ſuprà lib. I.*

Oſci ludi.

PAG. 197. Oſcum ludicrum. *Quod celebratum Romæ, non Romana lingua Strabo lib. V.* Ἴδιον δέ τι τοῖς Ὄσκοις καὶ τῷ τῶν Αὐσονίων ἔθνει συμβέβηκε. τῶν μὲν γὰρ Ὄσκων ἐκλελειπότων, ἡ διάλεκτος μένει παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις, ὥστε ποιήματα σκηνοβατεῖσθαι κατά τινα ἀγῶνα πάτριον καὶ μιμολογεῖσθαι. *Corruptior ſcilicet Oſcorum ſermo fuit, nec planè tamen, opinor, diuerſus Tirinnius,*

Oſcus ſermo.

Qui oſcè & Volſcè fabulantur, nam Latinè neſcium.

Ayuntamiento de Madrid

cidunt. *Oſci ludicri mentio Ciceroni etiam, ad Marium epiſtola: & ſunt, qui idem cenſent cum Atellano, quia Atella Oſcorum vrbs.*

Ludi Atellanij.

Quanquam nouo homini Cenſorium funus. *Quæri video quid ſit cenſoriũ funus. Vertranius cenſuit, id eſſe in cuius nimiam pompam, vt in opus cenſorium, animaduertere Cenſoribus licuiſſet, niſi iuſſus prætoris adfuiſſet. Nimis velim ad manum mihi lautus ſit, quam mordeam: ita præcordia mihi ſaliũt ad riſum. Alij idem putant Funus publicũ, Funus cenſorium, Funus indictiuum. Non audio. arbitror ego Funus publicum & Indictiuum, eadem: nec aliud eſſe, quàm cùm iuſtitium indicitur, & publicus luctus. Cenſorium, partem eius eſſe. id eſt, vt omne Cenſorum funus, Publicum ſit (qui enim aliter honoratũ eſſe poteſt?) at nõ omne Publicum, Cenſorium. Vt inter magiſtratus, honoratiſſimi Cẽſores, iſque cumulus quaſi reliquarum dignitatum, ſic inter funera illud, primo loco. Itaque Capitolinus de Pertinace:* Funus imaginarum ei & Cenſorium ductum eſt, & ab ipſo Seuero funebri laudatione honoratus eſt. *Tacitus de Sabino fratre Imperatoris:* Funúſque cẽſorium Flauio Sabino ductum. *Et lib.* XII. Decretum Claudio cenſorium funus, & mox conſecratio. *Quæ ergo nota eximium hoc funus? Credo iſta, vt omnia in eo purpurea eſſent, veſtes ſtragulaq́; in aliis, tantùm purpura prætexta. Non obſcurè annuere mihi videtur Polybius lib* VI. Vbi autem præclarus aliquis ex domeſticis obiit, inſtituunt funeris apparatum, & circumfuſi qui ſimiles magnitudine ac ſtatura videntur, veſtes capiunt: ſi conſul vel prætor fuit, purpura prætextas: ſi cenſor, purpureas, ſi * triumphalis, auro intextas. *Poſtrema Græca ſic habent:* ἐὰν μὲν ὕπατος ἢ ϛρατηγὸς ᾖ γεγονὼς,

περι

Cenſorium funus, quid. Vertranij ridicula ſententia.

Plura de Funere publico, in libro De Funerib.
Funus publicum & Indictiuũ cadẽ.
Eius pars Cenſorium.
Id honoratiſsimum.

Notæ eius funeris.
* At de triũphali. ſub principibus nihil legi. & videtur confuſum cum Cenſorio. Nam & Claudius & Pertinax eo elati, tanquam digniſsimo.

Ayuntamiento de Madrid

Tacitum funus, quid.

*περιπορφύρους (intellege ἐσθῆτας λαμβάνειν) ἐάν δέ τι μικρὸς, πορφυρᾶς, ἐάν δὲ καὶ περιχαρὴς, διαχρύσους.* *Publico autem funeri opponitur, Tacitum. id eſt, ſine pompa ſine deſignatore, ſine ludis, præcone, indictione, ſilens & quietum.* Seneca, *De Tranquillitate lib. 1. cap. 1.* Quid opus eſt ſæculis duratura componere? Vis tu nunc id agere, ne te posteri taceant? Morti natus es. minus moleſtiarum habet Funus tacitum.

In foro Auguſti ſtatuæ illuſtres.

Effigiem apud forum Auguſti. *Vbi in vtraque porticu ab ipſo Auguſto locatæ ſtatuæ omnium veterum ducum. Suetonius.*

Procurator Aſiæ Lucillius Capito. *Eadem omnia è Tacito Dio, lib.* LVIII. *in extremo.*

Mos legendi Flaminis Dialis.

Flamines Patricij, & maiores.

Plebeij, & minores.

In ſacris cũfarreatio.

Matrimoniũ triplex.

Farre iunctum.

PAG. 198. Nam patricios confarreatis parentibus genitos tres ſimul nominari. *Non alibi tam expreſſi ritus in legendo Diali. Ait,* patricios, *quia cùm Quindecim Flamines eſſent, ex iis tres primi instituti à Numa non niſi ex patribus legebantur: iique, Maiores dicti, alij etiam è plebe, appellatique Flamines minores. Addit,* confarreatis parentibus, *quia, vt Plinius ait,* in ſacris nihil religioſius confarreationis vinculo erat. *Triplex enim matrimonij contrahendi mos, Vſu, Farre, Coemptione. Antiquiſſimum genus, Farre videtur, quod Dionyſius appellat γάμον κατὰ τοὺς ἱεροὺς νόμους. erátque neceſſum non ſolum Flaminem ipſum confarreatis parentibus, ſed & ipſam cum Flaminica farre iungi. Seruius Danielis in excerptis à Pythœo:* Tribus modis apud veteres nuptiæ fiebant, Vſu, ſi verbi gratia, mulier anno vno cum viro, licet ſine legibus fuiſſet. Farre cum per Pontificem Maximum & Dialem Flaminem per fruges & molam ſalſam coniungebantur: vnde Confarreatio appellatur, ex quibus

Seruij fragmentum. quod bene iſta explicat.

Ayuntamiento de Madrid

bus patrimi & matrimi naſcebantur. Coemptione verò atque in manu conuentione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat, vt ſiquis prior fuiſſet defunctus, locum hereditatis iuſtum alteri faceret. *Iterum alibi:* Quid enim eſt aliud dextræ, quàm in manum conuenire? quæ conuentio eo ritu perficitur, vt aqua & igni adhibitis duobus maximis elementis, natura coniuncta habeatur. quæ res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem & Flaminicam iure pontificio in matrimonium neceſſe eſt conuenire. *Et paulo poſt:* Mos fuit Flamini ac Flaminiæ vt per Farrationem in nuptias conuenirent, ſellas duas iugatas, ouili pelle ſuperiniecta poni, eius ouis quæ hoſtia fuiſſet: & ibi nubentes velatis capitibus in conferatione Flamen ac Flaminica reſiderent. Confarreationes autem tonitru dirimit. *Pulchræ reliquiæ. Adde Feſtum in Diſſarreatio, & Arnobium libro* IV. Vxores enim dij habent, atque in coniugalia fœdera conditionibus veniunt ante, quæſitis, Vſu, farre, coemptione, geniales lectuli ſacramenta conducunt. Ritus farreationis.

Et quando exiret è iure patrio. *Defectum locum cenſeo: & deeſſe quæ ad cærimoniarum difficultatem pertinent. Qui cautus cærimoniæque Flaminio adiunctæ, habes apud Agellium lib.* X *cap.* XV.

PAG. 121. Flaminica Dialis. *Flaminia, appellari mulier ipſa videtur, ex lapide priſco,* MARCELLA FLAMINIA. AVGVSTAE. Flaminia.

Auguſta ſedes inter Veſtalium conſideret: *De theatro tantum hic loquitur: in quo Virginibus locus e regione Prætoris. Suetonius Auguſto capite* XLIII. Solis virginibus Veſtalibus locum in theatro ſeparatim, & contra Prætoris tribunal Veſtales in theatro vbi ſedebant.

Ayuntamiento de Madrid

Vbi in Circo.

nal dedit. *Quid autem in Circo & Amphiteatro l Spectabant è Podio, vt diſco è Prudentio,*

An quoniam podij meliore in parte ſedentes
Spectant æratam faciem quam crebra tridente
Impacto quatiant haſtilia.

Vota annua.

Cùm pro incolumitate Principis vota ſuſciperent; *De quibus dicam Annal.* XVI. *Ceterùm notat Dio hoc anno prima Decennalia Tiberij Cæſaris celebrata: quorum originem pete ab eodem ſcriptore lib.* LIII.

PAG. 122. Non vt ſtipendiariis pecuniæ redderentur: *Id eſt Gallis prouincialibus, quos exhauſerat.*

Quarta, præmiũ in crimine Maieſtatis.

Quartam accuſatoribus, ſecundum neceſſitudinem legis. *Legis, vt cenſeo, Iuliæ de Maieſtate. Nam quod alij de Papia ſuſpicantur reſuto. Dicit à me Tacitus, qui cuncta in hac quæſtione exercita ſcribit lege maieſtatis. Quarta autem præmium, non in hac ſolum, ſed etiam De repetundis lege. de qua ipſa nihil abnuo, quin hic accipiamus.*

Item repetundarum.

*Aſconius in Verrem non vno loco oſtendit, Quadruplatores dictos à præmio quartæ, quã conſequebatur. Innuit ipſe Cicero & more id receptum* Non enim, *inquit,* ſpolia C. Verris, ſed exiſtimationem populi Rom. cõcupiui. *Fortaſſe & in criminibus aliis præmium idẽ.*

Quarta, vulgare præmiũ accuſatorũ.

*Ideò vulgare præmium id interpretor in Paullo, lib.* XIII. *De iure fiſci.* Heredem, *ait,* eius vltra vulgare præmium nihil conſecuturum. *De lege Maieſtatis, auctor mihi adfirmãdi Ioſephus lib.* XIX. *vbi de ſeruis, quos Caius in dominos emittebat:* ῥᾴδιον γὰρ τοῖς ψευδομένοις τὰ κατὰ τῶν κρειττόνων πιστεύεσθαι, καὶ τὰ χρήματα ὑπῆρχεν αὐτῶν, ἄρχειν ἐλευθέροις τε εἶναι καὶ πλουσίοις, μισθὸν τῶν κατηγοριῶν, διὰ τὰ ἆθλα αὐτοῖς ὡρίσθαι τὰς ὀγδόας τῶν οὐσιῶν. *id eſt:* Facile enim iis & mentientibus contra dominos credi, &

Seruis octaua præmiũ.

oper

opes aperientibus ſimul liberis diuitibúſque fieri: propter præmium accuſationum, quo octaua bonorum pars is propoſita. *Si octaua ſeruo, bene colligo, libero quartam. Nec in ſerulis accuſatione aliud capere perſuadeor, quam crimen maieſtatis. Illud volo monitum, Principum priorum æuo, non tam ex lege quàm arbitrio Senatus præmia decreta. Lib.* VI *infrà*: Qua damnata cùm præmium accuſatori decerneretur, Iunius Otho trib. pleb. interceſſit. *Sic lib.* XVI. Liberto & accuſatori præmium operæ (*non pecunia vlla*) ſed locus in theatro inter Tribunitios viatores datur. *Interdum certa pecunia adtributa, vt Eprio Marcello quinquagies* H-S, *Thraſea damnato: Regulo ſeptuagies* H-S *& ſacerdotium, damnato Craſſo. Tacit. Ann. lib.* XVI. *& Hiſtor.* IIII. Variatum in his præmiis, pro arbitrio Senatus.

PAG. 201. Meſſallinus Cotta cenſuit cauendum Senatuſconſulto, vt quanquã inſontes magiſtratus prouincialibus vxorum criminibus plecterentur. *Et cautum non dubiè hoc anno. Si enim ante, quorſum hæc ſententia? Tamen Vlpianus de officio Proconſulis decretum id refert ab Cottam & Meſſallam Coſſ. id eſt, ad quartum ante annum. Ait,* Proficiſci quidem Proconſulem melius eſt ſine vxore, ſed & cum vxore poteſt: dummodo ſciat Senatum Cotta & Meſſalla Coſſ. cenſuiſſe futurum, vt ſi quid vxores eorum qui ad officia proficiſcuntur deliquerint, ab ipſis ratio & vindicta exigatur. *Vir doctiſſimus conatur legere,* Senatum Cotta Meſſallino conſulente cenſuiſſe. *acutè: ſed me iudice, non exſoluet vllum acumen Domitium hac culpa.* Diſsidiũ inter Vlpianũ & Corneliũ. Sed Vlpian. certè errat. Cuiac. obſeruat. lib. 6. cap. 30.

PAG. 202. Vt ſuprà retuli. *Libro* 1.

Piſonémque grauius ſecreti ſermonis incuſauit. *Mendum arguunt multa. Primum, quòd ac-* Mendoſus locus.



Ayuntamiento de Madrid

*cuſator nemo expreſſus, vt ſolet. quod Tiberius ipſe incuſaſſe cum dicitur, inſolens Imperatori. quòd pars accuſationis ſpecta dicitur, vt atrocior vero. quod nō euenisset principe accuſante. Neque dicat non legitimam accuſationem fuiſſe, tantum Principis mandatum: ecce addit*, Ceterorum receptus eſt reus, neque peractus ob mortem opportunam. *At reum recipi ſine accuſatore non potuit. Lego igitur*, Piſonem Q. Granius. *Granij Romæ non ignoti iam inde à Lucilij æuo, apud quem Granius præco: & infra lib.* VI. *Granius Martianus, ſuprà lib.* I. *Granius Marcellus in noſtro*

Forassè emendatius.

Graniorum gens.

Cassius Seuerus.

Relatum de Caſſio Seuero flexiſſe. *Qui primus exiſſe dicitur ab illa recta & vetere dicendi via; quem & historiam ſcripſiſſe cōperior ex Tertulliani Apolog. & Suetonij Vitellio, cap.* II. *Eius laudes vide apud Senecam patrem, lib.* III. *Controuerſ. initio.*

Per immodicas inimicitias. *Suſpectum.*

Vt iudicio iurati Senatus Cretam amoueretur. *Quod ſub Auguſto ei accidit, ſcriptis etiam libris eius abolitis. Sueton. Calig. cap.* XVI. *noſter ſuprà, lib.* I. *Ait, iudicio iurati Senatus, quod erat, cùm Senatus Deum teſtem aduocabat, ſe cenſiturum quod è fide ſua rèque publica videretur. Liuius lib.* XLII. Vt iuratus Senatus decerneret, qui eam rem quæreret decerneréque. *Lib.* XXX. Patres igitur iurati (ita conuenerat) ita cenſuerunt, vti Conſules prouincias inter ſe compararent. *Tacitus hoc ipſo libro:* P. Suillium amouendum in inſulā cenſuit tanta contentione animi, vt & iureiurando obſtringeret è repub. id eſſe. *Græci id vocabant* [illegible] συμβουλήν: *& formula eius eleganter expreſſa apud Xenophontem*, περὶ ἀναβάσεως Κύρου, *lib.* V. *in oratione Hecatonymi:* εἰ μὲν συμβουλεύοιμι ἃ βέλτιστά μοι δοκεῖ εἶναι, πολλά μοι ἀγαθὰ γένοιτο. εἰ δὲ μὴ

Iuratus Senatus.

Idem mos Græcis.

δὲ μὴ

*ῖς μὴ, τἀναντία. αὕτη γὰρ ἱερὰ συμβουλὴ λεγομένη ἐστὶ, δοκεῖ μοι παρεῖναι.*

Saxo Seriphio *Vere, ſaxo. Vide Strabonem lib. X.*

Plautius Siluanus prætor Aproniam coniugem in præceps iecit. *Incertus ſententiæ ſum, ea demne res hæc narrata Quinctiliano, lib. VII. cap. II.* Id autem genus, de quo nouiſſimè dixi, non ſolùm in ſcholis ſæpe tractatur, ſed etiam in foro. Nam id eſt in cauſſa Nauij Aproniani (*lego,* Nonij Aproniani) ſolùm quæſitum, Præcipitatane eſſet ab eo vxor, an ſe ipſa ſua ſponte iecisſet. Quam actionem equidem ſolam in hoc tempus emiſeram: quod ipſum feciſſe ſeductum iuuenili cupiditate gloriæ fateor. *Res quidem gemina & ſtrepat nomen & ætas, quia Tiberij ano vix eſt vt Quinctilianus cauſſas egerit. De hoc ipſo autem Plautio lapis,* Similis planè in Quinctiliano narratio.

TI. PLAVTIO. M. F. M. N. Ti. Plautius.
SILVANO. AELIANO.
PONTIF. SODALI. AVGVSTALI
III. VIR. A. A. A. F. F. Q. TI. CAESARIS
LEG. LEG. V. IN. GERMANIA.

*Id eſt*, Triumuiro auro argento æri flando feriundo, Quæſtori Tiberij Cæſ. Legato Legionis quintæ.

Vrgulania Siluani auia. *Vrgulenij in gente Plautia ſunt. Latia.* A. PLAVTIVS. M. F. VRGVLANIVS. *& Suetonij Claudio. Plautia Vrgulanilla, non Herculanilla eius vxor: quod rectè monuit ex vet. libro Torrentius.*

PAG. 203. Nam priores duces ſibi impetrande, *Corrigo,* vbi impetrando.

Tres laureatæ in vrbe ſtatuæ. *Furij Camilli, L. Apronij Iunij Blæſi de ſtatuis triumphalibus Plinius,* Statuæ pro triumpho.
*Tacitus in Agricola:* Igitur triumphalia orna-



Ayuntamiento de Madrid

menta, & illuſtris ſtatuæ honorem, & quidquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata decerni iubet.

Raptabat Africam Tacfarinas. *Non, reptabat, vt vulgò. Alibi:* Igitur raptare inter ſe, immittere latronum globos. *Græci dicunt, κατασύρειν.*

Ptolemæus Africæ rex.

Ptolemæo Iubæ filio. *Quem Caius poſteà interfecit. Sueton. cap.* XXVI. Ptolemæum regis Iubæ filium conſobrinum ſuum (erat enim & is M. Antonij ex Selena filia nepos) interfecit. *Seneca de Tranquillitate:* Ptolemæum regem Africæ, Mithridatem Armeniæ, inter Caianas cuſtodias vidimus. Alter in exſilium miſſus eſt: alter, vt meliore fide mitteretur, optabat. *Ex verbis Senecæ apparet dimiſſum Ptolemæum, ſed per viam iuſſu Caij interfectum.*

Proconſul P. Dolabella. *Cuius memoriam in Illyrico ſeruat lapis,*

P. CORNELIO
DOLABELLAE. COS.
VII. VIRO. EPVLONI
SODALI. TITIENSI
LEG. PRO. PR. DIVI. AVGVSTI
ET. TI. CAESARIS. AVGVSTI
CIVITATES. SVPERIORIS
PROVINCIAE. HILLYRICI

Thubuſcum opidum. *Mauritaniæ Cæſarienſis aliàs, Tubuſuptus, & Succabar dictum.*

P. Dolabella Emendatus Cornelius.

PAG. 205. Perculſa gens & culpæ neſcia. *Imò* culpæ conſcia. *atque ita ſcribo. Nam ſuprà au*-prædarum receptorem & ſocium prædandi fuiſſe Garamantum regem, miſſis leuibus copiis. *Non ergo extra culpam.*

Cui prouincia vetere ex more Calles euenerat. *Vtrum Calles hic legimus, an Cales? Si calles: interpre*-

prętor ex Suetonij loco, in Iulio cap. XIX. Opera ab optimatibus data eſt, vt prouinciæ futuris Conſulibus minimi negotij, id eſt, ſyluæ calleſque decernerentur. *Vt antiquitus quidem calles, (eo nomine intelligimus curam publicorum ſaltuũ calliũmque, in quibus pecora paſcebantur, ære aliquo conſtituto) prouincia Quæſtorum fuerit: interdũ & Conſulum, ſi bella nuſquam aut hoſtis. Sed nec Cales mihi diſplicent: vt in eo opido Quæſtoris fuerit ſedes. Sic enim in Liuio lego, Piſas Conſulibus decretas, & Tarentum Prætoribus: & lib.* XXV. Nero præter Sueſſulam ſortitur. *quibus opidorũ nominibus, loca ſcio intellegi vicina. Veteri autem rep. ante Sullam, cũ in octo Quæſtores eſſent, exq; ĩs duo Militares, duo Vrbani: ſatis conſtat quattuor reliquos prouincias in Italia aut certè Sicilia habuiſſe: externis prouincĩs imperio nondũ adiunctis. Eas puto ſic conſtituendas, (quod enim niſi arbitriũ interponam in re caſca & obſcura?) Aquariam ſiue Frumentariã, Oſtiæ: cuius mentio Ciceroni pro Cn. Plancio, pro Muræna, & Interrogatione in Vatiniũ teſtem. cui Quæſtori ora tota maris inferi ſubuectio frumenti, res nautica, aliaq; talia curæ. Secundam Gallicam, Arimini. Meminit Suetonius in Claudio, cap.* XXIV. Detracta Quæſtoribus Oſtienſi & Gallica prouincia, curam ærarij Saturni reddidit. *Video ibi * virum doctum velle,* callium prouinciæ: *eruditè fateor & acutè. & tamen ſuſtinet aſſenſionem meam Plutarchi locus Sertorio: quem Quæſtorem deſignatũ ait Galliæ circumpadanæ.* ταμίας, *inquit,* ἀποδειχθεὶς τῆς περὶ Πάδον Γαλατίας. *Tertiam Calibus, ad Vulturnum flumen. qui Quæſtor tractui Campano Sidicinoq; præfuit Brundiſium vſque. Eam non alio tibicine fulcire poſſum, quàm hoc loco. Quartam adhuc quæro niſi ſi fuerit in Sicilia Lylibæi, argumento, quòd ea pr-*

Ambigua lectio.

Calles prouincia.

Adi Turneb. lib. 3. cap. 9. & 12.

Cales, Quæſtorum prouincia.

Lib XXXVI.

Lib. XLV.

Prouinciæ Quæſtorum antiquitus.

Aquaria, Oſtiæ.

Vide Antiq. meas, lib. I. cap. XII.

Gallica, Arimini.

* Torrentiũ, in eum locum.

Campana, Calibus.

Sicula, Lilybæi.



Ayuntamiento de Madrid

*ma prouinciarum facta: & quod etiam inferiori æui cum miſſus illuc Prætor, ſemper in Sicilia duo Quæſtores Syracuſanus & Lilybætanus.*

Tacitus correctus.

PAG. 206. Nomen viri Q. Vibius Serenus in Senatum inducti ſunt. *Puto legendum totum locum,* reus pater, accuſator filius (nomen vtrique Vibius Serenus) in Senatum inducti ſunt. *Nec male etiam coiuerit hiulca aliàs oratio, traiectis verbis:* reus pater, accuſator filius in Senatum inducti ſunt. Nomen viri Q. Vibius Serenus, ab exſilio retractus. *Elige.*

Robur in carcere.

Catena vinctus. *Agnoſcis cuſtodiam militarem.*

Robur & ſaxum minitantium. Robus, *ait Feſtus,* in carcere is locus, quò præcipitatur maleficorum genus, quod antè arcis robuſteis includebatur. *Liuius* XXXVIII. Vt in carcere inter fures & latrones vir clariſſimus includatur, & in robore ac tenebris exſpiret, deinde ante carcerem nudus proiiciatur. *Plautus Pœnulo:*

Plautus explicatus.

> Vos ego iam detrudam ad molas: inde porrò
> ad puteum atque robuſtum codicem.

*Et alibi fortè per iocum idem Captiuis:*

> At ego faciam vt pudeat, nam in ruborem te
> totum dabo.

*vbi malim ſcribi,* in robur. *Nec tamen omiſerim, hic in Tacito, Robur videri potius ſupplicij locum quam cuſtodiæ. Valerius ita accepit, lib.* VI. *cap.* III. Quin etiam familiares Gracchorum, nequis reip. inimicis amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt. *& Lucanus lib.* II.

De robore præcipitati.

> Sæua Tribunitio maduerunt robora tabo.

PAG. 207. Poſt damnatum Libonem miſſis literis exprobrauerat ſuum tantùm ſtudium ſine fructu fuiſſe. *At in dānatione Libonis nulla mentio huius Sereni, nulla partes.*

Inter

Ayuntamiento de Madrid

Interceſsit. Gallus Aſinius. *Vulgò vitioſa diſtinctio. Scribe totum locum,* interceſsit. Gallus Aſinius G.a.D. claudendum cenſere. *Id eſt, cenſebat. Intercedendi Aſpernandique verba ad Cæſarem ipſum referenda ſunt, qui iure Tribunitiæ poteſtatis interceſsit decreto, inuidiæ minuendæ.* Vitioſa diſtinctio in Tacito.

PAG. 208. Suillium Quæſtorem quondam Germanici. *Gloriatur ipſe in oratione contra Senecam.* Se Quæſtorem Germanici, illum domus eius adulterum fuiſſe. Suillius.

PAG. 20 . Ex quis magnarum ſæpe rerum motus oriuntur. *Lego,* monitus oriuntur. *Non enim vllos motus ex accuſatione aliiſque talibus oriri vult: ſed rerum ſalubrium exempla monitionesq́;. Qui reuera pulcherrimus hiſtoriæ fructus.*

Neque alia rerum. *Emendaui,* neque alia re Ro. *Rem Romanam hoc ſenſu non ſemel dixit, vt monui ſupra.* Res Romana

Cæterùm vt profutura, ita minimum oblectationis adferunt. *Dixit idem Thucydides:* καὶ ἐς μὲν ἀκρόασιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν, ἀτερπέστερον φανεῖται. Sententia è Thucydide.

PAG. 210. Laudatóque M. Bruto, C. Caſsium Romanorum vltimum dixiſſet. *Hoc quidem Bruti ipſius elogium fuit de Caſsio iam mortuo: publiceque dixit* ἔσχατον ἄνδρα Ῥωμαίων τὸν Κάσσιον. *Plutarchus in Bruto. Inde ergo magnificam eam vocem Cremutius ſumpſit.* De Caſsio inſigne dictum.

Satrius Secũdus & Pinarius Natta Seiani clientes. *Alterius mentio Senecæ in Conſolatione ad Marciam huius Cremutij filiam.* Propone, *inquit,* illud acerbiſsimum tibi tempus, quo Seianus patrem tuum clienti ſuo Satrio Secundo congiariũ dedit. Iraſcebatur illi ob vnum aut alterum liberius dictum: quod Tacitus ferre non potuerat, Satrius Secundus.



Ayuntamiento de Madrid

Correctus locus Cremutij.

Seianum: in ceruices noſtras non imponi quidem, ſed deſcendere. *ſcribo eſcendere, id eſt, pedetentim & per gradus Imperatorem fieri*

Aſinij Pollionis hiſtoriæ.

PAG. 211. Aſinij Pollionis ſcripta. *Qui* XVII. *libros hiſtoriarum ſcripſit, auctore Suida. Citat Suetonius, & alij.*

Non accurata ſupputatio Taciti.

Illi quidem ſeptuageſimum ante annum. *Rotundum numerũ poſuit, non verum. qui erat* LXII. *Facilis ſupputatio. Nam bellum Philippenſe anno vrbis* DCCXI. *at nunc annus* DCCLXXIII.

Generoſa Cremutij mors.

Egreſſus dein Senatu, vitam abſtinentia finiuit. *Diſtinctè totam hiſtoriam Seneca:* Vſus itaque balneo, & quò plus imponeret, in cubiculũ ſe quaſi guſtaturus contulit: & dimiſſis pueris, quædam per feneſtram, vt videretur ediſſe, proiecit à cœna. Deinde quaſi (*corrupta interpunctio ab ignoratione moris priſci, ſcribe,* proiecit. A cœna deinde quaſi.

Poſt balneũ, Guſtus.

*Mos vulgo obtinebat vt in balneo, aut ſtatim poſt balneum aliquid ſumerent, quod vocabant Guſtationem & Guſtum, & deinde nihilominus venirent ad legitimam cœnam*) iam ſatis in cubiculo ediſſet, abſtinuit: alteróque die & tertio idem fecit. Quarto ipſa infirmitate corporis faciebat indicium. Cognitio conſilio eius, publica voluptas erat, quòd è faucibus auidiſſimorum luporum educeretur præda. Accuſatores, Seiano auctore, adeunt conſulum tribunalia: queruntur mori Cordum, vt interpellarent quod coëgerant. Adeò illis Cordus videbatur effugere. Magna res erat in quæſtione, an mortis rei perderentur. Dum deliberatur, dum accuſatores iterum adeunt, ille ſe abſoluerat. *Quem ſecum eo libentius adſcipſi, vt ab alijs depoſitum emendarem.* Corruptum enim illud, an mortis rei perderentur: *& ad Ordipum relegamos Pincianus. In libro manuſ. legi,* proderentur.

Seneca emendatus.

*itaque*

*Itaque cum adſeueratione emendo*, an morte rei prohiberentur. *Probat ipſe Seneca ſtatim*: Fles quòd quenquam tuorum mori neceſſe fuit? Pœne non licuit.

Libros per Ædiles cremandos cenſuêre patres. *Aliàs id per Triumuiros factum. In vita Agricolæ*: Delegato Triumuiris miniſterio, vt monumenta clariſſimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. *Aliàs per Prætorem. Valerius*: Græcos Numæ libros L. Petillius Prætor vrbanus ex auctoritate Senatus per victimarios igne facto in conſpectu populi cremauit. *Primus Romanorum hanc ingenij ſui pœnam ſubijt Labienus. Vide pulcra apud Senecam patrem lib. x. Controu. initio.*

Ædiles cremabant libros. Interdum Triumuiri. Aliàs Prætor.

Labieni libri primi exuſti.

PAG. 212. Sed manſerunt occultati, & editi. *Occultati à filia, & ab eadem poſteà editi. Itaque nihil muto. Vertranio tamen placet*, & abditi. *Non moris Tacito, bina verba ponere eiuſdem rei. Vide Senecæ 1. caput Conſolat. ad Marciam. Scripſerat hic Cremutius bella ciuilia & res Auguſti: exſtantq́; fragmenta, ex quibus genus dicendi colligas, in Suaſoria Senecæ de morte Ciceronis.*

Cremutius bellorum ciuilium ſcriptor.

Præfectum vrbis Druſum. *Capio Druſum Germanici filium. Moris enim vt Latinarum diebus præficeretur vrbi adoleſcens aliquis ex prima nobilitate. Dico adoleſcens, quoniam, vt Mutius ait*, ex ea ætate præfectus fiat, quæ non ſit Senatoria. *apud Agell.* XIIII. *cap. vlt. Ità & Nero Præf. vrbi à Claudio. Sueton. cap.* VII.

Præfectus Latinarū, e iuuentute.

Auſpiciandi gratia tribunal ingreſſum. *Moris, vt quicunque munus aut magiſtratum caperent, primo eius die leuiter aliquid delibarent, auſpicij ſaltem cauſſa. Aſconius ad illud Ciceronis in Verrem*, Qui auſpicatò à Chelidone ſurrexiſſet: Auſpicari dicuntur ineuntes magiſtratus: & quia Chelidon,

Auſpicari, in magiſtratu.



Ayuntamiento de Madrid

id eſt hirundo, vrbem frequen at, facetè vrbana
prouinciam Chelidonis auſpicio meretricis dici
eſſe ſuſceptam. *Itaque appellabant primum illu*

Auſpicalis dies.

*Auſpicalem diem. Panegyriſtes:* Illum tamen pri-
mum Conſulatus tui auſpicalem diem taci
præterire nullo modo poſſum: quo tu ſolus om-
nium conſecutus es, vt quod tempus anteà inci-
piendis tantummodo rebus aptum eſſe videba-
tur, tunc primum potuerit ſufficere peragend.
vnóque ſol curriculo & officia te Conſulis in-
choantem videret, & Imperatoris implentem

Leues cauſſæ exordio magiſtratus.

*Non alia fax clarior ad hunc ritum, & bene ait i*
*cipiendis rebus: quia tantùm leues quædam & tu*
*lætitiæ cauſſæ proponi ſolent, dicis gratia. Suetoniu*
*Nerone:* Auſpicatus eſt & iuriſdictionem Præfe-
ctus vrbi (*ita lege, non,* præfecti vrbis) ſacro La-
tinarum, celeberrimis patronis non tranſlatitiis
vt aſſolet, & breues, ſed maximas plurimáſque
poſtulationes certatim ingerentibus; quanquam

Artes delibabant vulgò Kalendis anni.

interdictum à Claudio eſſet. *Nec magiſtratus ſo-*
*lum, ſed etiam priuati homines vulgò Kal. Ianuar.*
*artes ſuas, religionis ominíſque cauſſa, auſpicabantu*
*Ouidius,*

Tempora commiſi naſcentia rebus agendis,
Totus ab auſpicio ne foret annus iners.
Quiſque ſuas artes ob idem delibat agendo,
Nec plus quàm ſolitum teſtificatur opus.

Seneca ad hûc morem explicatus.

*Seneca epiſt.* LXXXIIII. Ille tantus Pſychrolu-
tes, qui Kal. Ianuariis in Euripum ſaltabam: qu
anno nouo, quemadmodum legere, ſcribere, di-
cere aliquid, ſic auſpicabar in Virginem deſilire

Et Sueton.

*Suetonium eodem traho Nerone, cap.* XLVI. Kalen
Ianuariis auſpicanti, Sporus anulum muneri ob-
tulit, cuius gemmæ ſculptura erat Proſerpinæ
raptus. *Illud proprium ſtudioſis, vt auſpicarentu*
*lucubra*

Ayuntamiento de Madrid

*Lucubrationes ſuas nocturnas, vt opinor, Volcanalibus ipſit. Apparet ex Plinij verbis epiſt. ad Macrum de auunculi ſui vita ſtudiiſque.* Lucubrare Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſſa, ſed ſtudendi. *Volcanalia autem* IX. *Kal. Septembres.*

Studioſi auſpicabantur Vulcanalib.

Quodá Cæſare increpitum. *Iure, quia, vt dixi, non ſeriæ cauſſæ, ſed leues quædam tunc agi ſolitæ: multo minus capitales, & omnis ſexus ac ſexui.*

Obiecta Cyzicenis incuria cærimoniarum Diui Augusti. *Quòd fanum honori eius cœptum non perfeciſſent, & quòd ciues quoſdam Rom. in vincla coniecisſent. Dio. & Suetonius cap.* XXXVII. Cyziceni in ciues Ro. violentiùs quædam auſis publicè libertatem ademit, quam bello Mithradatico meruerant. *Ademerat ſanè Cyzicenis libertatem & Auguſtus, ob ciues item Rom. flagris caſos: ſed mox reſtituit. vti apud Dionem reperies lib.* LIIII. *ictu anni* DCCXXXIIII. *&* DCCXL. *Strabo libro* XII. *Cyzicum liberam fuiſſe ait ſuo etiam æuo ex quo vides magnum illum ſcriptorem deſijſſe viuere aut ſcribere, ante hunc Tiberij annum.*

Cyzicenis libertas adempta.

Strabo quãdo deſierit ſcribere.

PAG. 213. Diuus Auguſtus ſibi, atque vrbi Romæ templum apud Pergamum. *Exemplum huius æmulationis à Perſis, de quibus apud Q. Curtium penes ſermonem Cleo:* Perſas non ſolùm piè, ſed etiam prudenter reges ſuos inter deos colere maieſtatem enim imperij, ſalutis eſſe tutelã. *Eadem Auguſti mens. ſed vt leniret inuidiam, non ſibi ſoli permiſit templa ſtatui, ſed coniũctim vrbi Romæ, eique iampridem ſcilicet inter deas. Suetonius:* Templa quamuis ſciret etiam Proconſulibus decerni ſolere: in nulla tamẽ prouincia niſi cõmuni ſuo Romæque nomine recepit. *Ita à communi Aſiæ Pergami factum templum, de quo hîc Tacitus, & denarij veteres: in quibus templi forma cum inſcriptione,* COM.

Perſæ reges ſuos pro dijs colunt.

Templa Romæ & Auguſto.



Ayuntamiento de Madrid

ASIAE. ROM. ET. AVG. *id eſt, Commune Aſiæ Romæ & Auguſto. de quo ſatu multa Dio lib.* LI *in actu anni* DCCXXV. *Facit quod in lapidibus legimus.* FLAMINI. ROM. ET. AVG. *& apud Reſum Templum Romæ & Auguſti, in ipſa vrbe.*

PAG. 214. Vt coniunctione Cæſaris dignus crederetur. *Filia eius Claudij filio deſponſa.*

Nonnihil etiam de equitibus Romanis conſultauiſſe. *Suetonius:* Agrippa defuncto, multis ac diu etiam ex equeſtri ordine circumſpectis conditionibus, Tiberium priuignum ſuum elegit.

PAG. 215. Falleris enim ſi te manſurum in eodem ordine putas. *Reſpondet illi parti.* Non enim exuere ſe impoſita munia.

Quæ C. Cæſari. *Auguſti filio.*

C. Proculeius.

PAG. 216. C. Proculeiũ. *Qui frater Varronis Murenæ, illius qui in Auguſtũ cõſpirauit: cuius etiã ſoror Mæcenati vxor. Dio.* LIIII. *Laudat eum Horatius*

Viuet extento Proculeius æuo
Notus in fratres animi paterni.

Litteræ per milites commeabant.

Litterarum magna ex parte ſe arbitrum fore cùm per milites commearent. *Obſerua litteras per milites ſolere tranſmitti, & quidem per eos qui Speculatores dicti. Clarus hic locus, & firmandæ Suetonij ſcripturæ, quæ in omnibus fere manuſc. Cal. cap.* XLIIII. Magnificas Romam litteras miſit, mandatis ſpeculatoribus vt vehiculo ad forum vſque & Curiam pertenderent. *Deprauarunt vulgo ſæpe latoribus.*

Suetonius emendatus.

PAG. 217. Votieno Montano celebris ingenij viro. *Cuius inter celebres oratores mentio Senecæ lib.* V. *controuerſia* VII. *& Præfatione lib.* IX. *Etiam inter poetas Ouidio:*

Montanus poeta.

Quiq; vel imparib. numeris Mõtane vel æquis

Suf-

Ayuntamiento de Madrid

Sufficis,& gemino carmine nomen habes.

Quanquam Lentulus Gætulicus Conſul deſignatus lege Iulia damnaſſet, exſilio puniuit. *Adulterij pœnæ quæ olim, non in promptu recludam ſi potero, & tenebris priſci æui radium aliquem dabo unæ lucis. Romuli lege, matrona eius culpæ rea, marito permiſſa cognatiſq́; ii, uti viſum, multabant, puniebant. Sed vtrúmne morte? Puto verecundè contra virum doctū, licuiſſe. Ex Dionyſio, qui lege regia maritum conſtituit* κύριον τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας, *arbitrum magnitudinis pœnæ. Ex iure ipſo quia mulier quæ iuxta ſacratas Romuli leges nupta, ita in manu viri, vt proles in patris. Ex Tacito: apud quē* Plautius priſco inſtituto, de capite famáque coniugis propinquis coram, cognouit, & inſontem nunciauit. *Ait, capite famaq́;. Si in ſuperſtitionis crimine marito id iure: credo & in adulterij. In eas quæ ſacris Bacchanalium inceſtu vſæ, cognati maritiq́; intra domos animaduerterunt, aiunt Liuius & Valerius: nec dubito, quin ea animaduerſio ad caput pertinuerit. Denique Egnatius quiſpiam vxorem, quòd vinum bibiſſet, fuſti interemit, idq́; factum non modò accuſatore, ſed etiam reprehenſore caruit: quidni idem iure in grauiori culpa ſit? Argumentum à Catone ſumperam, qui ait:* In adulterio vxorem tuam ſi prehendiſſes, impune necares. *Vanum enim & pertinere tantùm videtur ad deprehenſam. Tamen hoc fateor, eo ſeuero iure perquàm raro maritos vſos: moribúſque receptum videtur, vt adulteram apud cognatos conuictam domo ſaltem exigerent, multaréntque dote. Id ius (ſiue mos fuit) Plautus indicat Amphitruone:*

Quid ſi adduco tuum cognatum huc, à naui Naucratem, (denegat
Qui mecum vna vectu'ſt, vna naui; atque is ſi

Facta

Diſputati de adulterij Pœna.

Ex Romuli lege, arbitrium pœnæ marito: etiā mortis.

Valer. lib. 6. cap. 3. Plinius lib. 14. cap. 13. Tertullianus Apol. cap. 6.

Adulteræ domo exactæ, & dote priuatæ.

Ayuntamiento de Madrid

Facta, quæ tu facta dicis, quid tibi æquum eſt fieri:

Nunquid cauſſam dicis, quin te hoc multem matrimonio?

*Et reſpondet mulier,* Si deliqui, nulla cauſſa eſt. *Et clarè Valerius lib.* VIII *cap.* II. Cùm C. Titinius Minturnenſis Fanniam vxorem, quam impudicam de induſtria duxerat, eo crimine repudiatam ſpoliare dote conaretur. *Portius Latro contra adulteram.* Illud, iudices, mihi tormento eſt, quòd notata iudicio vero, vt multiplicatam dotem perdat, plus tamen ex quæſtu habet, plus habitura eſt, quàm quantum damnatæ perdendum eſt. *Hæc antiquitus obtinuiſſe videntur. quibus adde: Si mariti cognatiq. diſſimulabant, aut, vt Liuij verbis vtar, idoneus in priuato ſupplicij exactor nemo erat: non rarò, publico iudicio, perſequebatur id crimē magiſtratus. Et præſertim Aediles, ac damnatos damnatáſque apud populum reperio pecuniaria multa, imò exſilio interdum. Exempla adduxi ſuprà, de Viſtilia: & nunc non repono. Adde è Valerio de Cn. Sergio Silo,* cui promiſſorum matrifamiliæ nummorum gratia dies ad populum dicta, damnatúſque. *lib.* VI. *Nec plura reperio priſco æuo. Lex Iulia ſecuta eſt, ferente Auguſto. Pœna eius in corpore Digeſtorum, quod miremur, non expreſſa: & ideò ſerram inter ſe reciprocant viri docti. Capitalem eam fuiſſe plures ſenſerunt, deterioréſque. Relegationem tantùm, pauci boniq. Et hercle non fuit mors. Ex Taciti verbis libro* III. *de Iulia filia, neptiq.:* Adulteros earum morte aut fuga puniuit. *ſtatimque addit culpans Auguſtum:* clementiam maiorum ſuáſque ipſe leges egrediebatur. *Nam intellegit Iulias leges. Ne exſilium quidem, ex eodem loco: ſic enim interpretor,*

Magiſtratus accuſabant adulteras.

Et præſertim Aediles.

In lib. II. Annal.

Quæ pœna legis Iuliæ.

Non fuit capitalis.

Nec exſilij pœna.

*ſi*

*ſiuam, & ex hac, qui in manibus: vbi Tiberius con-*
*tra legem Iuliam, ſeueritatem pervicaciter amplexus,*
*Aquiliam exſilio damnat.* Exſilium intellego, perpe-
*tuum, quod ſit vice deportationis. Ergo igitur Relega-*
*tio. Facit huc illud Taciti de Veſtilia,* Eáque in in-
ſulam Seriphon abdita eſt. *id eſt, in inſulam rele-*
*gata. & paullo clementius de Manlio: relegati ne ſim-*
*plici:* Adultero Manlio Africa atque Italia inter-
dictum. *Iuuat aliquid illud Ouidij, qui ob adulteriũ*
*emendatus:* Namque relegatus, non exſul dicor. Et
*tiones quedam ex iure ſcripto: quas pete à Cuiacio*
*lib. VI. obſeruat. cap XI. Nodus aliquis eſſe poſſit in*
*iuriſconſulti verbis ad l. Iuliam:* Adulterij damna-
tam ſi quis duxerit vxorem, lege eâdem tenetur.
*quod tollere videtur relegationem. Et in verbis Portij*
*Latronis, qua ſuprà: è quibus multa dotis ſaltem erui*
*poteſt, & infamiæ nota. Portius autem poſterior Iulia*
*lege. Dicã verè, parũ certa res eſt & exẽpla relegatio-*
*num quæ in hiſtoriis in perſonis eximiis, videri poſſunt à*
*ſeueritate principũ, non a lege: aliudque ſeruatũ for-*
*taſſe in hominum vulgo. Ni fuiſſet, non illæ tam fre-*
*quentes eſſent de adulteriis apud ſcriptores id æui*
*querelæ. Seneca audet ſcribere:* Numquid iam vllus
adulterio pudor eſt? poſtquam eò ventum eſt, vt
nulla maritum habeat, niſi vt irritet adulterum.
*Itaq; paſſim reperies in eam ſententiam, parum pro-*
*babilia, ſi relegatio & fuga, adulterij pœnæ. Quid-*
*quid eius eſt: capitale poſtea id crimen factum, vt ex*
*Appuleio notat idem Cuiacius: cui adde Arnob. lib.*
IV. Adulteria tamen legibus vindicant, & capitali-
bus adficiũt eos pœnis, quos in aliena cõprehen-
derint fœdera genialis ſe lectuli expugnatione ie-
ciſſe. *Et gladio animaduertendũ in adulteros modò,*
*ſed omnes impudicos ſtupratoresq; Vvandalicæ leges,*
*vt legi apud Saluianum lib. 7.* Addiderunt quoque
hoc

Relegatio ſui.

Aut fortaſſe tantum mulcta dotis, cum infamiæ nota.

Adulteriorũ crebritas.

Poſtea tamẽ pœna capitis inducta.

Gladij pœna ex legib. Vvandalicis.

Ayuntamiento de Madrid

hoc ad libidinem comprimendam, ſeueras pudicitiæ ſanctiones decretorum, gladio impudicitiam coercentes.

Album Senatorium.

Quando inſtitutum.

Quotannis id refectum.

PAG. 218. Albo Senatorio eraſit. *Album τὸ λεύκωμα; id eſt, tabulæ albatæ in quibus nomina aliúdue quid inſcriptum. Sic legis Album Prætoris, Album Decurionum, Album iudicum: & in Tertulliano, Album apoſtolorum. Senatorum autem album primus inſtituit Auguſtus, anno* DCCXLVI. *cum recenſo Senatu mulctas infrequentibus impoſuiſſet, & ſimul definiſſet munerum intra quem SC. non fieret. Eas ad res viſum neceſſarium Album: quod renouatum quotannis, & in Curia propoſitum. Dio:* τά τε ὀνόματα συμπάντων βουλευόντων ἐς λεύκωμα ἀναγράψας ἐξέθηκε, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν κατ' ἔτος οὕτω ποιεῖται. *id eſt:* Nomina omnium Senatorum in albo deſcripta propoſuit; atque ex eo, quotannis etiam nunc ita fit.

Diana Limenetis.

Limnatis.

Cognominis eius cauſſa.

Dianæ Limenetidis. *Scripturam eam iuuare aliquid Callimachi verſus videntur in* Dianæ *Hymno:*
——καὶ μὲν ἀγυιαῖς ἔσσῃ καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος.
*quaſi eadem illa dea viis præſit portibúſque. At tu nihil ambigens repone,* Limnatidis. *Ita hiſtoria hic poſtulat, & conſenſio ſcriptorum. Siue enim à Limnis vico (qui aliter Amyclæ dictus) Meſſeniæ: ſiue ἀπὸ τῆς λίμνης, à palude: agnominata ea dea, certe Limnatis ſcribendum, ſiue Limnetis. Prioris ſententiæ Strabo eſſe videtur lib.* VIII. τὸ δ' ἐν Λίμναις τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν Λιμναῖον ἐφ' ᾧ Μεσσήνιοι περὶ τὰς παρθένους ὑβρίσαι δοκοῦσι τὰς ἀφιγμένας ἐπὶ τὴν θυσίαν, ἐν μεθορίοις ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς καὶ τῆς Μεσσηνίας, ὅπου κοινὴν συνετέλουν πανήγυριν καὶ θυσίαν ἀμφότεροι. *Nec diſſimilia libro ſexto. At à lacu deriuat clare Pauſanias lib.* IIII. *&* VI. *itémque Artemidorus lib.* II. *qui* Dianam *in ſomniis viſam boni ominis piſcato*

*ſcatoribus eſſe vult, quoniam & λιμνῆτις dicatur.*

Subque regi dent * Heliatem agrum, in quo id delubrum ceſſiſſe. *Lectionis & hiſtoriæ obſcuræ locus, Placet,* regi Penthilo Eleatem agrum. *Penthilus Arcadiæ, & niſi fallor, Meſſeniorum rex filius Oreſtis. Strabo lib.* XIII. Ὀρέστου δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ τελευτήσαντος τὸν βίον, διαδέξασθαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πενθίλον λέγουσι, καὶ προελθεῖν μέχρι Θρᾴκης, ἑξήκοντα ἔτεσι τῶν τρωϊκῶν ὕστερον, ὑπ' αὐτὴν τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν εἰς Πελοπόννησον κάθοδον. *id eſt:* Oreſti in Arcadia defuncto ſucceſſiſſe in regno Penthilum filium eius aiunt, & proceſſiſſe in Thraciam vſque, ſexaginta ferè poſt Troicas res annis: quo ipſo tempore in Peloponneſum redierunt poſteri Herculis. *Velleius lib.* I. Poſt Oreſtis interitum, filij eius Penthelus & Tiſamenus, regnauere triennio. Tum, ferè anno octogeſimo (*Strabo numerauit annos dumtaxat ſexaginta*) poſt Troiam captam, centeſimo & vigeſimo quàm Hercules ad deos excellerat, Pelopis progenies quæ omni hoc tempore, pulſis Heraclidis, Peloponneſi imperium obtinuerat ab Herculis progenie expellitur. *Tēpora & res ſatis conueniunt: diſconuenit fortaſſe Tacitus, qui regem ipſum è poſteris Herculis facere videtur. At cùm omnia Græcorū ſcr nia excuſſi, qui progeniem Herculis prodidère, intérque alios Theophilum lib.* II. *aduerſum gentes, Penthilum nullum reperio. Turbat etiā, quòd Pauſanias libro quarto, vbi Meſſeniorum reges ordine enumerat, neminem recenſet hoc nomine. Quid ſi legas ergo* Pentheo Eleatem agrum? *quid ſi,* Temeno, *qui certè inter Heraclidas eſt. Sed is Argis regnū habuit, vt Pauſanias auctor. Quē eundem in hac hiſtoria ſi ſequimur, Creſponti nomen fuit Meſſeniorum regi: cui in diuiſione per fraudem liqueſcētis ſortis, terra ea obuēnit. Scri-*

Ambigua lectio in Cornelio.

Penthilus Arcadiæ rex.

Aliquid hac de re & Tertull. De pallio.

Coniecturæ plures.

Creſpontes Meſſeniorū rex.

Eleas ager.



Ayuntamiento de Madrid

*pſerim ergo*, ſuóque regi dein Eleatem agrum. *Eleatem ſanè retineo: quia Strabo mihi auctor totam regiunculam inter Dymen & Meſſenam, Eleam vocatam fuiſſe.* * *Denthel eatem, ſiue potius Dentheletem recipere non poſſum, quia Thraciæ ii populi, apud quos qui potuit eſſe hoc templum? Dixi multa. ſi erro, da ſoder coronam: quia taurum toties non ferire difficile eſt, ait ille.*

* Quæ opinio Vertranij eſt.

Aedem Veneris monte apud Erycum. *Imò,* Erycem. *Eryx enim Siciliæ ille mōs dictus, deſcriptus Polybio lib. I cū ipſo templo, & Straboni in 6.* De eo *Virg.*

Eryx mons.

Tum vicina aſtris Erycino in vertice ſedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

*Et ad eius inſtar etiam Romæ templum erectū Veneris Erycinæ ad portā Collinam de quo Ouidius & Liuius. At illud mirum, quod noſter hic Tiberio tribuit, id Suetonium Claudio adſcripſiſſe, cap.* XXV. Templum in Sicilia Veneris Erycinæ vetuſtate collapſum vt ex ærario P. R. reficeretur, auctor fuit. *An Suetonius id ſcripſit ἀλογιςί, an verè inſtauratum iterum a Claudio fuit? Quod tamen haud facile credita, tam pauco annorum interuallo.*

Veneris Erycinæ ædes Romæ.
Suetonij fortaſſe error.

Suſcepit curam libens vt conſanguineus. *Quia Segeſtani pariter à Troianis orti. Panegyricus tamen ſcriptor, ad ſolos in Sicilia Mamertinos eam gloriam transfert.* Imputauêre ſe origine fabuloſa, *inquit,* in Sicilia Mamertini, in Aſia Ilienſes.

Segeſtani à Troianis.
Mamertini.

P. Rutilij exemplum. *De quo Ouidius:*

Et graue magnanimi robur mirare Rutili
Non vſi reditus conditione dati.
Smyrna virū tenuit, non Pontus & hoſtica tellus.

*Velleius, Cicero, Seneca, omnes ſcriptores.*

Lentulo ſuper Conſulatum & triumphalia de Gætulis. *Plures Lentuli ſub hoc æuum, & vereor, vt confuderint quoſdam viri docti. Lentulum Augur[illegible]*

Lentuli diſcreti.

[illegible]

Ayuntamiento de Madrid

*eundem fuiſſe cum hoc Gætulico cenſent. Nō conſentio ego. Primùm, quia ille ſemper Auguris cognomine, quaſi ad diſcrimen adfectus: quod deſiiſſet, facto loco agnomini meliori. Vbi, inquam, ille Augur nominatur, nuſquam abiectum Gætulici nomen. Iterum, quia huic Auguri liberi nulli. colligo ex Suetonij Tiberio, qui ait* Cn. Lentulum Augurem, cui cenſus maximus fuerit, angore & metu ad faſtidium vitæ à Tiberio actum: & vt nequo niſi ipſo herede moreretur. *Non tam impudens Tiberius, (præſertim hoc imperij ſui æuo) qui id exprimeret ab homine, cui ſuus heres. At Lentulo Gætulico filius, vti docebo cognomine eodem. Denique notari Augurem, vt inertem, ſine ingenio, ſine lingua à Seneca video; illum laudari à Tacito hic & lib. I.* Præcipuè infenſi Cn. Lentulo, quòd is ante alios ætate & gloria belli firmare Druſum credebatur, & illa militiæ flagitia primus aſpernari. *Nō mouet me quòd opes magnas Gætulico Tacitus tribuit. magnas item Auguri, Seneca Suetoniuſq. Diſparitas enim elucet eo ipſo. Gætulico gloriæ fuerunt opes innocenter partæ & modeſtè habitæ, ait noſter: vitio Auguri, cuius ſordes & ſterilitatem notat Seneca his verbis.* Cn. Lentulus Augur diuitiarum maximum exemplum, antequam illum libertini pauperem facerent (hic quater millies HS. ſuum vidit. propriè dixi; nihil enim amplius quàm vidit) ingenij fuit tam ſterilis, quàm animi. Cùm enim eſſet auariſſimus, nūmos citiùs emittebat, quàm verba. tanta erat illi inopia ſermonis. *Cenſeo ergo diuerſum ab Augure Gætulicum fuiſſe: cenſeo tamen, non pugno. Sed & Gætulici duo, Pater, Filiuſq. Pater ecce, qui hoc anno mortuus: filius, qui ſequenti Conſul. Nominant Faſti, Dio, Tacitus ipſe. Velleius clariſſimè* Sed Coſſus etiā victoriæ teſtimonium in cognomē filij contulit,

Gætulicus ab Augure diuerſus.

Diuitiæ Lentulorum.

Gætulici duo fuerũ.

Gætulicus Filius, poeta & historicus. adoleſcentis in omnium virtutum exempla geniti. *Filius eſt, cui locus inter doctos: cuius Hiſtoriæ & poemata laudantur à priſcis. Hiſtoria, à Suetonio, Cal. cap.* VIII. Cn. Lentulus Gætulicus Tiburi genitum ſcribit. *Poemata, Martiale, Præfatione quapiam, Sidonio, & Probo. Leguntur & hodie quædam Græca* III. *&* VI. *Anthologia, vbi corruptè titulus,* Γελουλλίου *pro* Γελουλικοῦ. *Superuixit iſte ad Caij principatum, interfectus ab eo cùm Germaniæ præfuiſſet decem annos. Dio,* LIX.

PAG. 219. Domitium decorauit pater. *Vide Suetonium in Nerone cap.* I. *Velleium* II.

Hunc admodum adoleſcentulum ſororis nepotem. *Natus enim ex Iulo Antonio & Marcella Octauiæ F. Conſule Auguſti noſtrum Stemma.*

Nationis Termeſtinæ. *Termiſum opidum clarum* Termiſũ opidum, ſiue Termes. *in Hiſpaniis agnoſcit Appianus:* Τερμισὸν δὲ μεγάλην πόλιν ἀεὶ δυσπειθῆ Ῥωμαίοις γενομένην, ἐξ ἐρυμνοῦ κατήγαγεν ἐς τὸ πεδίον, καὶ ἐκέλευσεν οἰκεῖν ἀτειχίστους. *Et credo me vere emendaſſe illud Saluſtij:* Hi ſaltibus occupatis Termeſtinorum agros inuaſere. *vbi vulgò,* tum externorum agros. *Opidum* Lib. III. cap. III. *ipſum Termes Plinio dictum: unde Termeſtini.*

PAG. 220. Idemque cùm poſtero ad quæſitionem traheretur. *Vertranius notat,* Deeſt hic nomen, die. *Imò iudicium hic tibi Solens priſcis ſine additione* Heſternò, Cottidianò, & ſimilia. *dicere, Heſternò, Cottidianò. Annò, Hornò, Poſterò: & ferè Aduerbiorum in morem. Exempla, iuuentutis cauſſa, ſint iſta. Tacitus* XV. *Annal.* Poſterò, cùm ad eoſdem cruciatus retraheretur, geſtamine ſellæ *&c. Plautus Capteiueis,* Niſi cottidianò ſeſquiopus confeceris. *vbi perperam legas,* cottidianos, *vulgò. Sic idem ille Annò, non ſemel dixit,* Leuicula in Plauto emendatio. *vt alibi notaui & correxi. Sic Cicero lib.* XIII. *ad Atticum, Anniuerſariò, item Voluntariò, Commodò. &*

plu

Ayuntamiento de Madrid

*plura. Heſternò etiam eâdem ratione mihi lectum.*

Thracum gentibus, qui montium editis inculti, atque eo ferociùs agitabant. *Hi ſunt quos* ὀρεινοὺς Θρᾶκας *Thucydides appellat, deſcribitq́; lib.* II. παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρᾳκῶν τοὺς πολλοὺς τῶν αὐτονόμων καὶ μαχαιροφόρων, οἱ Δῖοι καλοῦνται, τὴν Ῥοδόπην οἱ πλεῖστοι οἰκοῦντες. *Quod ait eos* αὐτονόμους: *idem Tacitus voluit, cùm hîc ſcripſit*, ne regibus quidem niſi ex libidine parêre ſolitos. — Môtani Thraces. — Ij liberi.

P A G. 221. Magna vis armata aut incondita. *Rectè. Rhenanus*, at incondita, *præter Taciti mentem.*

More gentis, cum carminibus & tripudiis præſultabant. *Norat barbaricum eum ritum eleganter Thucydides in oratione Braſidæ, lib.* IV. οὗτοι δὲ τὴν μέλλησιν μὲν ἔχουσιν τοῖς ἀπείροις φοβεράν. καὶ γὰρ πλήθει ὄψεως δεινοὶ, καὶ βοῆς μεγέθει ἀφόρητοι, ἥ τε διακενῆς ἐπανάσεισις τῶν ὅπλων ἔχει τινὰ δήλωσιν ἀπειλῆς, προσμῖξαι δὲ τοῖς ὑπομένουσιν αὐτὰ οὐχ ὅμοιοι. *Vbi ſcribi velim.* πλήξει ὄψεως. *quod Tacitus tranſtulit ad Germanos*, corpus viſu toruum. De *hoc ritu in loco plura.* — Barbarorum mos ante aciem cantadi.

P A G. 224. Claudia pulchra ſobrina eius poſtulatur. *Dionem adi, qui hiſtoriam hancce recenſuit inter acta Caij, vbi de Domitio. Sobrina hæc Claudia quomodo Agrippinæ fuerit, nondum repperi: hoc tantum, filium eius Quinctilium Varum, deſponſum filiæ Germanici. quod oſtendo infrà*

P A G. 225. Græco verſu admonuit, ideò lædi, quia non regnaret. *Suetonius extulit*, Si non dominaris filiola, iniuriam accipere exiſtimas? *Ex quo Canterus noſter aptè diuinat.* Εἰ μὴ κρατεῖς, τέκνον, ὑβρίζεσθαι δοκεῖς;

Suo iure diſertum eum appellauit. *Et ſanè ma-* — Domitij Afri laus.



Ayuntamiento de Madrid

*gnificat eum vbique Quinctilianus, quem ſenem ab ſe adoleſcentulo cultum ait, lib. v.*

Deſperatus me iudice, locus.

Eſſe in ciuitate Germanici coniugem. *Non ego medicum huic loco: ne ille quidem qui eſſe iactat, legitq́;* eſſe in ciuitate, qui Germanici C.

Agrippinæ ingenium, & ſcripta.

Repperi in Commentariis Agrippinæ filiæ. *Quæ mulier p[ro] vita, & induſtria præter ſexum Citat eam Plinius Indice libri* V I I. *vocatq́; Agrippinam Claudij: ſcilicet vxorem. Et libro* V I I. Neronem paullo antè principem pedibus genitum parens eius ſcribit Agrippina. *Non pertinent ad hanc, vt vir doctus nuper cenſuit, Auguſti laudes apud Suetonium cap.* L X X X V I. Et quadam epiſtola Agrippinæ neptis ingenium collaudans: Sed opus eſt, inquit, dare te operam ne moleſtè ſcribas aut loquare. *Manifeſtus eſt* ἀναχρονισμός. *Pertinent ad matrem huius, quæ Auguſto neptis: iſta proneptis. Nec dubium, quin hac quidem viuo Auguſto planè adhuc puera.*

Viri docti in ea error.

PAG. 226. Seruis tramiſit. *Qui ad fulcra lecti ex more.*

Atys Herculis filius.

Quanam in ciuitate templum ſtatueretur. *Illud, quod deſtinatum Tiberio & Senatui, à communi Aſiæ.*

P. 227. Tyrrhenū Lydumq́; Atye rege genitos. *Atys Herculis & Omphales filius, è duobus filiis ſorte iacta alterum retinuit Lydum nomine alterum in Italiam miſit coloniæ deducendæ: cui nomē Tyrrhenus, & ab eo Tyrrhenia terra. Ita ferè Strabo lib.* v. *conuenienter ad Taciti verba: & Tertullianus, De ſpectaculis,* Lydos ex Aſia tranſuenas in Etruria conſediſſe Timæus refert, duce Tyrrheno, qui fratri ſucceſſerat (*lego,* ceſſerat, *ſiue,* ſucceſſerat) regni contentione. *Paulò diuerſus tamen ab iſtis Dionyſius*

Tyrrhenus in Italiam.

Ayuntamiento de Madrid

*nyſ lib.1.quem licet legas, V. lleiumq́. lib.1.*

Siue Tantalus Ioue ortus illos, ſiue Theſeus, ſiue vna Amazonum condidiſſet. *Variantes has ſententias ſuper condita Smyrna notabis paſſim. De Theſeo & Athenienſibus, ſenſit Epigrammatarius lib. IV. εἰς εἰκόνα Πεισιστράτου vbi Athenienſes hoc argumento Homerum ſibi vindicant.*

Smyrnam quis condiderit.

Ἡμέτερος γὰρ ἐκεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης,
Εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν.

*De Amazone, quæ nomē Smyrnæ à ſe dederit, initio lib. XIV. Strabo. Cæterum lapides nummiq́; hoc opidum Zmyrnam ſcribunt, non vt obtinuit per Sigma.*

Se primos templum vrbis Romæ ſtatuiſſe. *Obſeruabit philologus. Accidit hoc anno vrbis* DLVIII. *Secuti exemplum ſunt Alabandenſes annis* XXIV. *circiter poſterius glori antur apud Liuium lib* XLIII. Alabandēſes tēplum vrbis Romæ ſe feciſſe commemorauerunt, ludoſque anniuerſarios ei Diuæ inſtituiſſe. *Prudentius de hac dea.*

Quando primum templum Deæ Romæ.

Templum Romæ & Veneris.

——colitur nam ſanguine & ipſa
More deæ, noménque loci ſeu numen habetur
Atque Vrbis Veneríſque pari ſe culmina tollūt
Tēpla, ſimul geminis adolentur thura deabus.

*Vbi vides commune Romæ templum in ipſa vrbe cum Venere fuiſſe. Ad hanc quoque diuam ille poeta:*

Exaudi regina tui pulcherrima mundi
Inter ſidereos Roma recepta polos.

PAG. 228. Tandem Cæſar in Campaniam ſpecie dedicandi templum. *Vox abest ſententiæ explendæ. Lego,* Cæſar iit Campaniam.

Apud Nolam Auguſt. *Loco vbi mortuus. Adi Dionem lib.* LVI *in extremo. Suet. cap.* XL.

Cæde eius parata, ſex poſteà annos pari ſecreto egiunxit. *Abiit vrbe Tiberius, anno* DCCLXXIX.



Ayuntamiento de Madrid

*nec redit: abiit vita* DCCXC. *Vndecim ergo abfuit continuos annos. Errorem Plutarchi non à ſe mulo, aut potius exſcriptoribus, Libello De exſilio: ubi legitur Tiberius ſeptem annis Capreas inhabitaſſe. verba ſunt :* Τιβέριος δὲ Καῖσαρ ἐν Καπρέαις ἑπτὰ ἔτη διῆλθε μέχρι τῆς τελευτῆς. *Falſum. Nec mueris eum, quòd non ſtatim Capreas ſeceſſit. Vix enim in Campania heſit dimidiatum annũ, vt liquet ex Cornelio noſtro. Damna ergo lectionem, niſi manum Plutarchum, & ſcribe,* δέκα, *vel* ἕνδεκα ἔτη *Etiam in Suetonij loco, ubi de hac abſentia, adhæreſco, cap.* LI. Toto quidem triennio, quo viuente matre abfuit, ſemel omnino eam, nec amplius quàm vno die, ac pauciſſimis vidit horis, *& malim*, toto bienio. *Egreſſus enim Tiberius fine anni* DCCLXXIX. *obiit illa principio anni* LXXXII. *vt ex Tacito clarum. Non ergo fuerunt inter toti tres anni.*

Plutarchi ſeu librarij lapſus error.

Addubitatũ de Suetonij ſcriptura.

Quippe illi prægracilis & incurua proceritas. *Pugnat hæc delineatio, è diametro, cum Suetonij verbis.* Corpore fuit amplo atq; robuſto. ſtatura, quæ iuſtam excederet. latus ab humeris & pectore; ceteris quoque membris vſque ad imos pedes æqualis & congruens. *De veritate, ſecundum neutrũ pronuncio. Quod ſequitur.* Vlceroſa facies ac plerumque medicaminibus interſtincta: *explicat idẽ Suetonius* Facie honeſta, in qua tamen crebri & ſubtiles tumores. *In cuius verbis vitiũ. quid enim eſt ſubtilis tumor? Libri aliquot Pulmann. noſtri,* ſubiti tumores. *nihil melius. At tu me duce ſcribe:* ſubſtili tumores. *vel etiam,* ſubſtiles. *Non potuit magis aptiore verbo exprimi liquor ſaniesque, qua in eiuſmodi tumoribus minuratim ſtillat. Ita Subſtillum Feſt. tempus ante póſtque pluuiam, quòd iam ſtillaret aut nondum deſiiſſet. Tertullianus:* Aut imbres ruunt, & ſiqua militia cum imbribus, dehinc

Pugna aperta inter Suetonium Tacitúmque.

Vera in Suetonio correctio.

Subſtillus.

ſubſtil

Ayuntamiento de Madrid

ſubſtillum,& denuo ſudum.

Eques Rom ex illuſtribus Curtius Atticus. *Eſt ille, quem libro VI. ſubuerſum artibus Seiani ait: & ad quem Ouidij Elegia IV. & VII. libri ſecundi De Ponto.*

PAG.229. Mare Amuclanum inter Fundanóſque montes. *Amyclæ duplices. Altera Laconum, quæ ſilentio perierunt, vt paræmia eſt: altera Italorum, inter Caietam & Tarracinam, quas à ſerpentibus deletas crediderunt Solinus Pliniúſque. Ab his Amyclis, mari illi nomen.* Amiciæ in Italia.

Villa, cui vocabulum Speluncæ. *Pretorium Suetonius appellat, more ſui ſæcli: quo omnes villæ elegantiores & non ruſtici vſus, Prætoriæ dictæ. Nomen illi à re, quia impoſita vel adiuncta huic natiuæ ſpeluncæ. Id ſecutos in poſitura villæ Romanos, docet Seneca locus de villa Vatiæ.* Speluncæ ſunt duæ, *inquit,* magni operis, laxo atrio, paries manu factus (*ſcribo*, pares manufactis:) quarum altera ſolem non recipit, altera vſque in Occidentem tenet. Prætoria. Villæ ad ſpeluncas. Seneca correctus.

PAG.230 Falſum renidens vultu, ſeu loqueretur. *Diſtinguo ſic.* redinens vultu, ſeu loqueretur, ſeu taceret iuuenis: crimen ex ſilentio, ex voce. *Turbant vulgò.*

Cum vxor. *Iulia Druſi F. aua Neroni nupta: quámque poſteà Claudius, Meſſalinæ dolo, interficit. Sueton. & Dio.* Iulia.

PAG.231. Aſinius Agrippa. *Cenſeo filium Aſinij Galli: atque adeo, clariores illi maiores, quàm vetuſtiores. Nam Aſinia gens in lucē protracta ab Auguſto, qui non iniuria extulit auum huius Pollionem.* Aſiniæ gens.

Q. Haterius, eloquentiæ celebratæ. *Inter declamatores recenſet Seneca pater, inuritque eandem notam quam hic Tacitus.* Q. Haterius, *inquit,* pulcherrimam imaginem mouit. Cœpit enim Q. Haterius orator.



Ayuntamiento de Madrid

ſubito quo ſolebat curſu orationis ſcribere (*vellem*, deſcribere) quaſi exaudiret aliquem tumultum, vaſtari omnia ac rapi, comburi incendiis villas, fugas agreſtium. & cùm omnia impleſſet terrore, adiecit, Quid exhorruiſti adoleſcens? ſocer tuus venit. *De eodem homine vitioq; corrigendus Seneca filius, epiſt.* XL. Namque Echeri curſum ſuis temporibus oratoris celeberrimi, longè, abeſſe ab homine ſano volo. *lege*, Nam Q. Hateri. *Elegans in hanc rem Auguſti iocus*, *Haterius noſter* * *ſufflaminandus eſt. quod à curribus tractum.*

Seneca de eo emendatus.

* Ipſe rotam ſtringit multo ſufflamine conſul.

Atilius quidam libertini generis. *Ergóne permiſſum liberto edere ludos? Apparet Suetonius tamen aliud indicare videtur Claudij cap.* XXVIII. *De Harpocra magnæ gratiæ apud Imp. liberto*: Cui, *ait*, lectica per vrbem vehendi, ſpectaculáque publice edendi ius tribuit. *Sed credo vetitum Romæ tantum, non in municipiis coloniiſque.*

Liberti non edebant ludos in vrbe.

PAG 252. Quinquaginta hominum millia debilitata, vel obtrita ſunt. *Nihil mutemus. Suetonius & Oroſius viginti hominum millia periiſſe eo caſu aiunt. noſter quinquaginta, ſed latius ſumens, debilitates non ſolum obtritos.*

Conciliati ſcriptores.

PAG. 253. Eueniſſe id olim Claudiæ Quintiæ. *Duo nomina gentilitia huic feminæ? Non eſt Romanum. Scribo*, Claudiæ Quintæ. *Tertia, Secunda, Quarta, Quinta, mulierum agnomina ab ordine naſcendi. Ita Liuio lib.* XL. Calpurnius Piſo necatus à Quarta Hoſtilia vxore dicebatur. *In vetuſto lapide*, QVARTA. LIVIA. *& alibi*, QVINCTIA NONIA, *Eoque exemplo hîc*, *Quinta Claudia. Iudicium meum firmat hiſtoria, quia Ap. Claudio huius patri quinque filiæ fuerunt. Cicero in Caton.* Quattuor robuſtos filios, & quinque filias Ap-

Claudia Quinta. Agnomina feminis numeralia.

pius

Ayuntamiento de Madrid

pius regebat, & ſenex & cæcus. *Malè ergo in ſcriptore de Viris Illuſtribus, Lamia Claudia. Quod ad hiſtoriam hanc, miraculumque, habes apud ſolum, niſi aberro, Valerium lib. I. cap. VIII.* Poſſunt & illa miraculorum loco poni, quod Q. Claudiæ ſtatua in veſtibulo templi Matris deûm poſita, bis ea æde incendio conſumpta, prius P. Naſica Scipione, L. Beſtia: item M. Seruilio & L. Lamia Coſ. in ſua baſi flammis intacta ſtetit.

A Cæle Vibenna, qui dux gentis Etruſcæ, à Tarquinio ſedem acceperat. *Mutant annales, in nomine, in tempore, in re. Nomen illi Cælem noſter & Varro faciunt lib. IV. Cælium, Dionyſius & Tabula Claudiana, quæ Lugduni. Tempus aduentus eius, ad Romulum Varro & Dionyſius retulere: ad Tarquinium, Tacitus & Claudius in tabula dicta, Feſtus, (vt fragmenta ſunt) de Tarquinio item inſeruit: ſed diſpeſcuit nomen, & Cælem ac Vibennam facit duos fratres, in re ipſa: Dionyſius Romam migraſſe eum, impulſum Romuli fama, Tacitus, auxilij ferendi cauſſa: Claudius, exactum varia fortuna pulſumque, deſcribunt. Tabulæ illius Claudianæ verba digna adſcribi.* Seruius Tullius ſi noſtros ſequimur, captiua natus Ocreſia: ſi Tuſcos, Cæli quondam Viuennæ ſodalis fideliſſimus omniſque eius caſus comes, poſtquam varia fortuna exactus cum omnibus reliquiis Cæliani exercitus Etruria exceſſit, montem Cælium occupauit, & à duce ſuo Cælio ita appellitatus. Mutatóque nomine (nam Tuſcem Maſterna ei nomen, erat) ita appellatus eſt, vt dixi.

Cæles Vibē-na.

De eo variātes ſententiæ.

Cùm auxilium appellatum tauiſſet. *Hæc ſcriptura, aiunt, codicis Medicæi. Variè reſtituunt. Tutem* τὸ appellatum, *è priore linea repetitum fruſtra,*

Ayuntamiento de Madrid

*ſtra, deledumque. Ita legerim*, cùm auxilium tuliſſet.

Tuſcus vicus, Vnde dictus.

Vnde Tuſculum vicum dictum. *Aliter viſum Liuio, qui lib.* II. *cognominatū vult à reliquiis exercitus Porſonæ, qui è fuga receperant ſe Romam, victi ad Ariciam à Camanis* Pars, *inquit*, perexigua duce amiſſo, quia nullum proprius perfugium erat, Romam inermes & fortuna & ſpecie ſupplicum delati ſunt. His locus ad habitandum datus, quem deinde Tuſcum vicum appellarunt. *Varro item leniter diſſentit.* Hi poſt Cælis obitum *inquit*, quòd nimis munita loca tenerent, neque ſine ſuſpicione eſſent, deducti dicuntur in planum. Ab eis dictus Vicus Tuſcus: & ideò ibi Vortumnum ſtare, quod is deus Etruriæ. *De Vortumno quod ait, confirmat Propertius,*

Vortumnus deus Etruriæ.

> Tuſcus ego, Tuſcis orior: nec pœnitet inter
> Prælia Volſcinos deſeruiſſe foſſos.

In Propertio coniectura.

*Vbi perperam Volſcinos, quia Volſci in Etruria non fuerunt. Libri manuſſ.* Volſanos. *quod ſequor, aut certè.* Volſinios.

Quinctilius Varus.

Varum Quinctilium diuitem & Cæſari propinquum. *Cenſeo filium eſſe infelicis patris, qui in Germania cæſus. Sed quomodo Cæſari propinquus? Credo, quia Germanici filiam duxerat vxorem. Seneca lib* I. *Controu.* III. Declamauerat apud illum hanc controuerſiam Varus Quinctilius, tunc Germanici gener & prætextatus. *Itaque abſocer illi Tiberius fuit. An etiam propinquus alia de cauſſa? Puto, quia Claudia Pulchra Vari mater, ſobrina Agrippinæ dicitur ſuprà. nec tamen vltrà repperi.*

Gener Germanici.

Thelebοæ pro Capris.

PAG. 234. Capreáſque Thelebois habitatas fama tradit. *Ideo Theleboæ pro ipſis Capreis, Auſonio:*

> —viridéſque reſultant

Thele

Teleboæ.

*Virgilius cauſſam nominis tangit:*

—Teleboûm Capreas dum regna teneret.

*Emit, ſiue permutauit eas cum rep. Neapolitanorum Imp Auguſtus, traditis earum vice Pythecuſis, ſiue, vt Suetonius appellat, Ænaria, Aug. cap.* XCII. *Notat Dio* LII. *in extremo, & clarè Strabo. lib.* V. Αἱ δὲ Κάπρεαι δύο πολίχνας εἶχον τὸ παλαιόν, ὕστερον δὲ μίαν. Νεαπολῖται γὰρ καὶ ταύτην κατέσχον, πολέμῳ δὲ ἀποβαλόντες τὰς Πιθηκούσσας, ἀπέλαβον πάλιν, δόντος αὐτοῖς Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, τὰς δὲ Καπρέας ἴδιον ποιησαμένου κτῆμα. *Ab hac cauſſa ergo Capreæ in cenſu Cæſarum: quam Tiberius* XII. *villarum nominibus inſedit, ait noſter. Iis villis nomina fuiſſe cenſeo* XII. *deorum ex Suetonio qui Capris adſignat,* Villam cui nomen Iouis, *cap.* LXV. *Sed & Pharus in ea inſula, vſui nautis. Idem.* Turris phari terræ motu Capreis concidit, *quod ponit inter omnia Tiberianæ mortis. Extructa iterum, ex his Statii verſibus:*

Eas Auguſtus emerat.

mãſuerűtque apud Cæſares.

Villæ XII. à deorum nominibus.

Pharus Capreis.

Teleboûmque domos: trepidis vbi dulcia nautis
Lumina noctiuagæ tollit pharus æmula Lunæ.

PAG. 235. In luſtri equite R. Titio Sabino. *Titii prænomē illi dat Plinius.* Ap. Iunio, *ait*, P. Silio Coſ. Cùm animaduerteretur ex cauſſa Neronis, Germanici F. in T. Sabinum & ſeruitia eius.

T. Sabinus.

PAG. 236. Tectum inter & laquearia tres Senatores ſe abſtrudunt. *Di deæ que auctores perdant tam ſceleſtæ fraudis cuius tamē exemplum ab Ephoris eſſe, moneo iuuentutem. Pauſaniam Spartæ regem, cum ad Ephoros detuliſſet Argilius quidā proditionis, & occultæ cum rege ſocietatis, eamq; in rem litteras eius oſtendiſſet: vt tamen ipſi coràm ea audirent cognoſcerentque, commenti fraudem ſunt, Vt in tem-*

Turpis fraus: eique ab Ephoris ſumpta.

*plum*

*plum perfugeret Argilius quaſi ad aram, ibi Pauſaniæ in os hæc exprobraret, apud conſcium non negaturo; Ephori autem in occulto laterent, duplici quodam tabulato diſcluſi. Pete hæc à Thucidide diſertim narrante lib. 1. Nec dubitabis, quin perfidiæ nouum exemplum ſit à facto illo.*

Tegere aduerſum aliquem.

Non aliàs magis anxia & pauens ciuitas, egens aduerſum proximos. *Litterula addita reſtituo: tegens.* Dictio *ſimilis in Cicerone, pro Roſcio.* Tecti eſſe ad alienos poſſumus: ſocium verò fallere qui poſſimus?

Duplex lectio in Tacito.

Cæſar ſollennia incipientis anni Kal. Ianuarias epiſtola precatus. *Illudit nobis vir doctus, dum interpretatur, Tiberium ipſo Kalendarum die à Senatu populoque ſtrenas per epiſtolam exegiſſe. & id multis verbis. Quanto procliuius & verius erat dicere, Tiberium initio epiſtolæ præfatum (ita ſcripſerim, quem,* precatum) *de Kalendis noui anni, quæ feſtæ & ſacræ vulgò?* Nec, precatus, *damno, ſententia iſta: vt ſacra auſpicaque eius diei prima epiſtola veneratus Cæſar ſit. Ita ſuprà legi.* Sed principio literarum veneratus deos. *Sanè dicet ille, ſiquis alius, religioſus in vulgus. Plinius:* Primum incipientis anni diem lætis precationibus inuicem fauſtum ominamur. *Templa aperiebant, vota concipiebant pro ſua quiſque publicaque ſalute. Prudentius:*

Religio Kalendarum.

—Iano etiam celebri de menſe litatur
Auſpiciis epuliſque ſacris: quas inueterato
Heu miſeri, ſub honore agitant, & gaudia ducunt.
Feſta Kalendarum.

Ludi in Palatio.

*Vide & Ouidium in Faſtis. Sed & ludi tum in palatio. Iulianus in Miſopog.* Εἴργω τῶν θεάτρων ἐμαυτὸν ὑπ᾽ ἀβελτηρίας, οὐδ᾽ εἴσω τῆς αὐλῆς παρα-

δέχ

δέχομαι τῆς θυμέλης, ἔξω τῆς νουμηνίας τοῦ ἔτους. *At de ſtipe ſtreni que, quæ eſt ratio? cum adeo auerſatus eum morem Tiberius ſit, (homo aliàs abhorrens omnes eiuſmodi vitæ amœnitates) vt plerumque extra vrbem Kalendis ipſis egerit, ne admitteret ſtrenas.* — Refutatus Maurus.

*Ita è Dio:* τοῦτο δ᾽ οὖν ἕνεκα ἔξω που τῆς νουμηνίας διῆγε, καὶ ἵνα μηδένα τῶν ἀνθρώπων ἄσχολον περὶ τὰς νέας ἀρχὰς καὶ περὶ τὴν ἑορτὴν ἔχοντα ποιῇ, ἢ καὶ ἀργύριον παρ᾽ αὐτῶν λαμβάνῃ. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν Αὔγουστον ἐπὶ τούτῳ ἐπῄνει, διὰ τὸ πολλὴν δυσχέρειαν ἐν αὐτῷ, πολλὴν δὲ καὶ ἀνάλωσιν ἐκ τῆς ἀντιδόσεως γίγνεσθαι.

Pag. 237 Vbi inter ſacra & vota, quo tempore verbis etiam profanis abſtineri mos ſit, vincla & laqueus inducantur? *Nihil enim triſte publicè priuatimque primo illo die patrabant nedum vt punirent. Plutarchus in Mario:* καὶ προσελθὼν (ὁ Μάριος) αὐταῖς καλάνδαις Ἰανουαρίαις, ἔτους ἀρχῇ, Σέξτον τινὰ Λικίννιον κατεκρήμνισεν. ὃ κἀκείνοις καὶ τῇ πόλει τῶν αὖθις ἔδοξε κακῶν γεγονέναι σημεῖον μέγιστον. *Id eſt:* Progreſſúſque Marius Kalendis ipſis Ianuariis initio anni Sextum quendam Licinium de ſaxo iecit, quod & illis & vrbi impendentium malorũ maximum viſum præſagium. *Nec mirum ſi Romani diem illum eximium habuerint à pœna: quippe qui omnes dies feſtos. Seneca pater lib. v. controuerſia* IV. Accuſatus eſt à fratre parricidij, & damnatus. Diebus feſtis intercedentibus, pœna ex lege dilata eſt. *Suetonius de Tiberij ſæuitia:* Nullus à pœna hominum ceſſauit dies, ne religioſius quidem & ſacer. *Similis Athenis lex, vt in morte Socratis Xenophon expreſſit.* ἀνάγκη μὲν γὰρ ἐγένετο αὐτῷ μετὰ τὴν κρίσιν τριάκοντα ἡμέρας βιῶναι, διὰ τὸ Δήλια μὲν ἐκείνου τοῦ μηνὸς εἶναι, τὸν δὲ νόμον μηδένα ἐᾶν δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν, ἕως ἂν ἡ θεωρία ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ.

Triſtia omnia ſpreta Kalendis.

Supplicium numquam die feſto.

Seruatum idem Græcis.

*Sed*

*Sed & videntur Romani etiam in bello, per Kalendas iſtas, abſtinuiſſe ab armis. Subindicat Appianus v. Ciuilium:* νουμηνίας δὲ ἔτους ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν οὔσης, φυλάξας ὁ Λεύκιος τὴν ἑορτήν, ὡς ἀμελείας τοῖς πολεμίοις αἰτίαν, ἐξέθορε νυκτὸς ἐπὶ τὰς πύλας αὐτῶν.

Kal. Ianuariis etiam à cæde & pugna abſtinebant.

Exitus quos Latinius atque Opſius habuere. De *Opſio in his libris nihil: de Latinio habes lib.* VI.

Aſinius Gallus, cuius librorum Agrippina matertera erat. *Nimirum quia Vipſania uxor Aſinij, conſanguinea Agrippinæ ſoror: id eſt, eodem patre Vipſanio Agrippa, natæ ambæ, diuerſa matre. Vide noſtrum Stemma.*

Agrippina matertera filiorum Aſinij.

PAG. 138. Modica domi armenta ſunt. *Aliter eſt noſtro æuo.*

Et poſtquam non ſubueniebat. *Legendum*, ſubueniebatur: *aut*, nemo ſubueniebat.

PAG. 239. Caſtello, cui nomen Fleuum. *Scribo in libris Hiſtoriar.*

Alam Caninefatem. *Cuius mentio Vulſiniis in lapide.* PRAEF. EQVITVM. ALAE. PRIMAE. CANNANEFATVM.

PAG. 241. Auiam Octauiam præferebat. *Quia filius L. Domitij ex Antonia maiore. Antonia autem ex Octauia & M. Antonio ſata. Auunculus ergo maior illi Auguſtus. Eſt autem hic* Domitius, *qui pater principis Neronis.*

Domitij genus.

I. LIPSI

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM V. ANNALIVM
## COMMENTARIVS.

IVLIA Auguſta mortem obiit, ætate extrema. *De cuius vitæ annis diſſenſus eſt ſcriptorum. Plinius, libro* XIV. *cap.* VI. *annos ei tribuit* LXXXII. *PAG. 150. in ætate Iuliæ diſſenſio.* Iulia, *inquit*, Auguſta LXXXII. annos vitæ Pucino retulit acceptos, non alio vino vſa. *At Dio:* ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, *ait*, ἡ Λιουία μετήλλαξεν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζήσασα. *Sed labor, vt Plinium e Dione corrigendum cenſeam.* *Plinius forte an corrigendus in numeris.*

Adoptione Liuiorum Iuliorúmque clariſſimæ. *Duas ergo familias complexa per adoptionem Liuia.* *Pater Liuiæ adoptatus.* *Ipſa enim e Claudijs, vnde & cognomen tenuit Druſillæ. Sed pater eius inſertus adoptione in Liuios, quod hic Tacitus voluit dictum. Nec aliter accipies quod ſcriptum extremo libro ſexto:* quanquam mater in Liuiam, & mox Iuliam familiam adoptionibus tranſierit. *Non enim ipſa, ſed pater: cui nomen apud Velleium, Liuius Druſus Claudianus. Vocat ſimpliciter Dio, lib.* XLVIII. *Liuium Druſum: & cum à Bruto ſtetiſſet, poſt pugnam Philippenſem manus ait ad ulſiſſe ſibi.* *A Bruto ſtetit.* *Clara hæc è Suetonio, in Tib. cap.* III. Ex hac ſtirpe Claudia Tiberius Cæſar genus trahit, & quidem vtrumque: paternum à Tiberio Nerone, maternum ab Ap. Pulchro, *Suetonio ex iſtis lux.*



Ayuntamiento de Madrid

qui ambo Appij Cæci filij fuerunt. Inſertus eſt & Liuiorum familiæ adoptato in eam materno auo. *Ad quæ verba tamen interpretes conniuent.*

Sanguini Auguſti per coniunctionem Agrippinæ & Germanici adnexa, communes pronepotes habuit. *Nam Germanicus Druſo ortus, Liuiæ ſanguis: Agrippina, ex Iulia ſanguis Auguſti.*

Liuia à Claudio conſecrata.

PAG. 242. Addito, ne cæleſtis religio decerneretur. *Quam tamen poſtea ei tribuit Claudius, effigie eius in templo Auguſti conſecrata, ſacriſque, quæ Veſtales facerent, inſtitutis: edicto etiam, vt per nomẽ eius feminæ iurarent.* Dio lib. LX. *& Suetonius, cap.* XI. *Claudij. Extat in Nummis,* DIVVS AVGVSTVS PATER. *caput radiatum, ita ante pedes: parte auerſa.* S. P. Q. R. DIVAE IVLIAE AVGVSTI FIL. *carpentum, cui ſubiuncti duo muli. Nec dubito, quin conſecrata hæc Iulia habitu & nomine Iunonis, Prudentius,*

Cultúque nomine Iunonis.

Adiecere ſacrum, fieret quo Liuia Iuno,
Non minus infamis thalami ſortita cubile,
Quàm cùm fraterno caluit Saturnia lecto.

*Quanquam eo nomine adfecta à Poetis etiam viua. Ouidius,*

Cùm tibi contigerit vultum Iunonis adire.

Druſilla habitu Veneris

*Vt autem Liuia habitu Iunonis, ſic* Druſilla *à Caio conſecrata Veneris, cognomento Pantheæ, Auctor idem* Dio LIX. *Quò refero inſcriptionem priſcam,*

VENERI. CAELESTI
AVGVSTAE. SACR.
NVMMIA. C. F. DORCAS
S. P. F. C.

Vergens dominatio.

præerupta & vergens dominatio. *Ita repoſui eoq; exemplo, vergens ætas, vergentes anni. Vulgò* vrgens.

PAG. 243. Iunius Ruſticus componendis patrum actis delectus à Cæſare. *Duplicia acta reperio, Senatus*

*Senatus, Populíq́. Acta Senatus ab iis nomine, Commentarij Senatus Tacito, lib.* XV. *Acta populi, aliàs, Diurna, aliàs, Publica. Dicam breuiter de vtriſque, quia confundi video non à iuuentute, ſed & à doctis. Acta Senatus vocabant, commentarios (ὑπομνήματα vertunt Græci) quibus breuiter inſcriptum quidquid apud patres diceretur, agereturue. Tantùm apud patres. Origo eorum, vt videtur à Iulio Cæſare: qui Conſul*, Inito honore primus omnium inſtituit, vt tam Senatus, quàm populi diurna acta conficerentur, & publicarentur. *Confectio manſit: publicatio abrogata ab Auguſto. Sueton. cap* XXXVI. Auctor & aliarum rerum Senatui fuit; in quis ne acta Senatus publicarentur. *Conficiebat ea quiſpiam è Senatu: ſcilicet ne arcana patrum ſciret non è patribus. Colligimus ex Tacito hoc, qui Iunium hunc Ruſticum Senatorem oſtendit infra:* Quòd fraude vnius Senatoris clusa maieſtas imperatoria eſſet. *Et Spartiano, qui Hadriano munus hoc tribuit poſt Quæſturam.* Poſt Quæſturam, *ait*, acta Senatus curauit. *eúmque vocabant A cura actorum, vel, Ab actis Senatus. Lapis vetus*, C. PORCIO. C. F. QVIR. X. VIRO. STLITIB. IVDICAND. ADLECTO. INTER QVAESTOR. AB. ACTIS. SEN. *Conficiebat dixi Senator: ſiue præerat conficiendis, cui tamen adminiſtri ſcribæ, cenſualéſque, quos à re Actuarios item dicebãt. Capitolinus Senatuſconſultum Tacitũ ita deſcribit*, vt non ſcribæ, non ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent. Senatores exciperent, Senatores omnia officia cenſualium ſcribarúmque complerent, ne quid forte proderetur. *Cenſuales illa ætas dixit, librarios, tabellionéſque. Inde titulus in Codice libro decimo conceptus*, De tabulariis, ſcribis,

De actis, eorúmque diſcrimine.

Acta Senatus.

Ea confecit primus Cæſar: haut certè publicauit. Sueton. cap. XX.

Præerat conficiendis Senator. Officium, Ab actis Senatus.

Scribæ actorum & Cenſuales.



Ayuntamiento de Madrid

logographis, & cenſualibus: *inde & Cenſuale officium, haud abſimili ſenſu, l.* XVIII. *C. De Teſtamentis. Actuarij, qui excipiunt ſcribuntq́ue, vt Iulio Suetonio, cap.* LV. *Seneca epiſt.* XXXIII. Non quidem hæc quæ alienis verbis commodatur, & actuarij vice fungitur: *& Gloſſis Græcis,* ὑπομνηματόγραφος, Actuarius, Memorialius. *Qui non in vrbe ſolum, ſed in prouincijs militiaq́ue. Actuarij in militia, l.* V. *C. De erogatione militar. annonæ. Et Spartiano:* Ipſe quòd matrimoniis militum & militarium corrumpendis operam daret, à quodam Actuario cuius vxorem ſtuprauerat percuſſus eſt. *Sunt de Actis Senatus: venio ad populi. Ea dicta Publica acta, Suetonio in Tiberio, cap.* V. *& alibi paſſim. Item diurna, quia in dies conficerentur, Tacito lib.* XVI. *&* XIII. *Item Vrbana. Sæpius etiā* ἁπλῶς, *acta,* κατ' ἐξοχήν. *Iis continebantur res rationesq́ue populi, iudicia publica, ſupplicia, comitia, ædificia, natiuitates, illuſtres mortes, matrimonia, diuortia. De iudicijs ſupplicijsq́ue, admonuit Ammianus lib.* XXII. Et acta ſuper eo geſta non ſine magno legebantur honore, cùm id voluminis publici contineret exordium: Conſulatus Tauri & Florentij, inducto ſub præconibus Tauro. *Vbi & formam aliquam ſeruabis conficiendorum Actorum.* De *ædificijs, Tacitus lib.* XIII. Nerone II. L. Piſone Coſs. pauca memoria digna euenère. niſi cui libeat laudandis fundamentis & trabibus, quis molem Amphitheatri Cæſar exſtruxerat, volumina implere. cùm ex dignitate populi Rom. repertum ſit, res illuſtres annalibus, talia diurnis vrbis actis mandare. De *natiuitatibus. Suetonius ſæpe: qui plerumque argumenta ſibi ſumit de die cuiuſque principis natali, ex Actis. vt Tib. cap.* V. *Calig. cap.* IX. *Origo eius inſtituti à Seruio Tullio, qui vt numerū ſciret*

Actuarij.

Ineptè Velius Longus: *Actuarii, ducti ſunt actis occupati: Actarii, ſcriptores tantum dicuntur alterum.*

Actuarij in militia.

Acta publica diurna.

Vrbana.

Materies eorum.

Forma ea conficiendi.

Natiuitates in actis.

Seruij inſtitutum.

Ayuntamiento de Madrid

*ſciret naſcentium, morientium, virorum, a iuuenit, Uti propinqui nata prole certum aliquem nummum in ærarium Iunonis Lucinæ inferrent: iĳ ſem aliquo mortuo, in Veneris Libitinæ: & ſumente quopiam virilem togam, in iuuentutis. Exoleuiſſe is mos videtur, ſed in pueris natis retraxit Auguſtus: eáque adnotatio in Actis cum cura habita, vtique poſt Iulias Papiaſque leges. Iuuenalis,*

——— tu libris actorum ſpargere gaudes
Argumenta viri. ———

*Appuleius:* Pater natum ſibi filium cæterorum more profeſſus eſt. *Scæuol.* l. XXVIII *De probationib.* Mulier grauida repudiata, abſente marito filium enixa, vt ſpurium in actis profeſſa eſt. *Capitolinus in Gordianis:* Filium Gordianum nomine Antonini & ſigno illuſtrauit, cùm apud Præf. ærarij, more Romano, profeſſus filium, publicis actis eius nomen inſereret. *Non fallet te idem Capitolinus in M. Aurelio, qui ita de hac profeſſione diſſerit, quaſi ille inuenerit primus.* Inter hæc, *inquit*, liberales cauſſas ita muniuit, vt primus iuberet apud præfectos ærarij Saturni vnumquemque ciuium natos liberos profiteri, intra tertium diem nomine impoſito. *Quod aliter eſt: ſed addidit quædam, immutauitq́; De matrimoniĳs diuortĳsq́;, clarum eſt in Acta relata fuiſſe propter præmia pœnasq́; legum. Imò etiam ante Iuliam, Papiamq́;. Cælius ad Ciceronem.* Paulla Valeria (*ſcribo*, Valerij, *id eſt, coniunx*) ſoror Triarij deuortium ſine cauſſa fecit. Nuptura & D. Bruto: nondum rettulerat. *Rettulerat, ſcilicet in Acta.* Seneca *de beneficiis:* Quia verò nulla iam ſine diuortio acta ſunt, quod ſæpe audiebant, facere didicerunt. *Et ad matrimonia pertinet verſus Iuuenalis,*

Fient iſta palàm, cupient & in acta referri.

Profeſſio apud acta.

Cautè legendus Capitolinus.

Diuortia in actis.

Cicero correctus & explicatus.

Vbi repoſita acta.

*Hæc acta à ſcribis tabulariiſque confecta videntur, & ad atrium libertatis in Tabulario adſeruata. Liuius* XLIII. Cenſores exemplo in atrium Libertatis aſcenderunt, & ibi ſignatis tabellis publicis, clauſóque tabulario, & dimiſſis publicis ſeruis. *Cui vetus inſcriptio Curatores tamen quoſdam adſignat,*

Tabulariū.

C. CALPETANVS. STATIVS
SEX. METRORIVS
M. PERPENNA. LVRCO
T. SARTIVS. DECIANVS
CVRATORES. TABVLARIOR.
PVBLICORVM. FAC. CVR.

Præfecti ærario tabulas publicas adſeruabant.

*At ex Taciti* XIII. *colligas curam eam Quæſtoribus fuiſſe aut ærarij Præfectis.* Princeps, *inquit*, curam tabularum publicarum à Quæſtoribus ad Præfectos tranſtulit. *Eáque facit quòd M. Aurelius Profeſſiones infantum rettulit ad Ærarij præfectos. Tabularij mentio etiam Ciceroni, pro Rabirio perduellionis reo: Virgilióque* II. *Georg.*

——— aut populi tabularia vidit.

*Vbi Seruius quædam. Lampridius in Alexandro referre videtur actorum confectionem ad Præf. vrbis:* Fecit Romæ, *inquit*, curatores vrbis XIIII. ſed exconſulares viros, quos audire negotia vrbis iuſſit, vt omnes aut magna pars adeſſent, cùm acta fierent. *Sed intellegit iudiciaria acta. Fuerunt & regiſtra quædam publica, præter hæc acta. de quibus Vopiſcus in Probo:* Vſus ſum etiam regiſtris ſcribarum porticus Porphyreticæ, Actis etiam Senatus, ac populi. *Perierant hæc Publica acta, (γράμματα δημόσια appellat Dio) quà vetuſtate, quà incendiis: ſed reparauit primo principatu ſuo Tiberius, tribus Senatoribus ad deſcribendum conquirendúmque delectis. Adi Græcum eum ſcriptorem,*

Regiſtra publica.
Acta reparata à Tiberio



Ayuntamiento de Madrid

lib. LVIII. in actu anni DCCLXIX. *Dixi iſta vberius, & præter rem, vt conſtaret in parte inuenienti, quæ eſſent illa acta, quorum teſtimonio totiens noſter alij, in memoria rerum vſi: quæq; habita ſemper hiſtoriæ materia & ſeges.*

Acta, materia hiſtoricorum.

Ab Senatu deſciuiſſe populum. *Diſtinguè contra vulgus*, ſpretum dolorem principis ab Senatu, deſciuiſſe populum.

PAG. 244. Vi principis impediri teſtarentur * Quatuor & quadraginta orationes. *Malum tuum, Corneli, fatum! Non paginæ aliquot, ſed libri tui perierunt, quibus geſta ferè triennij continebantur, de Agrippinæ liberúmque eius exitu, de Seiani ſpe conatúque, de eiuſdem cum agmine amicorum ſtrage, de Liuiæ flagitijs & morte, ad ſummam, flos quiſpe hiſtoriæ tuæ. Adeò bonis illis patribus cura otiúmque fuit deſcribere Oroſios & Vopiſcos, & huiuſmodi quiſquilias, præ tuo auro.*

Defectus in Tacito.

Quatuor & quadraginta orationes. *Quæ præeunt, geſta ſunt Fuſio, & Rubellio Coſſ. initio anni: hæc autem C. Memmio Regulo & Fulcinio Trione. Ita interciderunt acta pleraque anni DCCLXXXII. acta omnia anni ſequentis, quo Coſſ. M. Vinucius, & L. Caſſius. Item huius anni, quo ex Kalend. Maij ſuffecti Tiberio & Seiano Conſules Regulus & Trio.*

Iactura quanta in Tacito.

Mihi pudorem, aut Seiano inuidiam allaturum cenſui. *Ἀποπαρασημαντέον ex oratione cuiuſpiam damnandi ob Seianum, vti & ſequens membrum.*

Tunc ſingulos, vt cuique adſiſtere. *Quis iſte? dignus erat quem noſſemus, ob conſtantiam mortis.*

PAG. 245. Relatum inde de P. Vitellio. *Vide Suetonium Vitellij, cap. II.*

Puella adeò neſcia. *Illa ipſa quæ ſponſa Claudij*



Ayuntamiento de Madrid

*filio, vt hic notat Dio.*

Quia triumuirali ſupplicio adfici virginem inauditum habebatur, à carnifice laqueum iuxta compreſſam. *Triumuiri, qui aliâs iudices capitales, prorſus ijdem Romæ qui Vndecimuiri Athenis. Munus eorum præeſſe carceri, punire damnatos: itemq́; cognoſcere de furtis admiſſisq́; ſeruorum aut eiuſmodi vitiorum captum ad Mæniam columnam. Quod idem in Athenienſibus fuiſſe, diſco ex Suida.* Ἕνδεκα, *inquit,* ἀρχὴ ἐν Ἀθήναις ἐπιμελουμένη τῶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατακειμένων, ἐφ' ἣν ἀνήγοντο οἱ κλέπται καὶ οἱ ἀνδραποδισταί. *Nec ambigo quin Romanis exemplum inde. Alia de his habes apud Rævardum II. Varior. & Fabrum, quæ non recoquam ego. Sed cur ait inauditũ virginem adfici triumuirali ſupplicio, id eſt laqueo? Id quidem ita cepérim quaſi non ſimpliciter virginem dixerit, ſed impubem inueſtemq́;. Lex enim non tam virginitati ignotum cautúmque voluit, quàm ætati. Ita nec pueros interfici fas, niſi toga ſumpta & relatos in viros. Hinc apud Dionem ſcriptum, à Triumuiris in proſcriptione iuſſum puerũ quendam Togam virilem ſumere, vt ſcilicet iure poſſet interfici, lib.* XLVII. καὶ ἄλλα τε, *ait,* διὰ τοῦτο πολλὰ παρηνομήθη, καὶ παιδίσκον τινὰ ἐς ἐφήβους ἐσήγαγον, ἵν' ὡς εἰς ἄνδρας ἤδη τελῶν ἀποθάνῃ. *Appuleius* II. *Apolog. de puero præcocis malitia.* Hoc magis noxius, quòd cum venia perniciofus eſt: & nondum pœnæ, iam iniuriæ ſufficit. *Quam cauſam & hîc ſubeſſe arbitror, vt compreſſa deuirginataq́;, mulier videretur & plena annis.*

Triumuiri ſimiles Vndecimuiris Græcorum.

Impubes nõ maturus ſupplicio.

Triumuirorum impotens factum.

P. 246. Quippe lapſum cuſtodiæ. *Fortè* elapſum.

Is Macedoniæ tum intentus Achaiam quoque curabat. *Ex decreto illo, lib.* I. *quo* Achaiam & Macedoniam onera deprecantes leuari proconſulari imperio, tradique Cæſari placuit.

Achaia & Macedonia ſub vno Præſide.

Toro

Ayuntamiento de Madrid

Toronæum Thermæúmque ſinum. *Quorum ille ad Toronem Macedoniæ vrbem, hic iuxta Macedoniam, Axij fluuij receptor.*

Ibi demum cognoſcit. *Locus inter mancos. Nec* Defectus. *enim vbi aut quomodo deprehenſus fugitiuus ille, narratum. Poſt,* cognoſcit,* *ergo ponenda nota. Et ſtatim ſcribe,* interrogato.

Neque nos originem finémve eius rei vltrà reperimus. *At repperêrunt Zonaras & Dio, qui miſſum eum ad Tiberium tradiderunt, Caligulæ nuptias Antij celebrantem.*

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM VI.
## ANNALIVM
### COMMENTARIVS.

INITIVM *ſexti libri arbitrario hic iure conſtitui, non certo. Cui enim probes tantam vim rerum, quantam dixi, trienniíq; geſta vno libro cum ſequentibus incluſa fuiſſe? Secreui igitur. non quia liqueret mihi initium in his demum verbis faciundum: ſed quia magnitudinem réſque veſtas æſtimanti, ita videbatur. Denique vt ſcires ſaltem, hunc vulgo quintum librum in duos eſſe tribuendum.* PAG. 247. Cauſſa abiuncti huius libri.

Aditis iuxta Tiberim hortis. *Hortos Cæſaris accipio, de quibus Horatius,*



Ayuntamiento de Madrid

Horti Cæſaris.

Trans Tiberim longè cubat is prope Cæſaris hortos. *Ij vicini Naumachiæ fuerunt, ſi quidem eadem de re Suetonius Tiber. cap.* LXXII. Bis omnino toto ſeceſſus tempore Romam redire, conatus, ſemel triremi vſque ad proximos naumachiæ hortos ſubuectus eſt, diſpoſita ſtatione per ripas Tiberis, quæ obuiam prodeuntes ſubmoueret. *Vide ij de hortis & Suetonius. Iulio, cap.* LXXXIII.

Sellarij.

Vocabula reperta ſellariorum ac ſpintriarum. *Vide ſi lubet Suetonium Tiber. cap.* XLIII. *& Turnebum lib.* V. *cap.* I. *Qui tamen non ſatis explicant, cur Sellarij dicti à fœditate loci. Sed ego non violo te Pudor.*

Mutilus locus.

PAG. 248. Vt in fiſcum cogerentur, * tum rettulere Scipiones. *Stigmatias locus non fruſtrà. Deſunt enim quædam. Vel hoc argumento, quòd retuliſſe Scipiones dicit. at relatio Conſulum erat, cenſio tantum Senatorum. Toſtis, ſi fortè, legi:* vt in fiſcum cogerentur Coſs. rettulere. Scipiones hæc, & Silani, & Caſſij, *&c. Sed vt rectum ſit, non ſanatum vulnus.*

In curia etiã non Senatores.

Honoribus perfunctos, an iuuenes? *Quidam ergo in Senatu, honoribus nondum functi. Quod manauit ab Auguſti:* qui liberis Senatorum, quò celerius reip. adſueſcerent, protenus virili togæ latum clauum inducere & Curiæ intereſſe permiſit, *ait Suetonius Aug. cap.* XXXVIII. *Tacitus Annali* XIII. Iulius Montanus Senatorij ordinis, ſed qui nondum honorem capeſſiſſet. *Plura ibi.*

Laticlauij.

PAG. 249. Quos neque dicta Imperatoris, neque præmia niſi ab Imperatore accipere par eſſet. *Explicatius veriuſque, ſic ſcribas:* neque dicta, neque præmia, *voce*, Imperatoris, *inducta.*

Retra

Ayuntamiento de Madrid

Retrahitur in vrbem, cuſtoditurque domibus magiſtratuum. *Præter carcerem & cuſtodiam militarē, cuſtodia alia duplex: Apud magiſtratus, & Apud vades. Apud magiſtratus, cùm reus Conſuli, Prætori, Aedili (interdum & Senatori, etiam non è magiſtratu) committebatur, quod non niſi in reis illuſtribus vſurpatum, eaq; cuſtodia libera dicta. Salluſtius in Catilinario:* Senatus decreuit vti abdicato magiſtratu Lentulus iteḿque ceteri in liberis cuſtodiis haberentur. itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum Aedilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæſari, Ceparius Cn. Terentio Senatori traduntur. *Dio optimè libro 58. de Aſinio Gallo: qui hanc cuſtodiam, φυλακὴν ἄδεσμον vocat. i. liberam & ſine vinclis. additq;* πρός τε γὰρ τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἐτηρεῖτο, πλὴν ὅτε ὁ Τιβέριος ἦρχε. τότε γὰρ πρὸς τῶν στρατηγῶν ἐφυλάχθη. ἵνα μὴ φύγῃ, οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἵνα μὴ τελευτήσῃ. *id eſt*, Cuſtodiebaturque ſemper à Conſulibus, niſi cùm Tiberius Conſul eſſet. tunc enim à Prætoribus obſeruabatur, non hercle ne effugere, ſed ne mori poſſe. *Sidonius* 1. *Epiſt. de Aruando.* In Capitolio cuſtodiebatur à Flauio Aſellio hoſpite, Comite, ſacrarum largitionum *Cuſtodia apud vades, cùm eorum periculo fideiuſſoribus reus tradebatur. Tacitus lib. v.* Nec aliud periclitantibus ſubſidij, quã in conſtantia fratrum fuit, qui vades exſtitere. *Clariuſq; eádem de re Suetonius Vitel. cap.* 11. Publius poſt Præturæ honorem inter Seiani conſcios arreptus, & in cuſtodiam fratris datus. *Vlpianus l.1. De cuſtod. reorum*: De cuſtodia reorum æſtimare Proconſul ſolet, vtrum in carcerem recipienda ſit perſona an militi tradenda, an fideiuſſoribus committenda. *Symmachus lib* 1. *Epiſtol.* Statui vt Felix vadibus, qui Fulgentio non eſſent cogni

Cuſtodia apud magiſtratus.

Quæ eadem cuſtodia libera.

Cuſtodia apud vades.

cogniti, traderetur.

Sextus Paconianus.

Seſtium Pagonianum. *Sextius Paconianus ſcribitur infra:* Nec diſpares Trebelliem Rufi & Sextij Paconiani exitus.

Prorupêre concepta per idem odia. *Emendo* concepta pridem.

Reſtitutio certa in Tacito.

Vt verò Latinum Latiarem ingreſſus eſt accuſator Acrius. *Reſtitui non malè,* aggreſſus eſt, accuſator ac reus iuxtà inuiſi *Paconius & Latiaris odiorum duo nomina. Itaque gaudium patrum fuit perculſo Paconio à Cæſare: gaudium alterum nominato, ab eo Indice: Latiari.*

Sanquinius Maximus.

PAG. 254. Sanquinius maximus è Conſularibus. *Verius vt grandiori littera notes,* Sanquinius Maximus, *vt ſit eius gentis cognomen. Nā maximum duo inter Conſulares fuiſſe, non placet, nec verum eſt.*

Idem præf. vrbi.

*Conſul enim ſuffectus demum fuit ante annos quattuor, Vrbis anno* DCCLXXXI. *Præfect. vrbis eum fuiſſe comperior ſub Caio, ex Dionis corruptis verbis, lib.* LIX. τριάκοντα δὲ δὴ ἡμέρας ἦρξε, *Caius videlicet)* καὶ τῷ Λουκίῳ Ἀπρωνίῳ τῷ συνάρχοντι ἓξ μῆνας ἐπιτρέψας, καὶ αὐτὸν σακίνιος Μάξιμος πολιαρχῶν διεδέξατο. *ſcribe,* σαγκίνιος, *& hunc eadem, qui tunc Præf. vrbi & ſecundùm conſul. Præfuit & inferiori Germaniæ, ex Tacito lib.* XI. Chauci nulla diſſenſione domi, & morte Sanquinij alacres.

Arguitur pleraque * C. Cæſarem quaſi inceſtæ virilitatis. *Ne hunc quidem locum, ex Aldino editio perhibeo ſanum integrumque. Remedium aliquod, ſi legas:* Arguitur pleraque: C. Cæſarem quaſi inceſtæ virilitatis, & cùm die natali Auguſtæ inter ſacerdotes epularetur nouendialem eam

Coniectura lectoris.

cænam dixiſſet. *vt, inquam,* τὸ dixiſſet, *reducas etiam ad priora, ſtatimq́, eodem exemplo legis,* addidiſ

didiſ

Ayuntamiento de Madrid

didiſſet. *Sed metuo vt hæc, cum Ariſtophane, ſit σκιὴν ἐπικουρία.*

Quaſi inceſtæ virilitatis. *Conſtabit ſententia iocúsque,* Incertæ virilitati, *atque ita ſcribe. Sic alibi.* Abdus ademptæ virilitatis. *Notat autem Caligulam quaſi ambiguè virum, quíque, vt Suetonius ait, pudicitiæ neque ſuæ neque alienæ pepercerit. Infrà:* Siue compoſuerat quædam in C. Cæſarem vt impudicum, ſiue ficto habita fides. *Iocus aliquis in verbis: quaſi dicat Androgynum eum fuiſſe, ἀμφοτέραν ἀφροδίτην πεπειραμένον.*

Incerta virilitas.

Die natali Auguſtæ. *Imò verò,* Auguſti. *Liuiæ quidem natalem poſt mortem eius epulo ludiſue celebratum non inuenio. Nec verò Tiberius, aliàs haud pronus in matrem, id permiſerit: cùm etiam minores quoſdam honores à Senatu ei decretos vetuerit abrogaritque. Dionem vide, vbi de iis quæ Liuiæ decreta: verbum nullum de natali. At de Auguſti certum eſt; cuius natalis dies annuus ludis epuliſque celeber. Repete ea quæ ſcripſi, de Auguſtalibus ludis ad lib. 2.*

Correctus noſter.

Auguſti natalis dies feſtus.

Nouemdialem eam cœnam dixiſſet. *Cauſſam iaci paullo altius petitam. Mortuis, ritu Romano, non ante diem nonum parentabatur. Tunc iis iuſta, ludi, epulæ, inſcriptio, & funeri finis. Donatus Phormione:* In nuptiis ſeptimus dies inſtaurationem voti habet, vt in funere nonus, quo parentalia concluduntur; *Poetæ alludunt vt Virgilius,*

Parentalia nono die.

Præterea ſi nona diem mortalibus almum
  Aurora extulerit. ——

*Ut Statius in Archemori funere:*

Roſcida iam nouies cælo dimiſerat aſtra
  Lucifer. ——

*Et ab ea mente Iuſtinianus in Nouella quadam ſcribat,* in nonum diẽ fieri *μνήμας* defunctorũ. *Gloſſa; Nouemdialia, ἔννατα ἐπὶ νεκρῷ ἀγόμενα. Au-*

Nouemdialia ſacrum.

*guſti*

Ayuntamiento de Madrid

*guſtinus in Geneſim:* Neſcio vtrum inueniatur alicui ſanctorum in ſcripturis celebratum eſſe luctum nouem dies, quòd apud Latinos Nouemdial. appellant. *Nono ergo illo die, præter alia, cœna funebris epulæq́; Iulius Obſequens,* In ſacro Nouemdiali cæna deæ poſita, à cane adeſa, antequàm delibaretur. *etſi ambigo an id ad ſacrum Nouemdiale referendum, quod * ſolitum fieri poſt lapidum imbrem. Tertullianus de Teſtimonio animæ:* Vocas ſecuros mortuos, ſiquando extra portam cum obſoniis & mattiis tibi potius parentans ad buſta cedis, aut à buſtis dilutior redis. *Idem de Reſurrectione carnis:* At ego magis ridebo vulgus tunc quoque cùm ipſos defunctos atrociſſimè exurit, quos poſtmodum guloſiſſimè nutrit: iiſdem ignibus & promerens & offendens. *Eam vocat Appuleius Cœnam feralem lib. IIII. Florid.* Procul igitur faces abigerent, procul ignes amolirentur, cænam feralem à tumulo ad menſam referrent. *Et Iuuenalis.*

Cœna funebris.

* Quod inſtituit Tullus rex. de quo abundè Liuius lib. I.

Eadem Ferialis cæna.

— dimidio conſtrictus gammarus ouo
Ponitur, exigua feralis cæna patella.

Cibi ſollẽnes in parentalib.

* In Plutarc. Craſſo eſt, φακοὺς καὶ ἅλας: & in Agrippiani Parth. eadem narrantis, φακοὺς καὶ μᾶζαν, lentem & libum. Quod malim, & verius eſt.

Silicerniũ.

*Vbi nota gammaros & oua videri in eiuſmodi cœnis tralatitia fuiſſe, vti * lentem & ſalem:* ἃ νομίζουσι Ῥωμαῖοι πένθιμα, καὶ προτίθενται τοῖς νέκυσιν, *ait in Craſſo Plutarchus. Sanè certos quoſdam cibos proprios fuiſſe huic mortuali cœnæ, docet etiam Xiphilinus in Domitiano, vbi de ſimulato illo ſepulcrali epulo* καὶ μετὰ τοῦτο πάνθ᾽ ὅσαπερ ἐν τοῖς ἐναγίσμασι καθαγίζεται, καὶ ἐκείνοις μέλανα ἐν σκεύεσιν ὁμοίως προσηνέχθη. *Hanc cœnam Silicernium vocatam, docent Nonius, Feſtus, & Tertullianus:* Quò differt ab epulo Iouis ſilicernium? à ſimpuuio obba? ab aruſpice pollinctor? *Ad eas ergo nouemdiales epulas hic alluſum, & cùm natalis Auguſti celebraretur,*

Ayuntamiento de Madrid

*retundiæ latus auctorq́ vitæ, videri ſibi Cotta fe-rales potius eas epulas dixiſſe, ſiue quia ille natus, exitũ cauſſa multis, ſiue quia ante nouem forte dies, multi à Tiberio animaduerſi in confectiq́. Quod placet: & mirum ni exciderit is iocus (verior liberiórque quàm vt Cottam deceat) poſt ſtragem Seian.* *Non abſimila Plauti illud:* Cauſſa ioci explicata.

Cocus ille nundinalis eſt, in nonum diem Cocus nũdinalis.
Solet ire coctum.

*id eſt, Feralis nouemdialisq́, & qui mortuis tantùm parat in cœnam. vt præit nobis bene Feſtus.*

M. Lepidi. *Manij, vt ſæpe.*

PAG. 251. Præſtantiſsimus ſapientiæ firmare ſolitus *Credo Platoni hoc elogium, & iure tribuit. Apud eum ſunt in X. De rep. gnome talis.* Ἔστιν ἄρα τῇ ἀληθείᾳ, κἂν εἰ μή τῳ δοκῇ, ὁ τῷ ὄντι τύραννος τῷ ὄντι δοῦλος τὰς μεγίστας θωπείας καὶ δουλείας, καὶ κόλαξ τῶν πονηροτάτων, καὶ πένης τῇ ἀληθείᾳ φαίνεται, ἐάν τις ὅλην ψυχὴν ἐπίστηται θεάσασθαι, καὶ φόβου γέμων διὰ παντὸς τοῦ βίου, σφαδασμῶν τε καὶ ὀδυνῶν πλήρης. Taciti de Platone iu°.

Sanctiſsimus Arruntij artibus. *De eo dixi, ſuprà ad lib. I. At de accuſatione eius, nihil in libris qui nunc ſunt.*

C. Cæſtium patrem. *Duo ergo Cæſtij Romæ, pater filiusq́? Non inueni. Fuit qui Ceſtium Piam vellet legi: quia frequens declamatoris eius Senecæ mentio. Mihi, ſiquid mutandum, placeret,* Cæſtium Prætorem. *potuitque obijci error ex notis. Ceſtius quidem Prætor fuit, ille ipſe, vti diuino, de quo Romæ inſcriptio,* Cæſtius Prætor.

C. CÆSTIVS. L. F. POB. EPVLO. PR. TR. PL.
VII. VIR. EPVLONVM.

*Itaque apparet ſcribendum* Ceſtius, *littera ſpreta, quoniam & in nummis* L. CESTIVS.

PAG.

Ayuntamiento de Madrid

PAG. 252. Reum deſtinare properat. *Non abieceri̅m, poterat.*

PAG. 253. Claudiæ & Iuliæ domus partem. *Claudiæ per filium, Iuliæ per ſe: quia Liuiam duxerat Germanici ſororem.*

Cohors amicorum.

PAG. 254. In cohortem ſuam transtulerat *Cohortem amicorum, ita enim vocabant exemplo prætoriæ cohortis. Seneca, De clementia.* Salluſtium, & Cocceios, & Deillios, & totam cohortem primam interioris admiſsionis ex aduerſariorum caſtris conſcripſit. *Vbi vides plures fuiſſe amicorum cohortes, & quaſi gradus. Quod originem habuit à Graccho & Liuio Tribunis. Idem ſcriptor, De Beneficijs:* Apud nos primi omnium Gracchus & Liuius Druſus inſtituerunt ſegregare turbam ſuam, & alios in ſecretum recipere, alios cum pluribus, alios cum vniuerſis. Habuerunt itaque iſti amicos primos, habuerunt & ſecundos, numquam veros. *Itaque dicebantur Amici primæ, ſecundæ, tertiæ admiſsionis: ex ordine, quo admittebantur. Ille ipſe:* Non ſunt iſti amici qui agmine magno ianuam pulſant, qui in primas & ſecundas admiſſiones digeruntur. *Lampridius in Alexandro:* Moderationis tantæ fuit, vt amicos non ſolùm primi ac ſecundi loci, ſed etiam inferioris, ægrotantes viſeret. *Et Tiberius ipſe amicos ſolitus deſcribere in tres claſſes. Vide Sueton. cap.* XLVI. *Ab hoc more Admiſſiones manarunt, Admiſſionales, & Officiũ admittendi. Admiſſionum eius facilitatem in Traiani laudatione Plinius admiratus: Alexandrum quaſi vnum è Senatoribus, patente velo, Admiſſionalibus remotis, ſalutem eſſe Lampridius ſcribit: & Accoleius magiſter Admiſsionum nominatur in Flauij Aureliano. Id munus fuit libertorum, vt clarum ex Suetonij Veſpaſ. cap* XIIII. Quidam ex officio admiſ

Suet. Calig. cap. XIX.

Amici primæ admiſſionis.

Admiſsiones & Admiſsionales.

Ij ex libertis.

Ayuntamiento de Madrid

miſſionis ſimul expellens, abire Morboniam iuſſerat. *Fuit autem is libertus Phœbus. Plinius hoc idẽ oſtendit loco non ſano, lib.* XXXIII. *cap.* III. Fuit & alia Claudij principatu differentia, in ſolis his quibus admiſſionem liberti eius dediſſent imaginem principis in anulo ex auro gerendi, magna criminum occaſione: quæ omnia ſalutaris exortus Veſpaſiani principis aboleuit, æqualiter publicando principem. *quem corrigo,* quibus admiſſionum liberti ius dediſſent. *Quod ait criminum occaſionem fuiſſe: refer ad ea quæ de imagine Principis dicta mihi in lib.* III. *& quæ Seneca De Benef.* III *cap.* XXVI. Correctus Plinius.

Annius Pollio. *Eſt ille, qui poſtea in Neronem coniurauit, amicorum eius præcipuus. Tacitus libro* XV.

Vicinianus Pollioni patri adiiciebatur. *Lego,* Vinicianus. *auctore Dione lib.* LX. *qui hunc Annium Vinicianum coniuraſſe in Claudium cum Scriboniano aſſerit.* Vinicianus Pollio.

Iulij Gemini. *Qui antè Conſul.*

Curtium Atticum. *Equitem R. ex inluſtribus. qui Tiberio comes Capreas. ſuprà lib.* IV.

Per idem tempus L. Piſo Pontifex obiit. *Quid ergo * Ioſepho * Zonaræque in mentem venit viuum eum facere Tiberio iam defuncto? Nec enim alium habeo de quo poſſint illa intellegi:* à Caio binas epiſtolas miſſas, vnam ad Senatum de Tiberij morte & ſuo imperio: alteram ad Piſonem Præfect. vrbis, qua iubebat Agrippam è caſtris transferri in priſcas ſuas ædes. *An impoſuit Syro celebritas nominis Piſonis, & per Syrum (nam ab illo hauſit) Græco? An alius aliquis Piſo tunc Præfectus? quod non repperi. huic quidem Piſoni Aelius Lamia ſuffectus eſt; de quo Dio:* τήν τε προστασίαν τῆς πό- lib. XVIII. cap. XIII. lib. II. Annal. Ordo ſucceſſionque præf. vrbi. Aelius Lamia.

...χον τελευτήσαντα δημοσίᾳ ταφῇ ἐτίμησεν. καὶ λούκιον ἀντ' αὐτοῦ ταμίαν ἀνθείλετο, ὃν προπέμψαι τῇ στρατιᾷ προστάξας κατεῖχεν ἐν τῇ Ῥώμῃ. *ſcribe* Λαμίαν *Ridiculus interpres. qui vertit* Luciũ ei Quæſtorem ſuffecit, *inductus puo. illi errato. Sed ille ipſe paullo poſt obiit vt habes mox in noſtro: & ſucceſsit Lentulus Coſſus.* D *ſeo eo Seneca, epiſt.* LXXXIIII.

Xylandri cõniuentia.

Lentulus Coſſus.

L. Piſo vrbis cuſtos, ebrius ex quo ſemel factus fuit, maiorem partem noctis in conuiuio exigebat, vſque in horam ſextam ferè dormiebat. hoc erat eius matutinum. Officium tamen ſuum, quo tutela vrbis continebatur, diligentiſsimè adminiſtrauit. Huic & D. Auguſtus dedit ſecreta mandata cùm illum præponeret Thraciæ, quam perdomuit & Tiberius proficiſcens in Campaniam, cùm multa in vrbe & ſuſpecta relinqueret & inuiſa Puto quia illi bene ceſſerat Piſonis ebrietas, poſtea Coſſum fecit vrbis præfectum, virum grauem, moderatum, ſed merſum vino & madentem. *Lego ex libro manuſſ.* ebrius, ex quo ſemel factus eſt, fuit. *id eſt poſt vnam illam ebrietatem (quæ tam bene ceſſerat: & cuius pretium Præfecturam ipſam habebat, vt* **Plinius** *ſcribit lib.* XIIII. *cap. vlt. & Suet. Tib. cap.* XLII.*) ſemper placuit ei eſſe ebrium. Iacet alioqui ſententia, nec à me erigi poteſt.*

Seneca emẽdatus.

Ambigua lectio.

PAG. 255. L. Piſo Pontifex. *Neſcio an ex notis error, ſcribendúmque.* Piſo P. V. *id eſſet, Præfect. vrbi.*

L. Piſo cenſor.

Ratiocinatio de ætate Piſonis.

Patrem ei Cenſorium fuiſſe memoraui. *Non quidem in his libris qui exſtant, Tamen intellegi vult L. Piſonem ſocerum C. Cæſaris, qui Cenſor cum Appio Claudio, Anno vrbis* CCCIIII. *quo ipſo anno, vt ratio ætatis Tacito conſtet (ait enim vixiſſe octoginta annos) natus fuiſſe debuit hic Piſo.*

De

Decus triumphale in Thracia meruerat. *Velleius:* Atrox in Thracia bellum ortum, omnibus eius gentis nationibus in arma accenſis, L. Piſonis quem hodieque diligentiſſimum atque leniſſimum ſecuritatis vrbanæ cuſtodem habemus, virtus compreſſit. *Vide & Dionem* LIII

Piſonis triũphalia è Thracia.

Numam Marcium. *Qui pater Anci Marcij regis.*

Cilnium Mæcenatem. *Non vt receptum eſt,* Cillinium. *Cilnius enim gentile nomen patrum huius & aliorum Mæcenatum. Cui domus priſca Arretium, vt olim ex Liuio docui: & adde Silij verſus huiuſce rei:*

Cilnius Ma-cenas. Antiqu. Lect. lib. I. ca. 22. Silius correctus.

> Cilnius Arreti Tyrrhenis ortus in oris
> Clarum nomen erat.

*etſi ibi quoque vulgò,* Cilinus. *Nam Silius, vt ſolet, hiſtoriam exornat flore hominum ſui ſuperiorisq́; æui. Præfecit autem Romæ Italiæq́; Mæcenatem Augustus per bellum Siculum. Conſule Dionem* XLIX. *in actis anni* DCCXVIII.

Sumpſit è conſularibus qui coercerent ſeruitia, & quod ciuium audaciæ turbidum niſi vim metuat. *Circumſcribit poteſtatem Præfecturæ, quæ tamen aucta. Suedeo legas Dionem in Oratione Mæcenatis lib.* LII.

Poteſtas & munia præfecturæ.

Primúſque Meſſalla Coruinus eam poteſtatem accepit. *At Dio lib.* LIIII. *in actis anni* 734. *ita narrat, vt M. Agrippam primum faciat Præfectum vrbi, cui mox anno* DCCXXXVIII. *Taurum ſuffecit, vnius Coruini nulla mentione.*

Ambigua aſſeueratio Taciti.

Dein Piſo viginti per annos probatus. *Ligat me hic nodus. Quid? viginti per annos Præfectus Piſo? Fuerit ergo neceſſe eſt ab anno vrbis* DCCLXV. *Nam ab eo die in hoc tempus viginti ipſi anni. Atqui Auguſtus tunc vixit, imperauitque. Quomodo ergo verum, quod Plinius Suetonius, quæ conſenſu tra-*

De numeri veritate quæſitum.



Ayuntamiento de Madrid

Piſonem ebrietas Præfectum fecit.

*diderunt, à principe Tiberio Piſonē factum Præf. vrbis, propter bidui aßiduam compotationem? Illius verba ſunt lib.* XIII *Eáque commendatione (ebrietatis ſcilicet) credidere L. Piſonem vrbis Romæ curæ ab eo delectum, quòd biduo duabúſque noctibus perpotationem continuaſſet apud ipſum iam principé. Nota ea* apud ipſum iam principem. *Suetonius cap.* XLII. *poſtea princeps in ipſa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco & L. Piſone, noctē (diſſentit Plinius, qui ait duas noctes) continuumque biduum epulando potandoque conſumpſit: quorum alteri Syriam prouinciam, alteri Præfecturam vrbis confeſtim detulit. Ait diſertè,* poſteà princeps. *Atqui vel ab initio principatus Tiberij ad hunc diem Piſonianæ mortis anni dumtaxat* XVII. *Sed hoc amplius ex Suetonio colliges, factum Piſonem Præfectum, ſub idē tempus quo Pomponius Syriæ Prætor. Ille autem* * *Syriæ non ante annum* DCCLXXIII. *præponi potuit (Mæſiam enim prouinciam adminiſtrabat anno 772. vti ex Taciti libro* II *clarum:) non ergo tot annos Piſo Præfectus vrbi. His rationibus cogor vt id Tacito reſtituam,* Piſo decem per annos. *quia Pomponium Syriæ præfuiſſe ante annum* LXXV. *non probabile. Sit ergo hic error ex notis geminatis.*

* Mortuus enim eſt in adminiſtratione Syriæ: vt Tac. infrà.

Correctus Tacitus.

PAG. 256. Lecto per magiſtros carmine. *Magiſtri ſunt ſacerdotum. Valerius lib.* I. A patre ſuo collegij Saliorum magiſtro iuſſus. *In lapide:* ORDO. SACERDOTVM. MAGISTRO SVO. *Et Sueto. Caligu. cap.* XXII. *Domit. cap.* IIII. *Capitolinus,* Fuit in eo ſacerdotio & vates, & præſul & magiſter.

Sanxiſſe Auguſtum. *Pete è Suetonio, cap.* XXXI. *in Auguſto.*

Quan

Ayuntamiento de Madrid

Quanto maiorem quàm Auguſtus rei frumentariæ copiam aduectaret. *Aliquid hac de re ſcripſi in Electis cap. De Annona. Sed modum tributi Aegyptiaci, qui tunc me latuit, eruo è Sex. Victore, in Auguſto:* Huius, *inquit*, tempore ex Aegypto vrbi annua ducenties centena millia frumenti inferebantur. *verùm interſero*, centena millia modiûm frumenti. *quæ vox, littera ſaltem notata, M. vt ſolet, periit.*

Modus tributi Aegyptiaci.

PAG. 257. Neque ſegnius Conſules edixêre. *Fortè, ſequius.*

Sanus repertus apud fretum Siciliæ *Quaſi dicas illuc tantum itare ſolitos ægros. Suſpecta lectio, & τὸ* Sanus. *nomen aliquod detortum loci.*

Incerta ſcriptura hic.

L. Caſsium. *Ita rectè. eſtq́ ille qui conſul cum M. Vinucio Quartino fuit, anno vrbis* DCCLXXXIII. *Nam Suetonius diſertè notat Druſillã collocatam L. Caßio Longino conſulari. Pomponius de Origine iuris manum adiit* viris magnis, qui ſcribenti credũt, C. Caßium Longinum illum qui Iuriſconſultus, conſulẽ fuiſſe cum Quartino Tiberij temporibus. Atque cenſent hunc ipſum eſſe, qui progener Cæſari nunc factus. Mihi cautio eſt ne temerè credam homini, etiã alias fallaci. Erras. Non eſt hic, Pomponi, iuris antiſtes ille quem cenſes. Primùm, quia Tacitus inter elogia morum generiſq́, laudem ei nullam tribuit iuris: deinde, quia prænominibus diuerſi. Lucius hic eſt, Caius ille tuus, conſtanti veterum ſcripto. Caſsiodorus ecce L. Caßium & M. Vinicium Coſſ. nominat: Suetonius in Caio,* Lucium Caſsium Longinum: *& Tacitus, in loco, Diuerſi vita etiã & morte. Iuriſconſultus ille in honore ſub Claudio fuit, Syriã adminiſtrauit, pulſus à Nerone per Veſpaſianum rediit. & omne illud tempus vixit: hic ſub Caio proconſul Aſiæ, & monitionibus ſortibus caueret Caßium, a tyranno cæſus eſt.*

L Caſsius.

* Onufrius in Faſtis, & Antonius Aug. de Familiis Rom.

Error Pomponij, & aſſeclarum in hoc Caſsio. Nõ eſſe hũc illum Iuriſconſultum. L. Caſsius, & C. Caſsius.



Ayuntamiento de Madrid

Vitiatum in Suetonio prænomen.

*Sueton.cap.* LVII. *& Dio* LIX *qui tamen malè Caium vocat. Denique quid reſpondis ad illud Taciti,* Facilitate ſæpius quam induſtria commendabatur? *Demit ecce ſibi induſtriam ingeniumq́; & audeant dicere, hæc conuenire in magnum illum ſacerdotem. Plura de hoc C. Caßio lib.* XVI.

Calibus ortus, patre atque auo Conſularibus. *Hic eſt M. ille Vinicius (placet aliis Vinucius ſcribi, etſi Dio ſemper, οὐινίκιος) ad quem Hiſtoriam ſuam Velleius miſit, cuique indecorè & ſeruiliter blanditur. Produxit vitam ad Claudium, & à Meſſalina, quia pudorem ſeruauit, interfectus. Habes in Dione libro extremo. Pater eius Publius, Conſul anno vrbis* DCCLV. *Auus Marcus, anno* DCCXXXV.

M. Vinicius.

Mitis ingenio, & comptæ facundiæ. *Ad exemplum patris Publij, de quo Auguſti iocus innotuit, Vnum Vinitium ingenium in numerato habere, cuius tamen dicti cauſſam & acumen non capiunt vulgò. Luſit enim ambiguè, & cum laudare eum videatur, carpſit ſermonis & loquentiæ tarditatem. Ita enim Vinicius fuit, eloquens quantumuis & ingenioſus, ſed lentus in dicendo tardúſque. Seneca epiſt.* XL.

Vinicii eloquentia lenta.

Rectè ergò facies ſi non videris iſtos, qui quantum dicant non quemadmodum quærunt: & ipſe malueris aliquando, ſi neceſſe eſt, vel iuxta P. Vinicium dicere, qui cum quæreretur quomodo [*P. Vinicius] diceret, Aſellius ait, Tractim. Nam Geminus Varius ait: Quomodo iſtum diſertum dicatis, neſcio: tria verba nõ poteſt iungere. Quidni malis tu ſic dicere, quomodo Vinicius? Aliquis tam inſulſus interuenerit (*legerim*, tamen inſulſus interueniit) qui illi ſingula verba vellenti, quanquam (*emendo*, tanquam) dictaret, non diceret, ait: Dic, vel numquam dicas. *Ex quo loco agnoſcis Vinicii*

* Gloſſema eſt, tolle.

Leuiter Seneca correctus.

Ayuntamiento de Madrid

*nicianum genus dicendi. In numerato autem habere dicimur, quæ in promptu: & tamen recus ſubeſt, quaſi ſingula verba appendiſſe eum dicat & quaſi numeraſſe.* Ingenium in numerato habere.

PAG. 258. Redditis abſentiæ cauſſis admodum vagis. *Neſcio an melius, vanis vt cauſſas dicat futiles leuéſque. Tamen non malè,* vagis.

Ambigens patriam & declinans. *Beato placuit* ambigens. *Vulgatam tueri videtur, quod ſuprà ſcriptum.* Campaniam prælegebat, ambiguus an vrbem intraret: *ne ſuſpecta eſſet dictionis nouitas.*

Aduerſus legem Cæſaris, de modo credendi poſſidendíque, intra Italiam. *Suggerit eam legem apertè, quod ſciam, ſolus Dio libro* XLI. ἐπειδὴ συχνοὶ πολλὰ χρήματα ἔχειν καὶ πάντα αὐτὰ ἀποκρύπτειν ἐλέγοντο, ἀπηγόρευσε μηδένα πλεῖον πεντακισχιλίων καὶ μυρίων δραχμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἢ καὶ χρυσίῳ κεκτῆσθαι. Et quoniam complures pecuniam multam habere & occultare dicebantur: edixit nequis in argento auróue amplius poſſideret quàm LX. ſeſtertia. *Et alludunt alij ſcriptores, vt Sueton. Tib. cap.* XLIX. *dum ſcribit quoſdam damnatos.* quibus nihil aliud ſit obiectum, quàm quod partem rei familiaris in pecunia haberent. *Partem, ſcilicet maiorem quàm pro lege. In qua Suetonij vera ſententia eruenda Scholiaſtici ſunt fruſtrà. Reliquum pecuniæ conferri Cæſar voluit in agros.* Iuliana lex de modo poſsidendi.

Duodecim tabulis ſanctum nequis vnciario fœnore amplius exerceret. *At eam ſanctionem Liuius ad M. Duellium Trib. pl. refert, poſt* XII. *tabulas, aliquot annis lib.* VII. C. Marcio, Cn. Manlio Coſſ. de vnciario fœnore à M. Duellio Tribuno pl. rogatio eſt perlata: & plebs aliquanto eam cupidius ſciuit, accepitque. Vnciarium fœnus.



Ayuntamiento de Madrid

Semūciariū fœnus.

Dein rogatione Tribunicia ad ſemuncias redacta. *Decem annis poſt illam Duellij. Liuius*: T. Manlio Torquato, C. Plautio Coſſ ſemunciarium tantum ex vnciario fœnus factum.

Vſuræ ſublatæ.

Poſtremò vetita verſura. *Id eſt, ſublatum omne fœnus. quod ambiguè Liuius ponit in actis anni* DCXII. *quinto anno, poſt ſemunciam conſtitutam*: Præter hæc, *inquit*, inuenio apud quoſdam L. Genutium Tribunum pl. tuliſſe ad populum ne fænerare liceret. *Magis cum Tacito affirmat Appianus lib. I. Ciuilium*: τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου κατὰ τὸ ἄστυ οἱ χρῆσται πρὸς ἀλλήλους ἐστασίασαν, οἱ μὲν πράττοντες τὰ χρέα σὺν τόκοις, νόμου τινὸς παλαιοῦ (*Genutij legem intelligit*) προαγορεύοντος μὴ δανείζειν ἐπὶ τόκοις, ἢ ζημίαν τὸν οὕτω δανείσαντα προσοφλεῖν. ἔθους δὲ χρονίου τοὺς τόκους βεβαιοῦντος, οἱ μὲν κατὰ τὸ ἔθος ᾔτουν, οἱ δὲ οἷον ἐκ πολέμων τε καὶ στάσεων ἀνεβάλλοντο τὰς ἀποδόσεις. εἰσὶ δ' οἳ καὶ τὴν ζημίαν τοὺς δανείσαντας ἐκτίσειν ἠπείλουν.

Fœnus in agris collocandum.

PAG. 259. Duos quiſque fœnoris partes in agris per Italiā collocaret. *Sueton. Tiber. capite* XLVIII. *Simile quod Plinius lib.* VI. *epiſtol. de Senatu ſui aeui*: Patrimonij tertiam partem conferre iuſſit in ea quæ ſolo continerentur. *Capitolino de M. Antonino*: Iuſſit vt ſenatores peregrini quartam partem in Italia poſſiderent.

PAG 260. Datum erat crimini, quod Theophanem Mitylenæum proauum eorum. *Horum, auus fuit M. Pompeius Theophanes, Aſiæ Procurator, Tiberij ex intimis amicis Strabo libro* XIII. ἐστὶ δὲ (Θεοφάνης) καὶ πολιτικὸς ἀνὴρ ὑπῆρξε, καὶ Πομπηΐῳ τῷ

Pompeius Theophanes.

Μάγνῳ κατέστη φίλος, μάλιστα διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτὴν, καὶ πάσας συγκατώρθωσεν αὐτῷ τὰς πράξεις. καὶ ἑαυτὸν πάντων Ἑλλήνων ἐπιφανέστατον ἀνέδειξεν. υἱὸν δ' ἀπέλειπε Μάρκον Πομπήϊον, ὃν τῆς Ἀσίας ἐπιτρό-

πον

Ayuntamiento de Madrid

πον κατέςησε ποτε Καῖσαρ ὁ Σεβαςός. καὶ νῦν ἐν τοῖς πρώτοις ἐξετάζεται τῶν Τιβερίου φίλων.

Magnitudinem pecuniæ malo vertiſſe. *De qua vide Dionem lib.* LVIII. *& de hac hiſtoria tota.* Sex. Marij oper.
*Neſcio an hic idem ille Marius qui ante annos aliquot poſtulatus ſupra lib.* IV. Druſum auſpicandi gratia tribunal ingreſſum adiit Calpurnius Salvianus in Sex. Marium.

Iacuit immenſa ſtrages, omnis ſexus, omnis ætas, illuſtres, ignobiles, diſperſi aut aggregati. *Mirum tragœdias eas verborum Tacitum miſcere, ſi interfecti non plures viginti. Ita enim Suetonius cap.* LXI. Viginti vno die abiecti, tractíque, inter eos pueri & fœminæ. *Sed numerum eum, reipſa admonente, corruptum dixero; ſubſtituó que;* ducenti, Suetonius frequenter in numeris corruptus.
*aut potius* ∞, *id eſt, mille. quod fatuus exſcriptor interpretatus eſt Viginti. Certè de maiori numero fatebitur, qui Taciti verba vigilans leget. Menda numerorum in Suetonio plura, & quædam magna rei. vt Nerone, cap.* XII. Exhibuit ad ferrum etiam quadringentos Senatores, ſexcentóſque equites Romanos. *Quadringenti Senatores, dimidia Senatus pars. quos omnes depugnaſſe in arena fuge credere. Corrigo,* quadragenos. *De equitibus etiam malim,* ſexagenos. *firmante coniecturam Dione, qui auctor eſt pugnaſſe tantùm equites triginta. Simile in Claudio cap.* XXXII. Conuiuia & ampla & aſſidua agitauit, ac fere patentiſſimis locis, vt plerumque ſexcenteni ſimul diſcumberent. *Scribo,* plerumque ſexageni. *Sexcenti conuiuæ, epulum publicum, non conuiuium. Plura huius generis alias. Statim etiam in Taciti verbis lego,* intercideret ſortis hu. commercium, vi, metu.

Margin notes: I. (at "aut potius ∞"); Correcti aliquot loci. (at "Menda numerorum"); II. (at "rei. vt Nerone"); III. (at "Simile in Claudio")

PAG. 261. Qualem diem Tiberius induiſſet.

S 5

[…]OS
D[…]OR,
L. MARCO
Ayuntamiento de Madrid

*Corruptè Videntur verba huc tralata ex pag. ſequenti:* quem tum annum, qualem diem haberet. *Vertrauius coniecit*, qualem die Tiberius. *hoc ſenſu, Caligula talem habitum induebat, qualem Tiberium quoque die induiſſet. Coniectura, quam ego non emerim ſeſtertio nummo.*

Locus, in quo deſpero.

Præſagium Tiberij de ſeruio Galba tum Conſule. *Pugnat Suetonius, qui non Tiberio ſed Augusto præſagium hoc tribuit: nec de Conſule Galba, ſed puero. Lege eum lib.* VII. *cap* IV. *A Tacito ſtant Ioſephus & Dio.*

Suetonij pugna cum noſtro.

Thraſullum. *Qui etiam de re medicena libros compoſuiſſe videtur, laudante Plinio plus vno loco. Pete ſiue hæc à Dione, lib.* LV.

Thraſullus.

PAG. 262. Plurimis mortalium non eximi. *Scribe*, eximit.

A filio eiuſdē Thraſilli prædictum Neronis imperium in tempore memorabitur. *Non eſt in libris qui ſuperſunt id vaticinium: ne in Suetonio quidem.*

PAG. 263. Aſinij Galli mors vulgatur. *Quem eodem die & continuum Tiberij fuiſſe, & eo ſubornante damnatum, narrat Dio lib.* CVIII. *in actis anni* DCCXXCII *Eſt ille qui filius Pollionis Aſinij librū edidit, quo patrem Ciceroni comparauit: cui reſcripſit imperator Claudius, Suetonius in eius vita, & Plinius in Epiſtolis, Agellius lib.* XVII. *cap.* I. *Euſebius in Chronicis notat* Aſinium Gallum diris ſuppliciis mactatum anno ante T. Liuij mortem,

Aſinius Gallus.

Conſulari ſeni, tot conſularium parenti. *Plures enim filios habuit, qui Conſules. Videca quæ notaui in fine libri tertij Annal, ſuprà.*

PAG. 265. Nerua continuus principis. *Celeber iuris auctor, de quo Pomponius:* Hic etiam Nerua

Nerua Iuriſconſultus.

Cæſa

Ayuntamiento de Madrid

Cæſari familiariſſimus. *Conſul fuit cum Vibio Rufine, anno* DCCLXXV.

Rubellij Blandi, cuius auum Tiburtem equitem R. plerique meminerant. *At pater eius tamen conſularis, de quo lib.* III. Solus Lepido è conſularibus Rebellius Blandus adſenſit. *Conſul ſuffectus fuit anno* DCCLXXI.

Rubellius Blandus.

PAG. 266. Flacco Pomponio Syriæ proprætore. *De eodem Suetonius cap.* XLII. *Tiberij.* Poſteà princeps in ipſa publicorum morum correctione, cum Pomponio Flacco & L. Piſone, noctem continuúmque biduum epulando potandóque conſumpſit: quorum alteri Syriam prouinciam alteri præfecturam vrbis confeſtim detulit. *Vbi aliquot libri,* Pompeio Flacco. *male: eſt enim ille ipſe, qui ante* XV. *annos Mœſiæ præfuerat. Tacit. lib.* II.

Pomponius Flaccus.

M. Lepidus *Iterum,* Manius.

Paullo Fabio L. Vitellio Coſſ. phœnix in Ægyptum venit. *Dio, Solinus, Plinius biennio poſterius veniſſe eum volunt. Q. Plautio, Sex. Papinio Coſſ. Vereor vt ſtare ſententia Taciti poſſit, contra tot teſtes. Nota autem ex Dione hoſipſos Conſules poſt celebrata Decennalia Tiberij creatos adſcribi, quod tacuit noſter. Ex quo non vanè dixerim, narrationi huic annali deeſſe quædam. Non enim Conſulum ſupplicium certè omiſiſſet.*

Contra Tacitum plerique ſcriptores veniunt, de Phœnice.

Taciti liber non integer.

PAG. 267. Quia damnati, publicatis bonis ſepultura prohibebantur. *Sepultura lectúque adfinium prohiberi, niſi magnorum ſcelerum damnatos (puta parricidij, perduellionis: itémque ſuſpendioſos) non moris apud priſcos. Inualuit ſub Tyrannis. ideóque quaſi nouum, in Tiberij ſæuitia Suetonius notat, capite* LXI. Interdictum ne capide damnatos propinqui lugerent. *itémque:*

Sepultura qui prohibiti.

Ayuntamiento de Madrid

Quorũ bona publicari ſolita.

*que:* Nemo punitorum non in Gemonias abiectus, vncóque tractus. *Qui autem tracti, Tiberiis eis ſepultura. Idem in publicatione bonorum fuit. quæ apud antiquos in crimine perduellionis & hoſtilitatis tantùm exercita, & fortaſſe parricidij. Ita Sp. Mæcij* bona concacta pretiis regni mercandi vendere atque in publicum redigere Quæſtores iuſſi, *ait Liuius: ita Ciceronis damnati, à Clodio: M. Lepidi, à Senatu publicata facta, quia ſecutus Antonij ſectam. Primus publicationem ad omnia crimina (publica intellego) traxit Cæſar: qui vt Suetonius ait*, pœnas facinorum auxit: & cùm locupletes eo facilius ſcelere ſe obligarent, quòd integris patrimoniis exſulabant: parricidas, [vt *Cicero ſcribit]bonis omnibus, reliquos dimidia parte multauit. *Tenuit ea lex ſub Auguſto. qui tamen cùm multis diuitibus vel dimidia pars, nimia eſſent opes, & in ipſo exſilio cauſſa luxus: ſanxit, vt in omnibus quibus aqua & igni interdictum (id eſt Iuriſconſultorum verbo, Deportatis) non plus poſſidere liceret quingentis millibus nummum, Dio* L V I. *Intenditque iterum ſæuitiam eam Tiberius, lata lege, qua interdictis aqua & igni adempta omnis teſtamenti factio. Idem Dio* L V I I. *Quam legem interpretans Caius l.* V I I I. *Qui teſt. fac. poſſunt:* Si cui aqua & igni interdictum ſit, *inquit*, eius nec illud teſtamentum valet quod antè fecerit, nec id quod poſteà. Bona quoque quæ tunc habuit cùm damnaretur, publicabuntur.

Cæſar publicationem induxit.

* A gloſſemate ſunt, tolle. Nuſquam enim id Cicero. Auguſti decretum in ea re.

Deportatis teſtamẽti factione interdictum.

Eorum qui de ſe ſtatuiſſent, humabantur corpora, manebant teſtamenta. *Non mirum, quia ne damnati quidem, nec peracti rei. Dio hæc omnia exprimere voluit, in actu anni* D C C L X X X I V. ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ σώματα αὐτῶν ἐρρίπτετο,

Qui ſe interfecerant eorum rata teſtamenta.

ἐς

Ayuntamiento de Madrid

καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβάλλετο. ἤδη δὲ καὶ ὅπως οἱ παῖδες τῶν οὐσιῶν αὐτῶν κληρονομῶσιν. *vbi puero mendum clarum. ſcribendúmque,* μὴ κληρονομῶσιν, *inſerta voce. Idcò enim obiecta corpora tractáque, ne liberi ſuccedere in bona poſſent quæ iam publica vt damnatorum palàm punitorúmque. Mirum est ſequentibus Dionis verbis interpretem id non vidiſſe: Bona ergo manebant, ſiquis antevenisset damnationem, & teſtamenta. Sed quid in præmiis accuſatorum nihilo ſecius dari ſolere, oſtendit Taciti locus ſuprà, libro* IV. Et quia Cornutus ſua manu ceciderat, actum de præmiis accuſatorum abolendis, ſiquis maieſtatis poſtulatus, ante perfectum iudicium ſeipſe vita priuauiſſet. ibatúrque in eam ſententiam, ni durius contráque morem ſuum palàm pro accuſatoribus Cæſar, inritas leges, & remp. in præcipiti conqueſtus eſſet. Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum, per præmia eliciebantur. *Dari non ſolere, Seneca in narranda Cremutij morte, quæ ſub hoc Tiberij tempus.* Cognitio conſilio eius, *inquit,* publica voluptas erat, quòd è faucibus auidiſſimorum luporum eriperetur præda. Accuſatores adeunt conſulum Tribunalia, queruntur Cordum mori, vt interpellarent quod coegerant. Adeò illis Cordis videbatur effugere. Magna res erat in quæſtione: an morte rei prohiberentur. *Nec ſatis ſcio, quomodo in concordiam reducam eos locos. Sub Claudio & Nerone fortè an aliud fuerit: & Senecam deceperit mos ſui æui.*

Dio palàm vitioſus.

Præmium an tunc accuſatoribus?

Ait Tacitus.

Negat Seneca.

PAG. 268. Mamercus Scaurus, inſignis nobilitate & orandis cauſſis, vita probroſus. *Malè hic à Dione,* Μάρκος. *De probroſa eius vita, lege Senecam libro* IIII. *de Benef. cap.* XXXI. *aut potius*

Mam. Scaurus.

Ayuntamiento de Madrid

Libidine infamis.
Tertullianus illuſtratus.

*tius non lege impuritatem hominis, & ἄῤῥητον μύσος. Notat eum breui ſtigmate Tertullianus de Pallio:* Dabo catharcticum impuritati Scauri, & aleæ Curij & vinolentiæ Antonij.

Argumentum Tragœdiæ à Scauro ſcriptæ. *Cui nomen Atreus fuit: Verſus qui in Tiberium flecti videbantur, ex Euripide:*

Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας χρεὼν φέρειν.

*Adi Dionem.*

Cornelius Thuſcus delator.

Ab Seruilio & Cornelio accuſatoribus. *Cornelio fuit cognomen Thuſci. Seneca pater Suaſoria* II. Thuſcus ille qui Scaurum Mamercum, in quo Scaurorum familia extincta eſt, maieſtatis reum fecerat, homo quàm improbi animi, tam infelicis ingenij.

Eunuchi in pretio apud Perſas.

Perſæ primi creditì virū excidiſſe.

Non deſpectum id apud barbaros, vltróque potentiam habet. *Ex inſtituto Cyri apud Xenophontem lib.* VII. *qui cuſtodiam cui à neque ſui corporis ſolis commiſit Eunuchis: & internam aliam ex hoc ſemiuiro genere conſtituit, quaſi fidiſsimo. Itaque deinceps in honore. Sed & Perſæ primi priuaſſe viro creduntur. Stephanus de Vrbibus,* Σπάδα, ὡς Ἀτέρας, κώμη περσικὴ, ἐν ᾗ πρῶτη ὁ εὐνουχισμὸς γέγονεν. *Petronius,*

Perſarum ritu, malè pubeſcentibus annis
Surripuere viros, exectáque viſcera ferro
In Venerem fregere.

Siue, vt alij, Semiramis.

*Alij ad Semiramim referũt, vt Ammianus. Vtramque famam poſuit Claudianus in Eutropium, lib. I.*

—ſeu prima Semiramis aſtu
Aſſyriis mentita virum, ne vocis acutæ
Mollities, leuéſque genæ ſe prodere poſſent,
Hos ſibi coniunxit ſimiles ſeu Perſica ferro
Luxuries vetuit naſci lanuginis vmbram.

*Vbi ſcriptum etiam* Parthica, *nullo vitio, quia po-*



Ayuntamiento de Madrid

*puli q̃ tunc confuſi.*

PAG. 271. Exemplar apud poſteros adulatorij dedecoris habetur. *Corrigamus ergo Senecam, vbi vulgò lib.* IV. *Natural. Quæſt. cap.* I. Alius adulatione clam vtetur, alius ex aperto palàm, ruſticitate ſimulata, quaſi ſimplicitas illa non ars ſit. Plancus artifex ante villeum, maximus, aiebat, non eſſe occultè, nec ex diſſimulato blandiẽdum. *benè emendo*, ante Vitellium. *Villeus ignotus: at Vitellij huius mirum in adulando ingenium etiã Suetonius celebrat, cap.* II. *in Vitellio, & Dio* LVIII. *Plancus in Seneca, eſt is qui apud Fuluiam Antonũ magnus: de cuius adulatoriis moribus Appianus lib.* III. *Ciuilium.*

In Seneca emendatio.

Vitellius, inſignis adulator.

Vrbe Artaxata potiuntur. *Malim*, vrbem. *Tamen & Artaxatam & Tigranocertam, noſter aliiq́ ſcripſerunt.*

PAG. 272. Ferúntque ſe Theſſalis ortos. *Strabo libro* XI. *agit de Oraculo item Phryxi, & vetita arietis cæde, his verbis* ἐν τῇ μοσχικῇ τὸ τῆς λευκοθέας ἱερὸν φρίξου ἵδρυμα, καὶ μαντεῖον ἐκείνου, ὅπου κριὸς οὐ θύεται.

Oraculum Phryxi.

Filium Orodem vltorem parat. *Omnis hæc hiſtoria apud Ioſephum lib.* XVIII *cap.* VIII.

Modo equeſtris prœlij more frontis & tergi vices *Scribo*, vice. *& Sententiam expedio A Salluſtio eſt, qui in hiſtoriis.* More equeſtris prœlij ſumptus tergis, atque redditis. *Et in Iugurtha:* Quibus illi freti, non vti equeſtri prœlio ſolet, ſequi dein cedere: ſed aduerſis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem. *Fronti & tergi vice, id eſt, alterna mutatione modò fronti, modò tergi.*

Tacito emẽdatio.

Mos equeſtris prœlij.

PAG. 273 Fama tamen occiſi falſo creditas. *Lego*, cedita. *vel*, didita, *At Ioſephus reuera occiſum eum tradit lib.* XVIII.

Ioſephus aliter quam noſter tradidit.

Tota

Ayuntamiento de Madrid

Tota mole regni vltimi* id peritia locorum. *Niſi quid d ſit (nec puto hercle, quoniã tota hac narratione belli externi inciſus Tacitus) commodò reſtituemus:* regni vltum iit peritia. Laurum pugnatum. *Amat ita loqui noſter, & Salluſtius:* Quam maxima cura vltum ire iniurias feſtinat.

Aliόſque occultos conſilit. *Scribo.* colligit:

PAG. 274. Cùm hic more Romano Suouetaurilia daret, ille equum placando amni adornaſſet.

Equus victima Sol., apud Perſas.

*De Suouetaurilibus dico ad lib.* IV. *Hiſtoriarum. De equo res ſic habet. Solennis Perſarum victima Soli, equus. Iuſtinus:* Solem vnum eſſe deum Perſæ credunt, & equos eidem deo ſacratos ferunt. *Xenophon lib.* IV. περὶ Κύρου ἀναβάσ. καὶ ἵππον ὃν εἰλήφει παλαιότερον, δίδωσι (Ξενοφῶν) τῷ κωμάρχῃ ἀναθρέψαντι καταθῦσαι, ὅτι ἤκουσεν αὐτὸν ἱερὸν εἶναι τῷ ἡλίῳ, δεδιὼς μὴ ἀποθάνῃ. *Et libro* VIII. Κύρου παιδείας. πρῶτον μὲν ἤγοντο τῷ Διὶ ταῦροι πάγκαλοι εἰς τέσσαρας. μετὰ δὲ τούτους, ἵπποι ἤγοντο θῦμα τῷ ἡλίῳ. *Idémque Pauſaniæ in Laconicis notatum. At de amne, nihil nobis lectum. Sed & aliis gentibus victima, equus.*

Marti, apud Romanos, & Myſios.

*Apud Romanos, Marti. Feſtus, in Equus. & apud Myſios: Florus:* Illi ſtatim ante aciem immolato equo, concepere votum *&c. Apud Maſſagetas, item Soli. Strabo, libro* XI. θεὸν δὲ ἥλιον μόνον ἡγοῦνται, τούτῳ δὲ ἱπποθυτοῦσι. *Pugnat cum ſuperioribus, quod idem Strabo lib.* XV. *de Carmanis ſcribit:* ὄνον δὲ θύουσι τῷ Ἄρει, ὃν περ σέβονται θεὸν μόνον.

Straboni, mira adſeueratio Martem deum Perſis adſignantis.

*Alij enim Perſis Solem, quem Mithram dicunt, deum vnicum tribuũt, non Martem, vt hic (per obliuionem forte) Strabo.*

Teſtamentorum licentia.

PAG. 275. Supremis tabulis multa & atrocia in Macronem compoſuit. *Quæ teſtamentorum licentia adeò recepta, vt plerique ingeniorum petulantiam non alio vero exercerent. Ita Fabricius Veiento*

multa

multa & probroſa in patres & ſacerdotes compoſuit, iis libris quibus nomen Codicillorum dederat. *ait Tacit. lib.* XIV. *Et ab hac mente in Auguſto Suetonius, cap.* LVI. Iocis quoque quorundam inuidioſis aut petulantibus laceſſitus, contradixit edicto. Et tamen de inhibenda teſtamentorum licentia, ne Senatus quidquam conſtitueret, interceſſit. *Ab hac, inquam, mente. nec virum doctum, C. Sigonium quiſquam audiat corrigentem,* de inhibenda ſcommatorum licentia. *Enimuero exempla huius libertatis in extrema tabula regni atque, habebis in Tacito plura. Et hæc autem & quæ ſequuntur, tantum non ad verbum conuertit Dio: addito, Trionem vita interfeciſſe ſeipſum. quod neſcio an intellegi ſic ea habuerint Tacitus, an expreſſum an id per ignauiam deſcribentium exciderit.* Suetonius explicatus. Sigonij lectio reiecta.

Trebellieni Rufi. *Illius, qui præatura functus tutor à Senatu liberis Cotys Thraciæ regis datus fuit. lib.* II. *ſupra.* Trebellienus Rufus.

Ob carmina illic in Principem factitata. *Video eſſe qui tranſponant,* ob carmina in Principem factitata, illic ſtrangulatus eſt. *Quaſi carmina extra carcerem facta. Fallunt, falluntur'q. Ante triennium enim hic Paconianus in carcere fuit, & quia indicium profeſſus erat, retentus: donec carmina exitium illi maturauere. Lege initium libri huius.* Contra Vertranium.

Vrbem iuxta. *Tuſculi, aut in Albano. Dio.*

PAG. 176. Poppæus Sabinus conceſſit vita. *Sua ſponte, non fato. Vide Dionem.*

Eo anno neque quòd L. Aruſeius. *Deſunt non dubie propria aliquot nomina eorum qui damnati occiſi'q. Vertranius labentem locum immiſſa voce fulcit,* Eo anno neque quòd alij, neque quòd L. Aruſeius. *ſed tibicine non bono.* Mutilus locus.

Vibulenus Agrippa. *Vibilius dicitur Dioni.*



Ayuntamiento de Madrid

Galba futur principis.

Galba triſtibus Cæſaris litteris. *Frater & illius, qui poſteà princeps. Suetonius* : Caius attritis facultatibus vrbe ceſsit, prohibitúſque à Tiberio ſortiri anno ſuo Proconſulatum, voluntaria morte obiit.

Æmilia Lepida quam iuueni Druſo nuptam retttuli. *Nuſquam id in his libris ſcriptum.*

Clitæ Cilices.

Archelaus Cappadox.

Suet. Veſpaſ. cap. VIII.

PAG. 227. Clitarum natio Cappadociæ, Archelao ſubiecta *Malè vulgò*, Citarum. *Iidem Clitæ Cilices, non Cappadoces dicuntur ab eodem Tacito, lib.* XII. Nec multo poſt agreſtium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum eſt. *Ideò hic legerim*, Clitarum natio, Cappadoci Archelao ſubiecta. *Nam Cilicia cognomento Trachea, proprios reges habuit ad tempora Veſpaſiani. Caue enim de Archelao acceperis Cappadocum Rege, qui pridem mortuus, & regnum eius in prouinciam redactum. Neſcio tamen an hic Archelaus eius filius fuerit: ideò Cappadox dictus.*

Cteſiphon vrbs.

De conditore eius diſſenſio.

PAG. 278. Cteſiphon ſedes imperij *Vt Herodianus ait*, ἔνθα ἦν τὰ βασίλεια τῶν παρθυαίων. *Et vrbs, ſiue pagus potius vicinus Seleuciæ. Strabo:* πλησίον δ' ἐστὶ κώμη κτησιφῶν λεγομένη, μεγάλη. ταύτην δ' ἐποιοῦντο χειμάδιον οἱ τῶν παρθυαίων βασιλεῖς. *Plinius*: Cteſiphonem iuxta tertium ab ea lapidem in Chalonitide cōdidere Parthi. *Et conditorem eius Vardanem regem facit Ammianus, lib.* XXIII. *Pugnat tamen in Procopius, lib.* II. *De bello Perſico*: Apud Aſſyrios ciuitates quæ maximę ſunt Seleucia & Cteſiphon, Macedonum ædificia.

PAG. 280. Templum Auguſti & ſcenam Pompeianæ theatri. *Vide Suetonium, cap.* XLVII. *in Tiberio, & cap.* XXI. *Calig. qui leuiter diſſentit. Ille enim ſemiperfecta opera fuiſſe ait, quæ noſtro perfecta.*

PAG.

P A G. 281. Occidentem ab eo deſeri, Orientem ſpectari. *Gloria acute dicti penes Pompeium, qui Sullæ abneganti triumphum confidenter dixit, ὅτι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα πλείονες ἢ δυόμενον * προσκυνοῦσιν. ὡς αὐτῷ μὲν αὐξανομένης, μειουμένης δὲ καὶ μαραινομένης ἐκείνῳ τῆς δυνάμεως. Fons dicti in eo, quod pleriſque populis religione receptum, ſalutare ſolem Orientem: vt alibi dicam.* * adorant, ideò ad morem Orientalium populorum referendum.

Solitus eludere medicorum artes, atque eos qui poſt triceſimum annum ad internoſcenda corpori ſuo vtilia, alieni conſilij indigerent. Plutarchus in numero corruptus. *Tiberianum hoc apophthegma etiam Plutarchus inſeruit præceptis de valetudine tuenda, ſed corruptus, vereor, in numero:* ἤκουσα Τιβέριόν ποτε εἰπεῖν ὡς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ προτείνων ἰατρῷ χεῖρα, καταγέλαστός ἐστιν. *Namque ſexageſimum annum ait, quod noſter triceſimum non dubiè verius. Reſcripſerim,* ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη. *iuuante etiam Suetonio:* Valetudine proſperrima vſus eſt, quamuis à trigeſimo ætatis anno arbitratu eam ſuo rexerit, ſine adiumento conſilióque medicorum.

Satrio Secundo coniurationis indice. *Ille idem ego, qui ſuprà cliens Seiani, & nunc, vt apparet, eius euerſor.*

P A G. 283. Perpuliſſet iuuenem ad ea, quorum effugium non niſi morte inueniret. *Intellexit inceſtum ſimile, quale obiectum Ciceroni in Tulliolam. de quo infami ſermone Seruius ad illud Virgil.* Matris cum filio coitus.
Hic thalamum inuaſit natæ,
Mæſta & miſeranda diu ferret. *Emenda,* miſeranda differret, *coniunctis vocibus quas diduxerant.*

In villa cui L. Lucullus quondam dominus. *Nam de ea ferè his verbis Plutarchus in Mario.* Villam Villa Luculli.



Ayuntamiento de Madrid

in Miſenenſi Marius amœnam & mollius exſtructam poſſidebat, quàm deceret virum militarem & tot bellorũ victorem. Eam aiunt LXXV. codenariûm emiſſe Corneliam, nec multò poſt L. Lucullum quingentis millibus denariûm & ducentis. Tantum breui luxuria creuit, & ciuitas inualuit in abundantes opes.

PAG. 284. Per ſpeciem officij, manum complexus. *N ſ io an*, per ſpeciem oſculi. *Ea quidem mens. Suetonius*: cùm manum ſibi oſculandi cauſa apprehendiſſet.

De Tiberij ætate anniſque.

Octauo & ſeptuageſimo ætatis anno. *Vel ut Victor, poſt ſeptuageſimum octauum annum & menſem quartum. Dio tamen anno toto diuerſus ab iſtis, qui ait vixiſſe,* ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας ἐννέα. *Et hercle verius, ſi Suetonio credendum & actis: qui natum Tiberium ponunt anno vrbis* DCCII. *Munatio & Lepido Coſſ.* XVI. *Kalend. Decembres. mortuus autem eſt, conſenſu omnium, anno* DCCXC. XVII. *Kalend. Apriles. Quanquam & Dionis rationes non planè ad eum calculum pariauerit.*

IVSTI

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM XI. ANNALIVM
## COMMENTARIVS.

HVNC *librum* ἀκέφαλον *eſſe ne moneri quidem neceſſe eſt. Deſunt autem à fine lib.* VI. *ad huius initium, res geſtæ annorum circiter decem. In quibus C. Caligulæ principatus in vniuerſum, & Claudiani imperij primores anni ſex pereunt. Olim adoleſcens contexui Caianam hiſtoriam Corneliano exemplo, ſtiloque. At fœtum eum tanti non puto, vt agnoſcam aut tollam.* PAG. 285. Cornelianæ hiſtoriæ ingens defectus.

Fuiſſe quondam adulterum eius credidit. *Poppææ, vt apparet.*

Hortis quos ille à Lucullo cœptos inſigni magnificentia extollebat. *Libri ver.* à Lucullo emptos. *Ijdem* extollebat, *non quod Rhenano ſupponere viſum*, excolebat. *Luculliani horti infra ſæpius nominati: & vides quomodo in principum res peruenerint, manſerintq́; ad ætatem Traiani: De ijs quidem Plutarchus:* ὅπου καὶ νῦν, ἐπίδοσιν τοσαύτην τῆς τρυφῆς ἐχούσης, οἱ Λουκουλλιανοὶ κῆποι, τῶν βασιλικῶν ἐν τοῖς πολυτελεστάτοις ἀριθμοῦνται. *Id eſt:* Ex quo etiam nunc, tanta acceſſione facta ad luxum horti Luculliani inter ſumptuoſiſſimas res principis cenſentur. Horti Luculliani.

Soſibius Grammaticus.

PAG. 186. Soſibius Britannici educator. *Neſcio an ille ſit, qui Arnobio nominatur, lib. IV.* Nam ab Hippocoontis liberis ipſum Soſibius Herculem cruciatum rettuliſſe pronunciat. *itémque Clementi Alexandrino, Ad gentes. Suidas etiam litteratoris meminit hoc nomine, in Σωσίβιος.*

Auri vis.

Auri vim atque opes principibus infenſas. *In vulgatis eſt,* Caueri vim. *& turbant in reſtituendo loco Rhenanus & Maurus. Mihi veræ lectionis auctor Farneſianus liber, in quo,* cauri. *c. littera ſuperius adpicta: & hiſtoria ipſa. quoniam auri vis Aſiatico cauſſa necis.* Dio: ὁ δ' Ἀσιατικὸς ἀφῆκε τὴν ἀρχὴν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πλούτου, ὑφ' οὗπερ καὶ ἀπέθανεν. *& ſi otium eſt, adde reliqua, cum iis quæ apud Zonaram excerpta. Auri vis, optima dictio, quam iterum vſurpat noſter lib.* XVI. Specum altitudine immenſa quo magna vis auri contineretur. *Quòd Vertranius interpunctione iuuari locum exiſtimat,* per ſpeciem b. moneret, Claudium caueri, vim atque opes. *quaſi Soſibius Aſiaticum monuiſſet, non Claudium: clare ſequentia adſpernantur.*

Diuitiæ Aſiatici.

Non extimuiſſe in concione. *Adſentior Rhenano ſcribenti,* extimuiſſe concionem populi Rom. gloriámque facinoris vltrò petere. *Quod aut præcipuum auctorem interficiendi Cæſaris Aſiaticum, addicit et Seneca, lib.* II. *De Tranq. cap.* XVIII. Ea referam quæ illum (*Caium*) exitio dederunt: Aſiaticum Valerium in primis amicis habebat. ferocem virum & vix æquo animo alienas contumelias laturum. Huic in conuiuio, item in * concione, clariſſima voce, qualis in concubitu eſſet vxor eius, obiecit. Di boni, hoc virum audire principem ſcire, & vſque eò licentiam perueniſſe, vt non dico conſulari, non dico amico, ſed tantùm marito, princeps & adulterium ſuum narret &

Aſiaticus auctor Caianæ cædis.

* Fortè, cognitione. cùm videlicet adſeſſor ei cōſiliariuſque Aſiaticus eſſet. Nam de cōcione, vix eſt vt habeam fidem.

faſti

faſtidium? *Suetonius & Ioſephus omittunt.*

Dedita fama.

Dedita per prouincias fama. *Siue mauis*, didita. *Lucretius:*

—— rerum ſimulacra feruntur
Vndique, & in cunctas iaciuntur dedita partes.

*Virgilius:*

Cognatique patres, tum terris didita fama
Coniunxere tibi.

Gentiles nationes promptum haberet. *Alter Vatic.* propretij haberet. *Nihil elicio, quid ante feram vulgatæ.*

Meſſalina coram & Suilio. *Reſtituo ex libris*, Meſſalina coram Et Suilius corruptionem militum, quos pecunia & ſtupro in omne flagitium obſtrictos arguebat, exin adulterium Poppææ, ac poſtremò mollitiam corporis obiectare.

Ad quod victo ſilencio. *Veteres*, indicto. *rectè, vt prorupiſſe ad loquendum intellegamus, & ſilentium ante iuſſum.*

Vxores in conuiuiis ritu Rom.

PAG. 287. Percunctaretur, cur ſine vxore diſcubuiſſet. *Diſcas hinc vxores vulgò adhiberi ſolitas ad conuiuia. Æmilius Probus:* Quem enim Romanorum pudet vxorem ducere in conuiuium? *Et olim quidem cubantibus viris ſedere ſolitæ, (vt Seruius ex Varrone notat, ad illud,* Perpetuis ſoliti Patres conſidere menſis, *& Valer. Maximus lib. II. De matrimoniorum ritu:) poſtea etiam accumbere. In accubitu ille mos, vt recumberent in ſinu virorum. Ouidius ad puellā quæ cum viro cœnatura:*

Iacebant in ſinu maritorum.

Alteriuſque ſinus aptè ſubiecta foucbis?
Iniiciet collo cùm volet ille manum!

*Iterúmque:*

Nec premat indignis ſinito tua colla lacertis,
Mite nec in rigido pectore pone caput.

*Sed & amicæ pleríque meritò ꝗ non aliter iacebant*

Amicæ in ſinu amatorum.



Ayuntamiento de Madrid

*apud amatores. Id vocabant interiorem iacere. Scipio in Oratione aduerſus Galliam:* Qui in cõuiuiis adoleſcentulus cum amatore, cum chirodota tunica interior (*malè A. Gellij in libris,* inferior) accubuerit, eúmne quiſquam dubitet quin idem fecerit, quod cinædi facere ſolent. *Itaque arguit eius mollitiam à decubitu ipſo. Suetonius in Cæſare, cap.* XLIX. *Cæſarem à Dolabella dictum ait,* ſpondam interiorem regiæ lecticæ: *non ab alia cauſſa, ne interpretes vltra alucinentur. Eodem faciunt Tranquilli verba de Caij libidinibus, cap.* XXIV. Cum omnibus ſororibus ſuis ſtupri conſuetudinem fecit: plenóque conuiuio ſingulas infra ſe viciſſim collocabat, vxore ſuprà ſe cubante. *Nam ſorores infrà ſe, id eſt in ſinu, collocabat, quaſi iuſtas vxores: legitima conſorte, loco pulſa. Nec aliud Cicero ſignificat in Epiſtola quadam hilariore:* Infra Eutrapelum Cythæris accubuit.

Interior decubitus.

Interior ſponda.

Suetonius illuſtratus.

Antoniam principis matrẽ. *De qua lapis Romæ,*

Antonia Claudij mater.

ANTONIAI
AVGVSTAI
DRVSI
SACERDOTI. DIVI
AVGVSTI
MATRI. TI. CLAVDI
CAESARIS. AVG. P. P.

Liberum ei mortis arbitrium permiſit. *Sunt confuſe iſta, vt pleraque omnia hoc libro: quem ſcio interpolatum à mala & imperita manu. Sententia tamen hæc ex Dione: vt ſubornatus Vitellius quaſi Valerij nomine culpam agnoſcentis, peteret mortis arbitrium: idque a Claudio conceſſum.*

Interpolatũ varie hunc librum eſſe.

Hortantibus dehinc quibuſdam inediam. *Excidit vocula, puto, ſcribendúmque:* quibuſdam ad inediam. *ſi non impoſuit olim mihi O. bilius meus.*

Impu

Ayuntamiento de Madrid

Impudico Vitellij ore. *Quæ ante inter Ligures Vitellius? an quia vt Suetonius ait*, amore libertinæ perinfamis, etiam ſaliuis eius melle commiſtis, quotidie palam arterias & fauces pro remedio fouebat?

Impudicum Vitellij os.

Equites Romanos illuſtres. *Qui ſunt Equites illuſtres? Neque enim temerarium eſt certè, quod totiens is titulus repetitus. Vt lib. IV. Annal.* Eques Romanus ex illuſtribus Curtius Atticus. *Lib. VI.* Inter quoque illuſtris eques Romanus, ac frater Prætorius. *Lib. XV.* Die pacta Tiberius Alexander illuſtris eques Romanus, miniſter bello datus. *Hoc claré libro:* Eadem conſtantia & illuſtres equites Rom. cupidos naturæ necis fecit. *Suſpicor ego ſic dictos, qui non quidem Senatores, ſed & cenſum habebant & ſpem Senatoriæ dignitatis. Imò etiam ordinis eius inſigne, id eſt, latum clauum. Colligo, quod Tacitus Equites illuſtres cum Senatoribus coniungit pari gradu. Lib. II. Annal.* Acerrimè increpuit quòd contra inſtituta Auguſti Alexandriam introiſſet. Nam Auguſtus inter alia dominationis arcana, vetitis, niſi permiſſu, ingredi Senatoribus aut equitib. Rom. illuſtribus, ſepoſuit Ægyptum. *Et claré Annali* XVI. Mella & Criſpinus equites Romani, dignitate Senatoria. *Hæreo an ad hanc rem Dionis verba accommodem, lib.* LIX. τοῦ τε τέλους τοῦ τῶν ἱππέων ὀλιγανδροῦντος, τοὺς πρώτους ἐξ ἁπάσης καὶ τῆς ἔξω ἀρχῆς τοῖς τε συγγενέσι καὶ ταῖς περιουσίαις μεταπεμψάμενος κατελέξατο, καί τισὶν αὐτῶν καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ βουλευτικῇ καὶ πρὶν ἄρξαι τινὰ ἀρχὴν δι' ἧς ἐς τὴν γερουσίαν ἐσερχόμεθα, χρῆσθαι ἐπὶ τῇ τῆς βουλῆς ἐλπίδι ἔδωκε. Πρότερον γὰρ μόνοις, ὡς ἔοικε, τοῖς ἐν τῷ βουλευτικῷ φύλῳ γεγενημένοις τοῦτο ποιεῖν ἐξῆν. *Id eſt:* Cum ordo autē equeſtris ad paucos redigeretur, primores ex

Equites Ro. illuſtres.

Equites quidam veſte Senatoria.

Aequiperantur Senatoribus.

Caius equitibus quibuſdam latum clauum dedit.



Ayuntamiento de Madrid

omni imperio etiam extra Italiam qui genere & opibus excellerent in eum allegit: & quibuſdam eorum etiam Senatoria veſte, priuſquam magiſtratum vllum cepiſſent, vti dedit in ſpem dignitatis. Nam antea nonniſi iis qui Senatoria ſtirpe eſſent (*malè iſta & contra hiſtoriam verterat vir doctus*) (id permiſſum. *Hæreo, inquam, an ea faciāt iſtuc. apta quidem, ſed à Caio id ſtatutum* Dio ait: *Illuſtrium autem titulus ante eum. Refero ergo potius ad Auguſtum, (etſi de veſte negare non poſſumus, quin ſit à Caio) qui anno* DCCXLII. *legem tulit vt ex Equitibus, qui non minus decies ſeſtertio poſſiderent, eligerentur à magiſtratibus, è quibus Tribuni Senatoréſque fierent: qui geſto* Tribunatu *aut retinerent Senatorium ordinem ſi vellent, aut iterū redirent ad equeſtrem. Verba ſunt* Dionis, *lib.* LIV. τὴν δὲ δημαρχίαν ὀλίγων σφόδρα αἰτούντων, ἐνομοθέτησεν, ἐκ τῶν ἱππέων τῶν μὴ ἔλαττον πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας κεκτημένων προβάλλεσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἕνα ἕκαστον, καὶ τούτων τὸ πλῆθος τοὺς ἐνδέοντας αἱρεῖσθαι, εἰ μὲν καὶ βουλεύειν μετὰ τοῦτο ἐθέλοιεν, εἰ δὲ μή, ἐς τὴν ἱππάδα αὖθις ἐπανιέναι ἐξεῖναι. *Qui ergo in hoc ſeminario Senatus equites, dicti Illuſtres. Reperio & inſignes, vt hoc libro.* Samius inſignis eques Romanus. *itémque* Cn. Nonius inſignis eques Rom. *Item ſplendidos, vt Plinius, lib.* VI. *Epiſt* Paſſienus Paulus ſplendidus eques Rom. *& alibi idem.* Scribis Robuſtum ſplendidū equitem Rom. *Et Cicero ipſe non ſemel in Verrem. Sed hi duo tituli infra illum non dubiè: & à fama ducti, opibúſque. A'ij ab iſtis Illuſtres ſunt, qui in Codice Iuſtinianæo, & Caſſiodoro.*

Auguſtus Senatum ſupplet ex equite.

Inſignes equites Rom.

Splendidi.

Illuſtres, clariori titulo, poſtea.

Ala Petrina.

Quibus Petra cognomentum. *A quibus* ala *Petrina, opinor, nominata lib.* IV. *Hiſtor.*

Domum ſitam Mneſteris & Poppææ congreſſibus.

Ayuntamiento de Madrid

ſibus. *Veterum editionũ lectio,* Valerij & Poppææ. *apta ſanè ad hiſtoriam, quia Valerio Aſiatico obiectũ adulterium Poppaæ: & ſorte equitibus illu, apud interpretes & adminiſtri. Libri tamen ſcripti,* Neſteris, *aut* Neſtoris. *Ex quo Rhenanus M. Neſtoris, nec rectè. Germanum illi Pantomimo nomen, Mneſter: vel lapidu fide, qui in ædibus Crepanicorum Romæ:* Mneſter mimus.

TI. IVLIO

AVG. L.

MNESTERI.

*Neſcio ergo an Poppææ etiam adulterium obiectum dilecti huius mimi, in quo & Meſſalina deperĩt. Ceterùm hæc Poppæa illa eſt quæ cunctas ætatis ſuæ feminas pulchritudine ſupergreſſa, gloriam reliquit filiæ, quæ ſortum ſiue vxor Neroni. Quam genuit ex priore marito, T. Ollio.* Poppæa.

Spicea corona euinctum. *Quæ Cereris propria, & ſacerdotum item Arualium, vt Plinius notat libro* XVIII. *cap.* II. *Corona ea aliàs non infelix, omen habuit quòd ſp ea eſſet retro conuerſis: ſicut quòd ante pugnam in Philippis, corona inuerſa Caſſio* impoſita. Spicea corona, & eius ſignificatio.

PAG. 288. Quidam pampineam coronam. *Conſentit cum interpretatione huius ſomnij Artemidorus lib.* I *cap.* LXXIX. *vbi obſeruat coronam è vite præter Dionyſiacos artifices mortem ac vincla ſignificare, propter pampinos implicatos & inflexos. Similia crimina valuiſſe apud Conſtantium nõ inſcitè Ammianus narrat, lib.* XV. Mercurius Sollenniorum appellatus comes, ſi per quietem quiſquam vidiſſe aliquid amico narraſſet, id venenatis artibus coloratum in peius, patulis Imperatoris auribus infundebat. & ob hoc homo, tanquam inexplicabili obnoxius culpæ, graui mole criminis pulſabatur. Hæc augente vulgatius fama, tantùm aberat, Corona è vite. Crimina è ſomnijs.

Ayuntamiento de Madrid

aberat, vt proderet quiſquam viſa nocturna, vt ægrè homines dormiſſe ſeſe præſentibus faterentur externis: mærebántque docti quidam, quòd apud Athlantæos nati non eſſent, vbi memorantur ſomnia non videri.

Vergente Autumno *Farneſ.* vertente.

Cuncta legum & magiſtratuum munia in ſe trahens Princeps. *Farneſ.* nece. *refert, pro,* munia. *Deleo verò vtrumque. vt gloſſema: ſcriboq́.* Cuncta legum & magiſtratuum in ſe trahens.

Lex Cincia de munerib. Legémque Cinciam flagitant. *Certa ea ſcriptura ex libris, & hiſtoria. Legem de donis & muneribus (Muneralem aptè Plautus dixit) tulit M. Cincius* Firmata Sc. ſub Auguſto *Trib. pl. anno vrbis,* DXLIX. *Retulit iterum Auguſtus euaneſcentem vetuſtate, & firmauit nouo cõſulto Senatus. Dio* LIIII. καὶ τοὺς ῥήτορας ἀμισθεὶ συναγορεύειν, ἢ τετραπλάσιον ὅσον ἂν λάβωσιν ἐκτίνειν, ἐκέλευσε. *Noto eò, nequis miretur cùm Plebiſcitũ fuerit, vocari Senatuſconſultum à Tacito lib.* XIIII. Eius opprimendi gratia repetitum credebatur Sc. pœnaq́; Cinciæ legis, aduerſos eos qui pretio Ité ſub Traiano. cauſſas orauiſſent. *Et Plinio epiſtola vltima, libri* v. Cauſſa dilationis Nepos Prætor, qui legi De muneribus præpoſuerat breue edictum, admonebat accuſatores, admonebat reos exſecuturum ſe quæ Sc. continerentur. Suberat edicto Senatuſconſultum. hoc omnes qui quid negotij haberent, iurare priuſquam agerent iubebantur, nihil ſe ob aduocationem cuiquam dediſſe, promiſiſſe, cauiſſe. His enim verbis & mille præterea & venire aduocationes, & emi vetabantur. *Sed id* Sc. *credo fuiſſe à Traiano. Cætera ſuper hac lege vide apud Manutium, cuius ſcrinia non compilo. Legem Titiam quiſquis hic repoſuit (ea enim ſcriptura in vulgatis) Rhemmiæ pœna dignus ipſe.*



Ayuntamiento de Madrid

PAG.289. Meminiſſent C. Aſinij & Meſſallæ. *Omiſi verba, quæ non repperi in libris ſcriptis, aliunde inculcata.*

Et poſtquam annuit tacens, incipiunt. *Veteres*, tacere. *Lego*, poſtquam annuit, agere incipiunt.

Multos militia, quoſdam exercendo agros tolerare vitam. *Ad eam ſententiam Salluſtius.* Humillimus quiſque in aruis, aut militia nullius honeſtæ rei egens, ſatis ſibi, ſatiſque patriæ erat; *vt verè emendauit nobiliſſimus noſter Dux.* Duplex ratio vitæ priſcis: agris, & militia.

PAG. 290. Cogitare plebem, quâ toga eniteſceret. *Diſplicent quæ ſcripſi olim, & induco. Vett.* cogitaret. *Scribo*, cogitare & plebem, quâ toga eniteſceret, *id eſt, etiam quemuis è plebe occupatum eſſe, vt emergeret ſe, & nitidiore toga vti poſſet. Sed tenera (iterabo hunc animi mei ſenſum) & narrationes & orationes iſtæ turbatæ, conciſæ. Confer, ſodes, hunc* XI *librum, cum vno quouis è primoribus: iurabis elapſum eum imperitorum manibus: velut è pugna aliqua Cannenſi.* Iudicium de hoc libro.

Capiendis pecuniis poſuit modum, vſque ad dena ſeſtertia. *Eandem ſummam Nero etiam definiit, credo. de quo Suetonius cap* XVII. Item vt litigatores pro patrociniis certam iuſtámque mercedem darent. *Sæpius enim relata hæc lex, quam perrumperet improbitas forenſis. Eandem ſummam capere & Traianus aduocatis permiſit, ſed dumtaxat poſt negotia peracta. Plinius lib.* V. Peractis tamen negotiis permittebantur pecuniam dumtaxat decem millium dare. *Nam decem millia* HS. *idem quod Dena* HS. *idem, quod centum aurei, vt alibi docebo. Quod honorarium patronis Vlpianus tribuit in ſingulas cauſſas, l.* I. *De variis & extr. cognit.* Præmium o-tim aduocatorum. Quod Nero retulit. Et Traian⁹. Dena ſeſtertia & decem Millia idem.

Mithridates quem imperitaſſe Armeniis, & ad Mithridates Armeniæ.



Ayuntamiento de Madrid

præſentiam Cæſaris. vectum memoraui. *In libris ſcilicet, quibus deſcriptæ res C. ij. Dio lib.* L X. *rem breuiter tangit* : τὸν μιθριδάτην τὸν ἴβηρα ὃν ὁ

Vinctus à Caio.

γάϊος μεταπεμψάμενος ἐδεδέκει, οἴκαδε πρὸς ἀνάληψιν τῆς ἀρχῆς ἀπέπεμψεν. *id eſt*, Mithridatem Iberum, quem Caius acceſſitum in vinclis habuerat, domum ad reciperandum regnum remiſit. *Quod hic in Tacito eſt*, vectum. *manuſſ.* vinctum. *Legerim*, ad præſentiam Cæſaris vectum vinctumque memoraui. *Quanquam Seneca non vinctum modò, ſed in exſilium miſſum fuiſſe ſignificat, De Tranquillit. cap.* X I. Ptolemæum Africæ regem, Armeniæ Mithridatem inter Caianas cuſtodias vidimus. Alter in exſilium miſſus eſt, (*mithridates ſcilicet* : ) alter vt meliore fide mitteretur, optabat.

PAG. 291 Fœdus repente faciunt. *Non vt in libris hodie*, iaciunt, *Bene etiam Maurus*, iciunt.

Et reciperare Armeniam * in Vibro. *Non ſanus locus: de quo velut in tenebris micabo. Libri ſcripti voce auctiores*, reciperare Armeniam habebat. *Et rectumne illud? vt ſit Græcorum* ἔχω ἀντὶ τῆ δυύαμαι *quomodo Cicero, Appuleius, Agellius, aliiq; è Latinis interdum. An*, hauebat? *an*, audebat? *Verbũ quidem infarciendum eſt, ruenti ſententiæ ſuſtentandæ. Veneta editione*, reciperare Armeniam parabat, *expreſſum inuenies. In Vat. ope. (ſi quid hoc ad rem)* habeat, *ſcribitur, littera alia ſupernè adiecta. Quid ſi etiam*, reciperare Armeniam ibat? *ſiue*, vadebat?

Habeo reciperare.

PAG. 292. Ad flumen Ginden, *Vett.* Sinden. *Gindes fluuius nominatur etiam Senecæ* I I I. *de Ira.* Cyrus cùm Babylonem oppugnaturus feſtinaret ad bellum: Ginden latè fuſum amnem vado tranſire tentauit, *& quæ ſequuntur: è quibus hauris ſententiam Tibulliani verſus.*

Gindes fluuius.

aut

Ayuntamiento de Madrid

—aut rapidus Cyri dementia Gindes.

*Vbi male vet. libri,* Cydnus. *Nam & Herodoto Gyndes.*

Poſitúſque regia. *Vat. opt.* regiam: *Itáque ſcripſit.*

Quarto & ſexageſimo, quàm Auguſtus ediderat. *Plinius:* Eo minus miror Stephanionem, qui primus togatas ſaltare inſtituit, vtriſque ſæcularibus ludis ſaltaſſe, & diui Auguſti, & quos Claudius Conſulatu ſuo quarto fecit: & quando & ſexaginta tres non amplius interſuere anni.

Vtriuſque principis rationes prætermitto. *Quæ tamen claræ ſunt. Auguſtus priſcam inſtitutionem ſequutus eſt, & edidit quinctus ludos ſæculares anno centeſimo & nono (decimo debuiſſet, ſi paruiſſet artæ legi) exacto. Claudius ita rationem inſtituit, vt centeſimo quoque anno cenſuerit celebrandos: quaſi ſæculum rotundo centum annorum numero definiens. Itaque inſuper habita computatione Auguſti & priſca: retulit nunc octingenteſimo vrbis anno, ſe* IIII. *&* L. *Vitellio* III. *Coſſ. Plura ſi cupis, vade ad Onufrij Panuinij ea ſuper re libellum: viri induſtrij, diligentis, & cui Romanæ memoriæ (curam tantùm ferre potuiſſet aut limam) debent, debebúntque.*

Ludi ſæculares cur varie celebrati ab Aug. & Claudio.

Onufrij elogium.

Pag. 293. Quia collegio Quindecimuirûm antiquitus ea cura. *Ideò Horatius in Carmine ſæculari:*

Quindecim Diana preces virorum
Curet. —

*Et in Nummis Auguſti:* IMP. CAES. AVG. LVD. SAEC. XV. S. F. *id eſt,* Quindecimuiri ſacris faciundis. *Quanquam ad eos & aliorum ludorum curam pertinuiſſe, alibi mihi dictum.*

Quindecimuiri Sæculares ludos curabant.

Vnam omnino anguem in cubiculo viſam,

*Paul*

Ayuntamiento de Madrid

*Paullò aliter Xiphilinus, qui exuuias duntaxat ſerpentis ad caput Neronis pueri inuentas ait, idq; vates ita interpretatos, magnam potentiam ab homine ſene capturum, quia ſerpentes poſitis exuuiis ſenectatem exuerent. En vanitatem.*

PAG. 194. Egreſſibus adhæreſcere. *Qui mox Romæ colendi potentiores.*

Pomponius poeta.

In P. Pomponium Conſularem, is carmina ſcenæ dabat. *Qui conſul fuit anno* DCCXXCII. *iterum ſub Caio anno* DCCXCIIII. *Sed de prænomine illuſtris viri & poetæ, quæro. Hic Publius dicitur: infrà Lucius,* Deinde L. Pomponius legatus auxiliares Vangiones ac Nemetas *&c. Loqui enim de hoc poeta, docent quæ ſubiunxit:* decretuſque Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ eius apud poſteros, in quis carminum gloria præcellit. *At Dioni eſt Quintus.* ἔπειτα τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὄντας ἀπέλυσεν, ὧν ἦν καὶ Κυιντος Πομπώνιος ἑπτὰ ὅλοις ἔτεσιν ἐν τῷ οἰκήματι μετὰ ὑπατείαν κακωθείς. *Quæ ipſa ita hoc vate accipienda, clarum ex iis quæ Tacitus lib.* VI. *Vbi cùm deſcripſiſſet cuſtodiam huius Pomponij apud fratrem, addit:* At Pomponius multa morum ellegantia: & ingenio illuſtri, dum fortunam æquus tolerat, Tiberio ſuperſtes fuit. *Et fuat illo tempore, ad libertatem è cuſtodia, anni ſeptem. Hinc nominis litem dabam ſecundum Dionem (quippe integrè perſcriptum apud eum Prænomen eſt) niſi ſubmonuiſſet Tacitus fratrem poetæ fuiſſe Quintum. Lib.* VI. Sanciæ aqua & igni interdictum, accuſante Q. Pomponio. Is moribus inquies, hæc & huiuſmodi à ſe factitari prætendebat, vt parta apud principem gratia, periculis Pomponij Secundi fratris mederetur. *Itaque nihil conſtituo. Eſt autem hic, non Atellanarum ſcriptor*

Ambiguū illi prænomē.

Septem annis in cuſtodia habitus.

Ayuntamiento de Madrid

*ptor (qui L. Pomponius Bononienſis dictus, Ciceroni, Senecæ, Macrobio, Nonio, Feſto, laudatus:) ſed tragœdiarum. Quintil.* Eorum quos viderim, longe princeps Pomponius Secundus, quem ſenes parum Tragicum putabant, eruditione ac nitore præſtare confitebantur. *Plinius in Epiſt.* Pomponius Secundus ſcriptor Tragœdiarum, ſiquid forte familiarior amicus tolleret, dum ipſe retinendum arbitraretur, dicere ſolebat, Ad populum prouoco. *Hic eſt quem tanti Plinius aſtimauit, vt vitam eius miſerit in ſcripta. Libro* XIIII. Nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponij Secundi vatis, cœnámque quam Principi dedit. *Et alibi:* Ita ſunt longinqua monumenta Tiberij Caiique Gracchorum manus, quæ apud Pomponius Secundum vatem ciuemque clariſſimum vidi annos ferè poſt ducentos. *Et paruit mihi mens, vt tragœdiarum partem, quæ Senecæ adſcribuntur, tribuam Pomponio huic.*

Tragœdiarũ ſcriptor.

Eius vitam Plinius tradidit.

Ne in mortem parentum filiis familiarum fœnori pecunias darent. *Quæ circumſcriptio iuuentutis iam ante vetita. Lætoria lege. Sed paulò aliter. Nam Lætoria lex ſaltem cauerat iis, qui intra* XXV. *annos. alios inſuper habuerat: Claudius vniuersè conſtituit de omnibus filiis familiarum, etiam ſupra legitimam ætatem. Lætoria etiam lex, fœnoris aut pecuniæ nulla mentione, ſimpliciter vetabat*, minorem vigintiquinque annis ſtipulari, id eſt, ἐπερωτᾶσθαι, *ait Priſcianus, ſiue ſtipulanti reſpondere. De ea non dubiè Plautus ſenſit:*

Lætoria lex, diſcrimẽ inter eã, & hoc Claudij latum.

Perij, an nõ tũ me lex perdit quina-vicenaria?
Metuunt credere omnes.

*Et alibi:*

Plautus explicatus.



Ayuntamiento de Madrid

Ni dolo malo inſtipulatus ſies, niue etiamdum ſiem

Quinque & viginti natus annos.

*Aperius eandem Claudij legem retulit Veſpaſianus.* Ne filiorum familias fœneratoribus exigendi crediti ius vnquam eſſet, ne poſt patrũ quidem mortem. *Satu mu ta I C. ad S C. Macedonianum.*

Imbriuini colles.

Fõtes aquarum Simbruinis collibus deductos. *Vett.* Sub Imbruinis. *Lego,* ſub Imbriuinis. *Prorſum addi eam voculam placet. Non enim ex ipſis collibus deductam aquam vult: ſed fontes aquarum qui ſub collibus, Romam perductos. Locus ipſe in melior.bus Liuij libris,* Imbriuium, *libro.* VIII. *&* *& Silio:*

— gelidoque rigantur
Imbriuio.

Notæ hieroglyphicæ.

Primi per figuras animalium Aegyptij. *Non animalium ſolum, ſed & rerum mutarum, quæ Hieroglyphicæ notæ dictæ. Litteras tamen poſtea Aegyptiis ſiue Iſis regina tradidit, ſiue Mercurius: ſed ita, vt priſcas illas notas, quas ἱερὰς dicebant, Sacerdotes retinerent alias, quas πανδήμους, vulgus.*

Iſis literas inuenit.

Et antiquiſſima monumenta. *Lego,* ea antiquiſſima.

Cadmus literas in Græciam tulit.

Fama eſt Cadmum, claſſe Phœnicum vectum, *Atque ita creditum pleriſq; ſcriptoribus. vt Clementi Alexandrino, Strom. I.* Κάδμος δὲ Φοῖνιξ ἦν, ὁ τῶν γραμμάτων Ἕλλησιν εὑρέτης, ὥς φησιν Ἔφορος (*vetus,* Ἔφορος) ὅθεν καὶ φοινικήια τὰ γράμματα Ἡρόδοτος κεκλῆσθαι γράφει. *Q. Curtius:* Si famæ libet credere, hæc gens (*Phœnices*) litteras prima aut docuit, aut didicit. *Iſidorus* Græcarum litterarum vſum primi Phœnices repperrerunt. Hinc eſt quod pœnitio colore librorum capita deſcribuntur quia ab ipſis literæ initium habuerunt. *Quod ad*

Color puniceus in initijs librorũ.



Ayuntamiento de Madrid

*de colore capitum ſiue titulorum in libris, verum & vetus eſt. Ouidius,*

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

*Cetera tamen inepta, & ex pectore Iſidori. De Cadmo inuentore Agenoris F. vide & Plinium lib. VII. & Suidam, in* φοινικήια.

Troianis temporibus Palamedem Argiuum memorant ſexdecim litterarum formas. *Videamus. Troianis temporibus repertas primùm litteras? Immò ſiue Cadmus, ſiue Cecrops eas repperit, trecentis propemodùm ante id bellum annis. Quin & Orpheus poeta vixit ſcripſitq; maior illo æuo. At quidam ita memorant de Palamede. Nemo hercule, nemo: quos veterum ego legerim. Crimen aliquod librariorum in hoc loco: & ad fidem rerum emendo:* Quidam Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum ſedecim litterarum formas, & Troianis temporibus Palamedem Argiuum tres memorant, mox alios ac præcipuè Simonidem ceteras repperiſſe. *Ita res habet. Sedecim litteræ primò. Palamedes tres addidit, vt Iſidorus cenſet, ſiue quattuor, vt Plinius, * Suidas, (& per me quidem in Tacito etiam legetur,* Palamedem Argiuum IIII. memorant, *nam ex notis omiſſis confuſisq; hic error.) alias Simonides Pythagoraque. Poſſis etiam verbis non traiectis ſcribere:* Quidam Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum. Et temporibus Troianis Palamedum Argiuum memorant IIII. litterarum formas *&c. Tacitum quidem non temerè aliquam vanamq; opinionem ſectari, ſed hanc receptam inſerere voluiſſe dictat mihi mens.*

Falſæ rei lectio in Tacito.

Traiectis verbis emẽdatio.

Palamedes quot literas inuenerit.

* In voce παλαμήδης.

Alter emendandi conatus.

Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum. *Cecropem tamen plerique Aegypto ortum fatentur, & illinc intuliſſe litteras. Linus eſt Apollinis & Terpſichoræ filius, de quo Suidas.* λέγεται δὲ πρ-

Cecrops Athenienſis, vt alij Aegyptius. Linus Apollinis.



Ayuntamiento de Madrid

τος ἐστ ἀπὸ Φοινίκης γράμματα εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν. *Ita vides in diuerſitate ſententiarum, conſentire tamen omnes de Phœnice aut Aegypto: & benè Plinius, numquam dubitaſſe ait quin litteræ ab Aſſyriis eſſent.*

Arcade ab Euandro. *Siue à Carmenta eius matre vt viſum aliis.*

Litteræ quot Latinis primò.

PAG. 295. Sed nobis quoque paucæ primùm fuere, deinde additæ ſunt. *Latinis primo non niſi* XVI. *litteræ. Kappa Salluſtius ludimagiſter inuenit: Gamma, Spurius Caruilius: litteram X ætas Auguſti.*

Claudij tres nouæ litteræ. Digamma.

Claudius tres litteras adiecit. *Suetonius*, Nouas etiam commentus eſt litteras tres, ac numero veterum quaſi maximè neceſſarias addidit. *Vterque ecce litteras tres ait. Sed quærimus eas: & quibuſdã viſum prõptius, dubitare de Suetonij ſcriptura. Non adhibebo id mantelium ignauiæ meæ ego. Planiſſimè tres Claudius repperit. Aeolicum Digamma, cuius facie litteræ Ⅎ inuerſæ. Quinctilianus:* Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam Ⅎ ad hos vſus litterarũ adiecerat. *Et iterum:* Aeolicæ quoque litteræ, quã ceruom ſeruómque dicimus, etiamſi forma a nobis repudiata eſt, vis tamen manet. *Hanc non Claudius ſolus inter litteras habendam cenſuit, ſed & Varro: ſi credimus Annæo Cornuto.* Hanc litteram, *inquit in Orthographia,* Terentius Varro dũ vult demonſtrare, ita perſcribit. V A. Qui ergo in hac ſyllaba ſonus eſt, idem litteræ erit. *Hoc digamma etiam hodie in lapidibus* [illegible]RMINAꟻIT AMPLIAꟻITQVE. &, DIꟻI. AVGVSTI. *De hac ergo clarum. Secundum eruo è Priſciano lib.* I. *Antiſigma. Ait,* S & P. loco Græcę Ψ fungitur. Pro quo Claudius Cæſar antiſigma )( hac figura ſcribi voluit: ſed nulli auſi ſunt antiquam ſcripturam mutare.

Digamma.

Quam antè Claudiũ Varro repperit.

Antiſigma.

*Anti*

*Antiſigma ideò, quia duo ſigma obuerſo dorſo* ↄC. *Hac enim ſemilunæ figura, priſci Græci ſigma formabant. In tertia littera hæremus. nec auxilio eſt Grammaticorum manus. Non ille, qui* AI. *diphthongum fuiſſe cenſet, quia in Claudij eius lapidibus,* ANTONIAI, DIↄAI. *& ſimilia ſcripta. Conſtat enim antiquitus creberrimè vſurpatam hanc diphthongum. Non etiam ille, qui litteram neſcio quam inuentam à Claudio, leniendo R. putat, ex corruptis Velij Longi verbis: in quibus prioribus de Æolico digamma ſaltem egiſſe Velium ſcio. Sed nec Martianus Capella, qui ſic ſcribit:* Huic litteræ S. Diuus Claudius P. adiecit aut C. propter ψ. & ξ. Græcas. Pſalterium, ſaxa. *Cenſet enim ille à Claudio nouum* X. *repertum, quod vanum puto, quia* X. *in vſu temporibus iam Auguſti, vt diſertè monet Iſidorus. Sed & X. inter eas à Varrone & Quintiliano cenſetur, quæ non neceſſariæ. Varro in Fragmento quodam, ex libro De Grammatica:* Litterarum partim ſunt, & dicuntur, vt A. B. partim dicuntur, & non ſunt, vt H. & X. partim ſunt, neque dicuntur, vt φ. ψ. *Ex quibus verbis non abſurdè collegeris, duabus his litteris quæ neceſſariæ Varrone teſte, nouam formam induiſſe Claudium nomenque. Et de ψ. quidem clarum, cui Antiſigma reſpondet: de φ. Claudiano neglexerunt tradere Grammatici, & ego non diuino. Phi quidem littera, non dubiè neceſſaria, & alius eius ſonus quàm F. vti monet etiam Quintilianus. Hæc in re Grammatica nugamur: & omittere licuiſſet, ſi Claudij liber exſtaret, quem de ratione harum litterarum edidit.*

Cauſſa nominis.

Tertia littera quæ?

Refutati viri docti.

Capella reiectus, modo mendatus.

Littera X. ab neceſſaria.

Claudium nouam φ repperiſſe.

Ignota eius forma, & nomen.

In ære publicandis plebiſcitis per fora ac templa fixo. *Ego verò cum Imperatoribus ſolla hæc Plebiſcita, quæ vim vſumque Claudij temporibus habere non potuerint, omni poteſtate tralata ad vnum.*

Plebiſcita non in vſu temporibus principum.



Ayuntamiento de Madrid

*Quære exempla in hiſtoria principum, non inuenies.*

Sciſ̃, generale nomen.

*Legerem,* publicandis ſcitis. *Sciti nomen generale eſt, & ad decreta omnia pertinet ac iuſſa. Et haud dubie ea ſcriptura abſeruãta non ſolum in plebiſcitis (vt demus ea fuiſſe) ſed in legibus aliis, edictiſq́;.*

Acromerus, quaſi auctor prolatorque agrorum.

Ex Catumero principe Cattorum. *In Vatic. eſt,* Actumero: *Strabone* Οὐκρόμηρος ἡγεμὼν Χάττων, *id eſſet,* Vcromerus. *vel ad etymon Germanici ve-rius,* Acromerus.

PAG. 297. Morte Sanquinij alacres. *Sanquinij Maxim, de quo ſuprà dixi.*

Auxiliaris & diu meritus. *Flor. codex,* Auxilia-liare ex drumentis. *Dubitare poſſis num,* Auxiliaris ex frumentariis.

Non accinctum fodere. Diſcinctum fodere.

Quia vallum non accinctus foderet. *Aliud eſt ac ſi dixiſſet: Diſcinctus. Non accinctum fodere, eſt ſine gladio fodere. Diſcinctum fodere, eſt ſoluta fluxaq́; tunica in morem muliebrem. Et id inter ignominias militares fuit: pœnaq́; loco iubebatur, ne cenſeamus ignauum aliquem ſponte id feciſſe. Plutarch. in Lucullo, Sueton. Aug cap. XXIIII.*

Falſo iacta *Veneti editio,* iacta, aucta, *haſitante librario vtrum præferret, vtrumque adſcripſit.* Ego *quidem hic malim,* falsò aucta.

Augendi verbũ παθητικῶς.

PAG. 298. Nos virtutem auximus. *Vereor vt ſcripſerit,* virtute auximus. *Augendi verbum patiendi ſignificatu, vt infra.*

Poſt rebellionem clade L. Apronij. *Non vt receptum,* per rebell. *Hiſtoria ipſa narrata fine libri IV.*

Præſidium immuniuit *Ita manuſ. At vulgi lectio,* inde muniuit. *Suſpicari poſſis antiquè fuiſſe,* endomuniuit. *Vti apud Liuium lib.* V. Iuuentutem militarem Senatúſque robur in arcem Capitoliúmque conſcendere; armiſque & frumento

colla

Ayuntamiento de Madrid

collocatis, ex loco inde munito deos homineſque & Romanum nomen defendere. *ſcripſerim*, endo munito. In Liuio cõiectura.

Cum proſperè egiſſet * formidoloſum paci. *Corruptus locus, cui opem adferre non fuit meæ opis. Vetus ſcriptura* In proſperè egiſſet, formidoloſum pati.

Ne tamen miles otium exueret. *Sententia ſcripturam eam damnat. Lege ergo*, Vt tamen. *vel pro*, Exueret, *repone*, Exerceret.

Nihil aliud prolocutus, quàm beatos quoſdam duces Romanos. *Corruptione litteræ, periit huic dicto Venus. Scribe*, quondam. *id eſt, olim libera rep. Perſuadet, Dio, qui ſic extulit*: ὦ μακάριοι οἱ πάλαι ποτὲ στρατηγήσαντες. Corbulonis dictũ emendatum.

Inter Molam Rhenúmque trium & viginti millium ſpatio. *Dio conſentit* διετάφρευσε, *inquit*, πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ Μόσου, σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μάλιστα. *Nam ſtadia centum* LXX. *milliaria conficiunt* XXIII *duobus ſtadiis & ſemi minus: ita vt ſeptem ſtadia cum dimidio pro miliari capias, quod Plutarchus, Suidas, aliiq́; monuerunt. Interpres tamen Dionis milliaria* XXI. *vertit: & addit non conuenire illi cum Corneliana ratione.* Dio nõ diſſentit à Tacito.

PAG. 299 Qua incerta Oceani vetarentur. Rectè non vectarentur *Dio interpretatur* ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ ὠκεανοῦ πλημμυρίδι ἀναρροῦντες πελαγίζωσιν. ne fluuij in Oceani æſtu refluentes ſuperſtagnarent. *Fuiſſe ergo neceſſum eſt foſſam eam inferiori Batauiæ parte, inter Rhenum veterem, Moſamq́; vbi fere vbiq; inter duos fluuios* XXIII. *miliarium interuallum Supra agrum Batauum, inter Moſam & adhuc integrum Rhenum eſſe nõ potuit. quoniam illic certè periculum nullũ ab æſtu Verum* Foſſa inter Molam Rhenúmque. Vbi ea fuerit.



Ayuntamiento de Madrid

*nius, cui legi placet,* vitarentur *(hoc ſenſu, ut foſſam eam perduxerit quà commeari à Moſa ad Rhenum poſſet ne Oceani pericula neceſſum eſſet ſubire (non placet. Multo minus* **Ferretus**, *qui μετέωρος certè fuit, cùm Moſam hîc cum Moſella confudit, & ea ſcripſit quæ rideant Batauorum pueri.*

Incuria & incogitãtia hic Ferreti.

De origine Curtij Rufi. *Eſt qui hunc cenſeat eſſe illum, qui memoriam ſcripſit rerum Alexandri, purè mehercules & Latinè.* **Modius** *certè noſter, cuius cenſuræ Curtius non leuiter debet, roſtatum reliquit cognomen (i. Rufi) tribui à libris. Pugnare tamen ætas videatur, ſi quidem ad Auguſtum referenda illa ſint è libro eius x.* Proinde iure meritóque populus Rom. ſalutem ſe principi ſuo debere profitetur, cui noctis, quam pæne ſupremam habuimus, nouum ſidus illuxit. Huius herculè, non Solis ortus lucem caliganti reddidit mundo, cùm ſine ſuo capite diſcordia membra trepidarent. Quot ille tum exſtinxit faces, quot condidit gladios? quantam tempeſtatem ſubita ſerenitate diſcuſſit? Non ergo reuireſcit ſolum, ſed etiam floret imperium. Abſit modo inuidia, excipiet huius ſæculi tempora eiuſdem domus, vtinam perpetua, certè diuturna poſteritas. *Sed non ſunt, nec quidquam hîc de ſidere Iulio, vt nugantur. Refutans ſequentia: quoniam Auguſtus cùm ad imperium venit non exſtinxit bellorum faces, non gladios condidit ſed accendit eduxit. Refero ad Caij Caligulæ cædem, & confuſionem quæ ſecuta: Senatu imperium abrogante, milite & plebe ſtabiliente: Hæc ſunt illa ſine capite diſcordia membra, & Claudius ipſe, nouum ſidus.*

Curtius Rufus. An ille, qui hiſtoriã ſcripſit.

Quicumque fuit, non ſenxit Auguſti æuo.

Sectator Quæſtoris cui Africa obtigerat. *Vatic.* Sector. *nec ſperno. Ad haſtam enim ſectiones exercebant.*

Ayuntamiento de Madrid

*cebant. Vulgatam tamen firmat Plinius de hoc ipſo Curtio Rufo lib. VII. epiſtolar.* Tenuis adhuc & obſcurus obtinenti Africam comes hæſerat. *Ait enim, comes.* Quæſtoris *vox dubito an recta, & an non verius* * Prætoris. *procliui lapſu.* Firmata recepta lectio.

* Quoniam certè non Quæſtor, ſed procos. aut prætor Africã obtinebat. Spectrum.

Oblata ei ſpecies muliebris, vltra modum humanum. *Plinius ſuper eodem miraculo:* Inclinato die ſpatiabatur in porticu offertur ei mulieris figura, humana grandior, pulchrióque. perterrito, Africam ſe futurorum prænunciam dixit. iturum enim Romam, honoréſque geſturum, atq; etiam cum ſummo imperio in eandem prouinciam reuerſurum, ibiq; moriturum. *Quod ait vltra modum humanum: ſemper ita antiqui, vt fidem diuinitatis adſtruant eiuſmodi idolis. Virg.* Imagines diuinitus miſſæ ſupra hominem.

Viſa mihi ante oculos, & nota maior imago.

*Xenophon lib. VIII.* παιδείας. ἔδοξεν αὐτῷ προσελθεῖν, κρείττων τις ἢ κατ' ἄνθρωπον, εἰπεῖν. συσκευάζου, ὦ Κῦρε. ἤδη γὰρ εἰς θεοὺς ἄπει.

PAG. 300. Ferro accinctus reperitur in cœtu ſalutantium principem. *Ideò Claudius primus (& fortaſſe hac occaſione) ſcrutatores inſtituit, qui promiſcue omnes ad principem ſalutandi vel qua alia cauſſa venientes excuterent. Suetonius:* Salutatoribus ſcrutatores ſemper appoſuit, & quidem omnibus, & acerbiſſimos. *Quos tamen Veſpaſianus iterum ſuſtulit, narrante eodem Suetonio, cap. XII. Verba Dionis ad hunc morem digna legi:* Κλαύδιος τά τε ἄλλα ἀκριβῶς ἐφυλάττετο, καὶ πάντας τοὺς προσιόντας οἱ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἐρευνᾶσθαι ἐποίει, μή πη ξιφίδιον ἔχωσιν. ἔν τε τοῖς συμποσίοις πάντως τινὰς στρατιώτας συνόντας εἶχε καὶ τοῦτο μὲν ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν, καὶ δεῦρο ἀεὶ γίγνεται. ἡ δὲ δὴ ἔρευνα ἡ διὰ Οὐεσπασιανοῦ ἐπαύσατο.

Scrutatores in aula. Claudius primus inſtituit. Veſpaſianus ſuſtulit.



Ayuntamiento de Madrid

Lacuna expleta in Tacito.

De ſe Nouius * conſcios. *Non integer locus vel indicio libri Farneſiani, qui cum lacuna refe't:* De ſe noui. . . . . . . . . . .conſcios. *Videmur non incommodè explere poſſe:* de ſo Nouius conſeſſus, conſcios non edidit.

Munera Quæſtorio.

Sustulit Nero.

Imposuit iterum Domitianus.

Spectaculum gladiatorum celebrandum pecunia eorum, qui Quæſturam adipiſcerentur *Suetonius*, Collegio Quæſtorum, pro ſtratura viarum gladiatorium munus iniunxit. *Quod mutauit Nero, qui cenſuit,* vt ne deſignatis quidem Quæſtoribus edendi gladiatores neceſſitas eſſet, *ait Tacitus lib.* XIII. *Iterum induxit Domitianus, notante Suetonio cap.* IV. *& perſeuerauit. Tertullianus:* Tranſit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viuentium. Quæſturas dico, & magiſtratus, & Flaminia & Sacerdotia. *Plura de his, proprio lib: o.*

Val. Potitus.

Valerius Potus, Æmilius Mamercus. *Ita libri ſcripti. Lego,* Potitus, *quod Valeriæ gentis cognomen eſt. In vulgatis Valerius Poſtumius, imperitè.*

Primi Quæſtores quando.

Correctione conciliatus Tacitus cũ Liuio.

L X I I I. anno poſt Tarquinios exactos. *Error numeri, niſi placet de primis Quæſtoribus totos* X L *annos a Liuio & Dionyſio diſcrepare Tacitum. Nam anno vrbis* C C L X I X. *Q. Fabio, Ser. Cornelio Coſſ. Liuio primi Quæſtores nominati, L. Valerius & Cæſo Fabius: itémque Dionyſio lib.* VIII. *At ex Taciti putatione, circa annum demum vrbis* C C C V I I I. *Quæſtores ſtatuamus neceſſe eſt. Quod falſum eſſe liquet vel ex eo, quòd Liuius & Dionyſius poſt annum illum* C C L X I X. *ſæpius iam Quæſtores nominant. Corrige igitur ergo* X X I I I. *anno. vt ratio conſtet. In altero tamen Quæſtore manet adhuc diſſenſus: qui Liuio & Dionyſio eſt Cæſo Fabius, non Mam. Æmilius, vt noſtro. Nam Plutarchus*

Ayuntamiento de Madrid

*tarchus planè diuerſus, qui P. Veturium & M. Minucium nominat.*

Mox duplicatus numerus. *Epitome Liuij* XV. Quæſtorum numerus ampliatus eſt, vt octo eſſent. *Quod accidit circiter annum vrbis* CDLXXXVIII.

Lege Sullæ viginti creati ſupplendo Senatui. *Vti à Cæſare Dictatore quadraginta, qua lem, ni fallor, cauſſa. Vide Dionem* XLIII.

PAG. 301. Fœdera & ciuitatem pridem ad ſecuti. *Duplex Gallia, Ciſalpina, Tranſalpina. Ciſalpini iterum duplices. Ciſpadani, Tranſpadani. Ex his qui cis Padum, ius ciuitatis aſſecuti ſunt poſt bellum Marſicum qui trans Padum, ius Latij eodem tempore, ferente Pompeio Strabone qui pater Magni. Ea lex, Pompeia dicta. Sed non contenti Latinitate Tranſpadani, turbas ſæpe mouerunt: incitante etiã poſt Quæſturam C. Cæſare. Nec enim de alijs Suetoniana illa capio:* Decedens ergo ante tempus colonias Latinas de petenda ciuitate agitantes adiit, & ad audiendum aliquid concitaſſet, niſi conſules conſcriptas in Ciliciam legiones paullisper ob id ipſum retinuiſſent. *Donec idem ille Cæſar Dictator primum, tranſtulit eos in ciuium ius, narrante Dione lib.* XLI. Τοῖς γαλάταις τοῖς ἐντὸς τῶν ἄλπεων ὑπὲρ τὸν ἠρίδανον οἰκοῦσι τὴν πολιτείαν ἅτε, καὶ ἄρξας αὐτῶν, ἀπέδωκε. *Ac de Tranſalpinis non liquidè purèque aliquid ſcriptum reperio, niſi quòd Strabo oſtendit Cauaros, Salyéſque, ciuitate donatos, tempore tamen non expreſſo* Πάντας, *inquit,* ἤδη προσαγορεύουσι (*Cauarorum nomine ſcilicet*) τοὺς ταύτῃ βαρβάρους, οὐδὲ βαρβάρους ἔτι ὄντας, ἀλλὰ μετακειμένους τὸ πλέον εἰς τὸν τῶν Ῥωμαίων τύπον καὶ τῇ γλώττῃ καὶ τοῖς βίοις, τινὰς δὲ καὶ τῇ πολιτείᾳ. *id eſt,* omnes ita appellant,

Galliarum diuiſio.

Quando & qui populi in ciuitatem recepti.

Suetonius illuſtratus.

Ciſalpinos Cæſar ciuitate donauit.

Quidam è Tranſalpinis ciuitate donati.

Ayuntamiento de Madrid

pellant, qui ibi incolunt, Barbaros: etſi nunc non, Barbaros, quia plerique eorum ad Romanum habitum tranſierunt & lingua & moribus, quidam etiam in ciuitatem eorum, recepti. *Donatos tamen non dubium eſt ab Auguſto. tuncne cum Italiam ad Alpes promouit? an potius in diuturna illa peregrinatione, cum ad res Galliæ conſtituendas biennium continuum illic egit? Quod obiter ſuadere Dio videtur lib.* LIV. *qui Auguſtum in ea peregrinatione libertatem & ius ciuitatis aliis dediſſe ait, aliis ademiſſe. Ciuitatem autem accipimus, ſine iure ſuffragij: quod nunc à Claudio demum adſecuti.*

Ab Auguſto forte.

Vide Senecã in Menippæa de morte Claudij ſuper eius ſtatu.

Indigenas conſanguineis populis. *Videtur leg.* cum conſanguineis.

Veneti & Inſubres curiam irruperint. *Qui Tranſpadani. Ex his colligas, Cauaros, de quibus Strabo, pleno ciuium iure non fuiſſe. Eos enim potius hic nominaſſent.*

Ferro vique.

Ferro vique ceciderint. *Ita in meis libris, & recte. Vulgo.* Ferro ignique. *Simile mendum ſcio eſſe in Suetonij Claudio, cap.* XXI. Diu cunctatus an omnes igni ferroque abſumerent, tandem è ſua ſede proſiluit. *Lege,* vi ferroque.

Suetonius emendatus.

Memoria eorum moriretur, qui capitolio & ara Romana. *Locus fœdus corruptuſque, vel oratiuncula hæc tota. Nec iſta Attius Nauius pater augurum reſtituerit, ſine libris: nedum vt Beatus noſter perſuadeat germanam lectionem eſſe,* qui Capitolio & ara Romana? manibus eorundem parceretis? *Eſt enim, inquit, Apoſiopeſis: ſubaudiendumque, poſiti ſunt. qua figura medius fidius vellem ipſe vſus eſſet. Mei libri,* memoria eorum memoretur qui Capitolio & ara Romana manibus eorundem per ſe ſatis:

Deſperatus apud me locus.

Ara

Ayuntamiento de Madrid

Ara Romana. *Aram maximam intellegit, quæ inter ſacerrima Romæ.*

Et vocato Senatu ita exorſus eſt. *Quæ oratio principis memoriæ cauſſa Lugduni habita, celeberrima vrbe Galliarum, & in æs inciſa. Tabula manet illicò etiam nunc, & dignum lectu exemplar eius, quod, Vertranij fide, proponam. Præſertim quia multa in eo Taciti lucem.*

Oratio Claudij.

Eius fragmẽtum Lugduni.

PAGINA

Ayuntamiento de Madrid

PAGINA PRIMA.

MÆ RERVM NOSTR. . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . EQVIDEM. PRI-
MAM. OMNIVM ILLAM CO-
GITATIONEM HOMINVM.
QVAM MAXIME. PRIMAM.
OCCCVRSVRAM. MIHI. PRO-
VIDEO. DEPRECOR NE
QVASI NOVAM. ISTAM
REM. INTRODVCI. EX-
HORRESCATIS SED IL-
LA POTIVS. COGITETIS.
QVAM. MVLTA. IN. HAC CI-
VITATE. NOVATA. SINT.
ET. QVIDEM. STATIM. AB.
ORIGINE. VRBIS NOSTRÆ.
IN. QVOD. FORMAS STA-
TVSQ. RESP. NOSTRA. DI-
DVCTA. SIT. QVONDAM.
REGES. HANC. TENVERE.
VRBEM. NE. TAMEN. DO-
MESTICIS SVCCESSORI-
BVS. EAM. TRADERE. CON-
TIGIT. SVPERVENERE. A-
LIENI ET. QVIDAM. EXTER-
NI. VT. NVMA. ROMVLO.
SVCCESSERIT. EX. SABI-
NIS VENIENS. VICINVS.
QVIDEM. SED. TVNC. EX-
TERNVS. VT. ANCO. MAR-
CIO. PRISCVS. TARQVI-
NIVS PROPTER. TEMERA-
TVM. SANGVINEM. QVOD

PA

Ayuntamiento de Madrid

PATRE. DEMARATO CORINTHIO. NATVS. ERAT. ET. TARQVINIENSI. MATRE GENEROSA. SED. INOPI. VT. QVÆ. TALI. MARITO. NECESSE. HABVERIT. SVCCVMBERE. CVM. DOMI. REPELLERETVR. A. GERENDIS. HONORIBVS. POSTQVAM. ROMAM. MIGRAVIT. REGNVM. ADEPTVS. EST. HVIC. QVOQVE. ET. FILIO. NEPOTIVE. EIVS. NAM. ET. HOC. INTER. AVCTORES. DISCREPAT. INSERTVS SERVIVS. TVLLIVS SI. NOSTROS SEQVIMVR. CAPTIVA. NATVS. OCRESIA. SI. TVSCOS CÆLI QVONDAM. VIVENNÆ. SODALIS. FIDELISSIMVS. OMNISQVE. EIVS CASVS. COMES POSTQVAM. VARIA. FORTVNA. EXACTVS. CVM OMNIBVS. RELIQVIS. CÆLIANI EXERCITVS. ETRVRIA EXCESSIT. MONTEM. CÆLIVM. OCCVPAVIT. ET. A DVCE SVO. CÆLIO. ITA. APPELLITATVS. MVTATOQVE. NOMINE. NAM TVSCE. MASTARNA. EI. NOMEN. ERAT. ITA. APPELLATVS. EST. VT. DIXI. ET REGNVM.



Ayuntamiento de Madrid

SVMMA. CVM REIP. VTILITATE. OPTINVIT. DEINDE. POSTQVAM. TARQVINI. SVPERBI. MORES. INVISI. CIVITATI. NOSTRÆ. ESSE. COEPERVNT. QVA. IPSIVS. QVA. FILIORVM. EIVS. NEMPE. PERTÆSVM. EST. MENTES. REGNI. ET. AD. CONSVLES. ANNVOS. MAGISTRATVS. ADMINISTRATIO. REIP. TRANSLATA EST.

QVID NVNC. COMMEMOREM. DICTATVRÆ. HOC. IPSO. CONSVLARI. IMPERIVM. VALENTIVS. REPERTVM. APVD. MAIORES. NOSTROS. QVO. IN. ASPERIORIBVS. BELLIS. AVT. IN. CIVILI. MOTV. DIFFICILIORE. VTERENTVR. AVT. IN. AVXILIVM. PLEBIS. CREATOS. TRIBVNOS. PLEBEI. QVID. A. CONSVLIBVS. AD. DECEMVIROS. TRANSLATVM. IMPERIVM. SOLVTOQVE. POSTEA. DECEMVIRALI. REGNO. AD. CONSVLES. RVRSVS. REDITVM. QVID. IM.........VRIS. DISTRIBVTVM. CONSVLARE. IMPERIVM. TRIBVNOSQVE. MILITVM. CONSVLARI. IMPERIO. APPELLATOS. QVI. SENI. ET. SÆPE. OCTONI. CREARENTVR. QVID. COMMVNICATOS. POSTREMO. CVM. PLEBE. HONORES. NON. IMPERI. SOLVM. SED. SACERDOTIORVM

QVO

QVOQVE. IAM. SI. NARREM. BELLA. A QVIBVS. COEPERINT. MAIORES. NOSTRI. ET. QVO. PROCESSERIMVS. VEREOR. NE. NIMIO. INSOLENTIOR. ESSE. VIDEAR. ET. QVÆSISSE. IACTATIONEM. GLORIÆ. PROLATI. IMPERI. VLTRA. OCEANVM. SED. ILLOC. POTIVS. REVERTAR. CIVITATEM.

PAGINA SECVNDA.

.. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. SANE. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. .. NOVO. .. .. .. .. .. .. DIVVS. AVG. .. .. .. .. .. NO. .. .. .. .. LVS. ET. PATRVVS TI. CÆSAR. OMNEM. FLOREM. VBIQVE. COLONIARVM. AC. MVNICIPIORVM. BONORVM. SCILICET. VIRORVM. ET. LOCVPLETIVM. IN. HAC. CVRIA. ESSE. VOLVIT. QVID. ERGO. NON. ITALICVS. SENATOR. PROVINCIALI. POTIOR? EST. IAM. VOBIS. CVM. HANC. PARTEM. CENSVRÆ. MEÆ. APPROBARE COEPERO. QVID. DE. EA. RE. SENTIAM. REBVS. OSTENDAM. SED. NE. PROVINCIALES. QVIDEM. SI. MODO. ORNARE. CVRIAM. POTERINT. RECIPIENDOS. PVTO.

ORNATISSIMA. ECCE. COLONIA. VALENTISSIMAQVE. VIENNENSIVM. QVAM. LONGO.



Ayuntamiento de Madrid

IAM. TEMPORE. SENATORES. HVIC CVRIÆ. CONFERT. EX. QVA. COLONIA. INTER. PAVCOS. EQVESTRIS. ORDINIS. ORNAMENTVM. L. VESTINVM. FAMILIARISSIME DILIGO. ET. HODIEQVE. IN REBVS. MEIS. DETINEO CVIVS LIBERI. FRVANTVR. QVÆSO. PRIMO. SACERDOTIORVM. GRADV. POST. MODO. CVM ANNIS. PROMOTVRI. DIGNITATIS. SVÆ. INCREMENTA.VT. DIRVM NOMEN LATRONIS. TACEAM ET ODI. ILLVD. PALESTRICVM PRODIGIVM. QVOD. ANTE. IN. DOMVM. CONSVLATVM INTVLIT. QVAM COLONIA. SVA SOLIDVM. CIVITATIS. ROMANÆ BENEFICIVM. CONSECVTA. EST. IDEM. DE. FRATRE. EIVS. POSSVM. DICERE. MISERABILI QVIDEM. INDIGNISSIMOQVE. HOC. CASV. VT. VOBIS. VTILIS. SENATOR. ESSE. NON POSSIT.

TEMPVS. EST. IAM. TI. CÆSAR. GERMANICE. DETEGERE. TE PATRIBVS. CONSCRIPTIS. QVO. TENDAT. ORATIO. TVA. IAM ENIM. AD. EXTREMOS. FINES GALLIÆ NARBONENSIS. VENISTI.

TOT. ECCE. INSIGNES IVVE-
NES

NES. QVOD INTVEOR. NON MAGIS SVNT. POENITENDI SENATORES. QVAM POENITET. PERSICVM. NOBILISSIMVM VIRVM. AMICVM MEVM INTER IMAGINES MAIORVM SVORVM. ALLOBROGICI NOMEN LEGERE. QVOD. SI HÆC. ITA ESSE CONSENTITIS. QVID VLTRA. DESIDERATIS QVAM. VT. VOBIS. DIGITO DEMONSTREM. SOLVM. IPSVM. VLTRA FINES PROVINCIÆ. NARBONENSIS. IAM. VOBIS SENATORES MITTERE. QVANDO EX LVGDVNO. HABERE. NOS. NOSTRI. ORDINIS. VIROS. NON POENITET TIMIDE. QVIDEM. P.C. EGRESSVS. ADSVETOS. FAMILIARE'SQVE. VOBIS PROVINCIARVM TERMINOS. SVM. SED. DESTRICTE. IAM. COMATÆ. GALLIÆ. CAVSA. AGENDA EST. IN QVA. SI QVIS. HOC INTVETVR. QVOD BELLO. PER. DECEM. ANNOS. EXERCVERVNT. DIVVM. IVLIVM. IDEM. OPPONAT. CENTVM. ANNORVM IMMOBILEM. FIDEM. OBSEQVIV'MQVE MVLTIS TREPIDIS REBVS. NOSTRIS. PLV'S QVAM. EXPERTVM ILLI. PATRI. MEO. DRVSO. GERMANIAM SVBIGENTI. TVTAM. QVIETE SVA. SECVRA'MQVE.



Ayuntamiento de Madrid

A. TERGO. PACEM. PRÆSTITERVNT. ET. QVIDEM. CVM. AD. CENSVS. NOVO. TVM. OPERE. ET. IN. ADSVETO. GALLIIS. AD. BELLVM. AVOCATVS. ESSET. QVOD. OPVS. QVAM. ARDVVM. SIT. NOBIS. NVNC. CVM. MAXIME. QVAMVIS. NIHIL. VLTRA. QVAM. VT. PVBLICÆ. NOTÆ. SINT. FACVLTATES. NOSTRÆ. EXQVIRATVR. NIMIS. MAGNO. EXPERIMENTO. COGNOSCIMVS.

Libertinorũ filij.

P A G. 302. Libertinorum filiis magiſtratus mandari. *Hoc illud eſt quod Suetonius notat in Claudio:* Appium Cæcum Cenſorem, pro auctorem generis ſui, libertinorum filios in Senatum allegiſſe docuit; ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquandiu libertinos dictos, non ipſos qui manumitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos. *Et notat verè. Nam libertorum filij adeò à censura remoti temporibus priſcis, vt nec in militiam ſint admiſſi. & bello Italico libertini primum militare cœperunt, vt notat Epitome Liuiana* LXXIII.

Libertini à militia remoti.

Non vt plerique falluntur recens. *Non hercle antiquius, quàm a Cæſare. Primus ille libertorum filios allegit in Senatum, & magiſtratu ornauit. Dio* XLIII καὶ παμπληθεῖς μὲν ἐπὶ τὴν γερουσίαν μηδὲν διακρίνων, μήτ' εἴ τις στρατιώτης, μήτ' εἴ τις ἀπελευθέρου παῖς ἦν, ἐσέγραψεν. *Id eſt:* Multos in Senatum allegit, nihil diiudicans vtrum quis miles eſſet, verúmve filius liberti.

Libertini primùm à Cæſare in Senatum lecti.

P A G. 303 Quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Rom vſurpant. *In Panegyrico*

Aedui fratres Romanorum.

Ayuntamiento de Madrid

*rico Flauienſium nomine apud Conſtantinum dicto:* Quænam igitur gens toto orbe terrarum in amore Romani nominis Æduis ſe poſtulet anteponi? qui primi omnium inter illas immanes & barbaras Galliæ gentes plurimis Senatuſconſultis fratres populi Rom. appellati ſunt: & cùm à cæteris Rhodano ad Rhenum vſque populis ne pax quidem poſſet niſi ſuſpecta ſperari, ſoli conſanguinitatis nomine gloriati ſunt. *Et poſtea.* Imputauêre ſe origine fabuloſa in Sicilia Mamertini, in Aſia Ilienſes: ſoli Ædui non metu territi, non adulatione compulſi, ſed ingenua & ſimplici caritate fratres populi Rom. crediti ſunt. *Benè ait, crediti. Neque enim aliunde, vt credo, fratres, quàm ex ſermone communi Gallorum Germanorúmque, quo fideles ſocij, fratres amicíque dicuntur. non quia ab Iliaco ſanguine, vt ſuggerunt quidam. Sed quod Tacitus dicit ſolos Æduos id nomen vſurpaſſe: repugnat Lucanus, qui tribuit etiam Aruernis:*

Cauſſa eius appellationis.

Etiam Aruerni fratres dicti qui tamen Æduis vicini.

Et docilis rector monſtrati Belga conuini,
Aruerníque auſi Latio ſe fingere fratres
Sanguine ab Iliaco populi.

*Et lapis antiquus, qui Batauis.* GENS. BATAVORVM. AMICI. ET. FRATRES. ROM. IMP. *quæ inſcriptio eruta armamentario Britannico, ab oſtium veteris Rheni.*

Et Batavi.

Vetuſtiſſimum quemque à Senatu. *Aliud Patricij, aliud Senatores. Senatores multi è plebe, vt ſeptennibus pueris notum. Claudius igitur, ne exſtingui & intermori patriciorum familias pateretur, antiquiſſimum quemque è plebeiis Senatoribus retulit in patres. Dico antiquiſſimum, ſiue ætatis ratione, ſeu potius temporis, quo in Senatu fuit. Hæc clara Taciti mens. At vir iuris & antiquitatis conſultus,*

Plebeii Senatores in patres adſcripti.

*quaſi in Cimmerios delatus eſſet, ita hîc cæcutit. Vertit ſe in omnes formas, & tandem definit ſcribendum eſſe:* vetuſtiſſimum quemque è ſe natum. *Sapis lector, & non rides?*

Maiorum gentium patres. minorum.

Romulus maiorum, & L. Brutus minorũ gentium. *Tacitus ſenſiſſe videtur omnes patricios qui à regibus lecti (plures enim reges poſt Romulum legerunt) Maiores fuiſſe qui à Bruto, Minores. Liuius tamen & alij, contrà. cuius rei confuſam veritatem vide apud Onufrium in Faſtis, quem non exſcribo. Sed* Tacito, *vt opinor, auctores ſui. Lud. Viues tamẽ,*

Lud. Viuis audax correctio.

*patrum æuo doctrina celebris, verbis aliquot inſertis ibi legebat:* Romulus maiorum gentium, L. Tarquinius minorum, Brutus conſcriptorum appellauerant. *cuius epiſtolam ea ſuper re publicauit amicus meus dum vixit* G. *Canterus in Nouis ſuis. At mihi nondum animus adſentiendi: nec tibi quidem, ſi cum iudicio excuſſeris, quæ Onufrius per ſatyram & confuſè, vt ſolet, collegit.*

Sænia lex.

Auguſtus lege Sænia ſublegêre. *Ille idem Viues ſcribit,* Seruia. *Ius & mos Belgæ, diſſentiendi ab Ibero.* Sænia *enim vera lectio, Colligo ex Dione* L. II. *qui hunc patriciorum dilectum confert in annum vrbis* DCCXXV. τό τε τῶν εὐπατριδῶν γένος, *inquit,* συνεπλήθυνε, τῆς βουλῆς οἱ δῆθεν ἐπιτρεψάσης αὐτὸ ποιῆσαι. *Id eſt,* Patriciorum numerum impleuit, Senatu ſcilicet id ei iubente. *Ex quo vides SC. aliquod fuiſſe eius rei, ſiue legem. Legibus nomina à conſulibus: & conſul ſuffectus prioris anni,* L. SAENIVS. *in monumentis. Vertranium ergo, qui* Sextiam *repoſuit, non audiemus.*

Mirum & recens repertam quandam rationem. *Repertam ab Auguſto. Habes in Dione, lib.* LII *in extremo.*

Ex ſeueritate priſca. *Alucinor, aut ſcribendum*

vete

Ayuntamiento de Madrid

*voce addita*: Haud ex ſeueritate, *Sententiam eam eſſe, id mihi certum.* Vox Taciti inſerta.

*Ius exeundi ordinis.* *Sales Siliciæ abite nebulones. Enimuerò Latinitas ſcribi vult*, ordine, *aut potius*, exuendi ordinis. *Ita lib.* III. Piſo exuta dignitate in decem annos relegatur. Exuere ordinem.

PAG. 304. Cenſa ſunt ciuium LXIX. centena, & CLXIV. millia. *Conuenit cum Caſſiodori ratione ſexaginta nouem centena millia exprimentis. cum libris non conuenit, quos tamen hic ſpernimus & lapidem illum:* TEMPORIBVS CLAVDII TIBERII FACTA HOMINVM ARMIGERVM OSTENSIONE IN ROMA SEPTIES DECIES CENTENA MILLIA LXXXXVII. M. X. *lapidem barbarum, ſpurcum, falſum: quem qui antiquum crediderunt, homines antiqui & ἀρχαῖοι ipſi.* Numerus cenſuorum. Lapis falſus.

Nomen matrimonij concupiuit, ob magnitudinem infamiæ: cuius apud prodigos nouiſſima voluptas eſt. *Elegantiſſima gnome. cuius acumen non cepit Ferretus. Explicat vnus Seneca epiſtola* CXXIII. Nolunt ſolita peccare, quibus peccandi præmium infamia eſt. *vbi tamen malè, & præter reliquum iudicium, Pincianus*, in fama eſt, *legi voluit. Ita autem eſt. hominibus perditis & ad flagitia prouectis, ipſa infamia voluptas eſt.* Gnome ad vitæ vſum pulchra & acuta.

Sacrificij gratia Hoſtiam proficiſceretur. *Imò rei frumentariæ gratia, ait Dio. pellicum cauſſa, Victor. Sed ſacrificium credo a Claudio inſtitutum rei frumentariæ cauſſa, in Caſtorum æde. Id enim numen ibi cultum, ventorum mariſque cauſſa. Ita lego apud Ammianum, lib.* XIX. *in ſumma inopia frumenti, Tertullum qui Præf. annonæ*, apud Oſtia in æde Caſtorum ſacrificaſſe, tranquillitatémque mare molliuiſſe. *Id ſacrum perpetuum fuit, & ſuſpicor* Caſtorum ædes Oſtiæ. Sacrum illud annuum.



Ayuntamiento de Madrid

*a Claudio inſtitutum, qui portum illum celebrem & famum Oſtiæ exſtruxit. Celebrabatur ſollenni quadã lætitia, menſe Maio: ideòque poſt ſæculo Maiuma dictum. Suidas:* Μαϊουμᾶς. πανήγυρις ἐγένετο ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸν μάϊον μῆνα, τὴν παράλιον καταλαμβάνοντες πόλιν τὴν λεγομένην ὄστιαν, οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες ἡδυπαθεῖν ὑπεδέχοντο ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν, ἀλλήλους ἐμβάλλοντες. *Iulianus Cæſar in Antiochico:* ὑμῶν δὲ ἕκαστος ἰδίᾳ μὲν εἰς τὰ δεῖπνα καὶ τὰς ἑορτὰς τῷ Μαϊουμᾷ χρήματα ἀπολέσαντες, ὑπὲρ δὲ ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως οὐδεὶς θύει. *Nec aliud intellexit Æthicus in Coſmographia:* Tiberis inſulam facit inter portum vrbis & Oſtiam ciuitatem, vbi populus Romanus cum vrbis Præfecto vel Conſule, Caſtorum celebrandorum cauſſa egreditur, ſolennitate iucunda. *Vbi vides Caſtorum ſollenne, & Maiumam, idem eſſe. Hanc originem Maiumæ nec infectam, nec alienam à vera puto.*

Maiuma poſteà dictum.

P A G. 305. Adhibitis qui obſignarent, velut ſuſcipiendorum liberorum cauſſa. *Ea formula in nuptiis legitimis ſollennis, ad coniugij verum finem.* Nec enim ob aliud, *ait Auguſtinus*, femina nubit, quàm, vt mater fiat. *vnde & matrimonium ominis cauſſa dictum. Ideò Græci definiunt,* γάμον, σύνοδον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κατὰ νόμον, ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ. *Et pulchre Menander apud Clementem:*

Formula nuptiarum.

Matrimonij etymon.

Definitio nuptiarum.

Παίδων ἀρότῳ τῶν γνησίων δίδωμί σοι
Γε τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα.

*Et Auguſtus ſenile quoddam coniugium iniuſtum pronunciauit,* quoniam non quærendorũ liberũm cauſſa initium, *ait Valerius, lib.* VII. *cap.* VII.

Subiſſe, ſacrificaſſe. *Verbum* ſubiſſe, *corruptum iudico. Fortean,* nubſiſſe. *id eſt, ſollenni luteo flammeo, qui mos nouis nuptis, faciem velaſſe.*

Diſcu

Ayuntamiento de Madrid

Diſcubitum inter conuiuas. *Et quidem forma nuptiali: quæ volebat vt noua nupta in gremio mariti iaceret. Morem eum exprimit Iuuenalis:*

Sponſa in mariti gremio.

—— —— ingens
Cœna, ſed & gremio iacuit noua nupta mariti.

*quaſi ecce id inter ſollennia nuptiarum. Appuleius de nuptiis Pſyches:* Accumbebat ſummum thorum maritus, Pſychen gremio ſuo complexus. *Ideo recte in Catullo,*

Catulli lectio firmatā.

Adſpice intus vt accubans
Vir tuus Tyrio in thoro
Totus immineat tibi.

*Nec rectè magnus ille cenſor, quem vnum æmulor miròrque,* Adſpice imus, *emendauit. Imúſne in illo geniali ſuo epulo maritus? imò Summus, vel Appuleio teſte. Intus accubare, vt intus cenare. Interior autem maritus, reſpectu ſponſæ ad quam hic ſermo. Siquid tamen mutandum, legerim,* vnctus, *qui mos Romanis in omni conuiuio ſollenni.*

Interior maritus, quo ſenſu.

Dum induſtria cubiculum principis. *Hunc locum qui conſtituerit, rex eſto. Manuſ.* dum inſtruo cubiculum principis exultauero dedecus. *Quod placeat, nihil præ manu.*

Deſperatus locus.

Dignitate formæ, iuuenta. *Ita lego, non* forma. *Dignitas formæ propriè de viris, vt notat vetus litterator Agrætius. Illud,* iuuenta, *ſuſpectum facit Vatic. qui refert,* Vimentis.

Calliſtus iam mihi circa mortem Cæſaris narratus. *C. Cæſaris Caligulæ: cuius necis conſcius participſque fuit hic libertus, narrante Ioſepho, lib.* XIX. *cap.* I. *Scilicet autem Tacitum hæc narraſſe in libris qui de Caligula.*

Calliſtus libertus.

PAG. 306. Apppianæ cædis molitor Narciſſus. *Vide Sueton. cap.* XXXVII. *in cuius verbis,* Nec multo pòſt ex compoſito irrumpere Appius nun-

Appij Silani cædes.



Ayuntamiento de Madrid

tiatus, cui pridie ad id temporis vt adeſſet, præceptum erat; quaſi planè repræſentaretur ſomnij fides, accerſi ſtatim, ac mori iuſſus eſt, *menda eſt. Quò enim accerſi iubetur, qui iam aderat? Non fugit Torrentium, qui ex libris legit,* arcelli, *pro accuſari, vt interpretatur. Mihi,* arceri, *verum videatur: vt excluſum eum a Claudio intellegamus, nec admiſſum. Tranſcripſerim etiam,* arceri, ac ſtatim mori. *Hiſtoriam pete etiam à Dione.*

Correctus Suetonius.

Calliſtus vile olim mancipium.

Calliſtus prioris quoque regiæ peritus. *Sub Caio, apud quem in gratia potentiaque fuit. Dio, vbi de Domitio Afro, lib.* L I X. *Et eleganter Seneca, epiſtola quadam:* Stare ante limen Calliſti dominum ſuum vidi, & eum qui illi impegerat titulum, qui inter ridicula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi.

Obſcurior locus.

Num Meſſallinam ſecretis minis depellerent amore Silij. *Vtne Meſſallinam ipſam adirent minantes? an vt Claudium, eiúſque minis auerterent eum ab amore? Ego hæc & ſequentia,* Perſtitit Narciſſus, *&c. iuxta cum ignariſſimis intellego: & cum penitus introſpicio, video diſſentanea eſſe, nec inter ſe vincta.*

Duas pellices quarum is corpori. *Vatic.* corporibus.

Vectius Valens adulter.

Cis Vectium, cis Plautium. *Emendaui præeunte Vaticano, qui habebat,* Cis Vecticis Plautio. *Et verè. Duo enim famoſi in hac Meſſallina & quaſi primorum ordinum adulteri, Vectius Valens & Plautius Lateranus. De Vectio, mox noſter, & Plinius de Medicis* Exortus mox eſt Vectius Valens adulterio Meſſallinæ Claudij Cæſaris nobilitatus. *De Plautio item mox, & lib.* X I I I. Secutáque lenitas in Plautium Lateranum, quem ob adulterium Meſſallinæ ordine remotum reddidit Senatui.

Plautius Lateranus.

At

Ayuntamiento de Madrid

*At viri docti deſperatam huius loci reſtitutionem cenſebant: cùm vulgò eſſet*, cis Vectium Plancium. Defenſa vulgata lectio.

Ne domum, ſeruitia, & ceteros fortunæ paratus repoſceret. *contaminatiſſimum locum Ferretus eſſe vult: qui mihi caſtus, purus* Inuidioſa conceſſione libertas: *Fruatur ſanè, inquit, Silius domo tua, ſeruis, veſte, & gaza omni regia (nam hæc tralata ab adultera ad Silium, notante etiam Dione:) reddat ſaltem vxorem.*

Rumperétq; tabulas, nuptiales. *Ad legitimum matrimonij actum Tabulæ & ſignatores adhibiti. Tabulis & dos continebatur, & illa ſollennis coniugij cauſa, Liberûm quærendorum. Iuuenalis,*

Signatæ tabulæ, dictum, Feliciter.

*Appuleius*, Quòd in villa non in opido tabulæ ſint conſignatæ quarto & vltimo loco obiecére. *Meminerunt non ſemel iuriſconſulti: & proprio huic rei libro Cl. v.* * *Briſſonius, cuius accuratæ diligentiæ doctrinæq; non ab alius quidquam addo. Vt ergo ex tabulæ matrimonio firmando: ſic eadem ruptæ, diſparando. Iuuenal.* Tabulæ nuptiales. * De ritu nupt. & iure connubior.

— tabulas quoque ruperat, & iam
Signabat, tota vix hæc ego nocte redemi.

*De his tabulis locum accipio, qui in priſcis Gloſſis* λεγούσης τινὸς γυναικὸς τὴν ἐπίδοσιν τοῦ ἰδίου υἱοῦ ἀφῃρῆσθαι ἀπό τινος, αὐτόν τε υἱὸν ἴδιον εἶναι καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνήκειν τὴν ἐπίδοσιν, ἠρνήσατο ἄλλος. ἀπεκρίθη γυνή, Ῥωμαϊκὴν αὐτὴν γεγενῆσθαι, καὶ δέλτους μὲν γεγράφθαι γάμους δὲ μὴ γεγονέναι. μὴ δυνηθέντος οὖν αὐτὸν ἀποδεῖξαι υἱὸν ἴδιον εἶναι περὶ οὗ ἀπεδίδετο: Ὁπότε μὴ ἔστιν σος υἱός, τὴν ἐπίδοσιν ἀπόδος. Dicente quadam muliere congiarium filij ſui ablatum eſſe à neſcio quo, eumque filium ſuum eſſe & ad ſe pertinere congiarium: negauit alius Tabulis ruptis matrimonium ſoluebatur.

Ayuntamiento de Madrid

aliius. Reſpondit mulier, Latinam ſe fuiſſe, & tabulas quidem ſcriptas fuiſſe, nuptias verò non fuiſſe. Cùm ergo non potuiſſet eum oſtendere filium ſuum de quo agebatur, Cùm non ſit tuus filius, congiarium redde.

Primumque rei frumentariæ Præf. Turranium. *Dixi lib.* 1.

Luſius Geta Præf.

Luſium Getam. *Id illi verum & gentile nomen, non* Lucium, *aut* Luſcium. *Duo autem hoc tempore Prætorij Præfecti, Luſius Geta & Rufus Criſpinus.*

PAG. 307. Quibus fatentibus. *Libri ſcripti*, tacentibus.

Adultus Autumnus.

Adulto Autumno ſimulacrum vindemiæ per domum celebrabat. *Adulto Autumno, id eſt menſe Octobri. Itaque etiam in Horologio veteri Romæ ſignatum eo menſe*, VINDEMIAE SACRVM LIBERO. *Et perſuaſum mihi non aliud eſſe hoc Vindemiale feſtum, quàm ſacra Liberi quæ C. Cæſar primus Romæ celebrauit. Seruius ad eos verſus*, Daphnis & Armenias &c. Hoc, *inquit*, apertè ad Cęſarem pertinet, quem conſtat primùm ſacra Liberi patris tranſtuliſſe Romam. *Ideò numum percuſſus Cæſari, in cuius parte*, C. VISIVS RVFVS. *& impreſſa ara cui perſona hiſtrionia impoſita, item thyrſus, & tigris adiuncta, ad memoriā non dubiè huius rei. Lāpridius in Aligabalo:* Cùm ad vindemiam vocaſſet amicos nobiles, & ad corbes ſediſſet, grauiſsimum quemque percontari cœpit an eſſet promptus in Venerem: poſteaquam ſenes vidit erubeſcere, contulit ſe ad iuuenes. à quibus cùm audiret ætati congrua, gaudere cœpit, & dicere verè liberam (*emendo*, Liberi. *in eo enim luſum, quaſi ea libertas vindemialis digna verè libero deo*) vindemiam eſſe, quam ſic celebrarent. Ferunt multi ab ipſo primum repertum. vt in Vindemiarum feſto mul

Vindemiæ feſtum.

Siue Liberalia: quæ Cæſar inſtituit.

Lampridius correctus.

Iocularia dicta & facta in hoc feſto.

multa in dominos iocularia & audientibus dominis diceretur. *Capitolinus in M. Antonino:* Vindemias priuato modo cum amicis agebat. *Idem feſtum Magnam coronam dictum eſſe, ſuſpicor ex Tertulliani his verbis:* Sed & aliàs Liberum principem coronæ planè laureæ etiam vulgus agnoſcit, (Magna corona.) cùm dies in illum ſollennes Magnam appellat coronam. *Alia ad hoc feſto, ne erres, Liberalia: quæ antiqua liberæq; reip. & incidebant in* XV. *Kal. Apriles. De queis Varro lib.* V. *& Kalendarium Romanum.* (Alia Liberalia.)

Ipſa crine fluxo, thyrſum quatiens, iuxtáque Silius hedera vinctus, gerere cothurnos. *Eodem habitu Antonium depingit Velleius, qui Liberum ſe ferebat:* (Habitus Liberi patris.) Cùm Liberum patrem appellari ſe iuſsiſſet, cùm redimitus hedera, coronáque velatus aurea & thyrſum tenens, cothurniſque ſuccinctus curru velut Liber pater vectus eſſet Alexandriæ. *De cothurnis, etiam Virgil.* (Cothurni.)

—nudatáque muſto
Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis.

*De Thyrſo, præter alios Iuſtinus:* ὥσπερ αἱ βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσιν. *id eſt,* Veluti Bacchæ per ſpeciem habitumque pacis lanceas in thyrſis circumferunt. (Thyrſus.) *Vide & Plinium* XVI. *cap.* XXXIV. *Athenæus eiuſmodi Bacchi inſignia in Pyrrhica ſaltatione recepta fuiſſe oſtendit lib.* XIIII. ἡ δὲ καθ' ἡμᾶς πυῤῥίχη διονυσιακή τις εἶναι δοκεῖ, ἐπιεικεστέρα οὖσα τῆς ἀρχαίας. ἔχουσι γὰρ οἱ ὀρχούμενοι θύρσους ἀντὶ δοράτων, προΐενται δὲ ἐπ' ἀλλήλους καὶ νάρθηκας, καὶ λαμπάδας φέρουσιν. ὀρχοῦνται δὲ τὰ περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὰ περὶ τοὺς Ἰνδούς, καὶ τὰ περὶ τὸν Πενθέα. (Pyrrhica ſaltatio.) *Quæ verba lucem dare volo iis quæ hic præcedunt,* Feminæ pellibus accinctæ aſſultabant, velut ſacrificantes

vel

Ayuntamiento de Madrid

vel inſanientes Bacchæ.

Lucilliana prædia.

Lucullianos in hortos. *De quibus initio huius libri. Tamen & Luciliana prædia reperio, & hic in m.anuſ. conſtanter hortos Lucilianos. Lapis Romæ:*

D. M.

CRESCENTIS. NEPOTI. FORTVNATI.
CAESARIS. N. SER. EXACTORIS.
PRAEDIORVM. LVCILIANORVM.

PAG. 308. Vehiculo quo purgamenta hortorum eripiuntur. *Sine,* excipiuntur.

Cæcina Largus.

P. Largo Cæcina: *Fratre, opinor, C. Cæcinæ Largi, qui Conſul cum Claudio fuit, anno vrbis* DCCXCV. *& in conſulatu interfectus. Quem intellegit Aſconius, in Pro M. Scauro:* Scauri domum poſsidet nunc Longus Cæcina, qui conſul fuit cum Claudio. *ſcribe,* Largus. *& diſce hinc quæ Aſconij certa.* cras.

Aſconius correctus.

* In Electis.

Geſtamen ſellæ.

In eodem geſtamine *Id eſt geſtatoria ſella. quæ à Claudio deducta in vulgi vſum, vt* * *docui. Sic lib.* XIV. Geſtamine Baulos peruectam. *Apparet tamen in vno geſtamine plures ſellas fuiſſe, vt hic vides in Narciſſo, qui eodem geſtamine ſellam poſcit ſimitque.*

Imagines in atrio.

PAG. 309. In veſtibulo effigiem patris Silij conſulto Senatus abolitam demonſtrat. *In atrio ſiue in veſtibulo ædium, imagines maiorum, uti hic Silij patris. Sed enim Silius Legatus olim inferioris Germaniæ damnatus crimine maieſtatis cum vxore Soſia Galla, vt lib.* IV. *narratum: ideoq́; & imagines abolitæ, quas tamen filius reſtituerat. Criminatur ergo id libertus.*

Silius damnatus à Tiberio.

Quidquid habitum Neronibus. *Lege,* auitum *quod monuit me* IC. *Claudius Chiffletius.*

Cuſtodem Silio ac Meſſallinæ datum. *Quis dederis Silio cuſtodem? Claudiúſne, qui omnium ignarus?*

Loqu.

Ayuntamiento de Madrid

*Loci. In Vat. eſt*, Cuſtodem Meſſallinæ dat, *aliena deinde manu adpictum*, ac Silio. *Lego igitur*: Cuſtodem Meſſallinæ datum, *vel etiam*: cuſtodem à Silio Meſſallinæ datum. *Alterum quidem verum eſt, vt hic Titius ſiue à Claudio appoſitus Vxori cuſtos, ſiue à Silio, vt amicæ. Vtrumque enim ſolens Romanis, De maritis, Tibullus*, Ipſe malus docui, quo poſſet ludere pacto Cuſtodes, *De amatoribus, Propertius*, Quos igitur tibi cuſtodes, quæ limina ponam? *Miſellus ille cuſtos! cui id monſtrum commiſſum, quod non Argus cum Mercurio cuſtodiſſet. Vertranius inexplicabilem locum cenſet, niſi cuſtodem pro exactore interpretemur, ſcilicet qui moriū pœnas exigat. Verum morūmque ſomnium.*

Cuſtodes olim vxoribus adpoſiti.

Et amicis.

Saufellum Trogum *Vet.* Saufelium. *Scribo*, Saufeium, *& induxit librarios illud I. longiuſculum, vt L. ſcriberent. Horum omnium mentio Senecæ in Menippæa de Claudij morte. vbi tamen diſiunctim ſcribe* M. Heluius, Trogus. *Qui hic etiam Tranius, malè fortaſſ. in Seneca*, Sex. Trallus.

Saufeius Trogus.

Indicium offerentem Veſtium Valentem & confeſſum. *Bene cōfeſſum. Nam indicium, ait in Eunucho Donatus, propriè eſt eius qui vna peccauerit. Aſconius ad illud Ciceronis*. Quapropter ſi indicium tibi poſtulas dari *ait*: Index eſt, qui facinoris, cuius ipſe eſt conſcius, latebras indicat, impunitate propoſita. *Quæ tamen impunitas circumſcripta eſt: quia, vt idem notat*, Certa ſunt in quibus impunitas indici datur, vt in cauſſa proditionis, maieſtatis, & ſiquid huiuſmodi.

Indicium, & ex eo impunitas.

P A G. 310 Reminiſceretur vocis, quæ ſe obnoxium iuſſis Meſſallinæ dediſſet. *Commentum feminæ lepidum. Mimum iſtum deperibat Meſſallina. ſolicitat ille tergiuerſari, metuere Imperatorem. Quid ergo ſi maritus ipſe iubeat? inquit. Et*

Lepidū Meſſallinæ factū.

cum

Ayuntamiento de Madrid

*cum marito egit, quaſi opera Mneſteris aliqua in re illi vſus. Ille vocatum numum malè accipit, iubet quantum poteſt, vxori obediat pareatq́. Paruit. id iuſſum valere ſibi nunc vult ad veniam obtinendam & vitam* DIO L. X.

Ob patrui egregium meritum. *A. Plautij, ſuſpicor, qui Britanniam Claudio ſubegit.*

Tanquam in illo cœtu paſſus muliebria. *Simile illorum inuentum in Suetonij Domitiano, cap. x.* Qui ſe quò facilius expertes culpæ oſtenderent, impudicos probauerant. *Dij deaq́, iſtos, non corpore non animo viros. Adeò turpior omni morte hæc fuga mortis.*

Quæ mater Meſſallinæ. PAG. 311. Aſſidente matre Lepida. *Quænam hæc Lepida? Ego vero repperiſſe me cenſeo ſ. moſæ feminæ (Meſſallinam dico) ſtirpem & matrem. Suetonius ſcribit:* Poſt has Valeriam Meſſallinam Barbati Meſſallæ conſobrini ſui filiam in matrimonium accepit. *vbi diſſimulant interpretes, quomodo hic Valerius Claudio conſobrinus. Dicam ego. Ex L. Domitio & maiore Antonia natus eſt Cn. Domitius pater Neronis principis, & item Lepida amita eiuſdem, de qua * infrà. Hæc Lepida, eſt illa ipſa quæ nupta Valerio Meſſallæ, & quæ hic Meſſallinæ dicta mater. At Claudius natus ex Druſo & minore Antonia, vti clarum. Stemma iſtud.*

Claud. cap. XXVI.

Suetonio noua lux.

* Lib. XIII.

M. AN

| | | | |
|---|---|---|---|
| M. ANTONIVS III. vir. | ANTONIA, *maior.* L. DOMITIVS *maritus.* | CN. DOMITIVS AGRIPPINA. *vxor.* | NERO *Imp.* |
| | | DOMITIA LEPIDA. VALERIVS MESSALLA *maritus.* | VALERIA MESSALLINA, *vxor Claudij.* |
| OCTAVIA. | ANTONIA, *minor* DRVSVS, *maritus.* | GERMANICVS CLAVDIVS *Imp.* | |

*Vides ergo Claudium & Lepidam Domitiam ( id enim duplex illi nomen fuiſſe alibi oſtendo) verè conſobrinos. Atque hac ratione fortean maritum ipſum Lepidæ, Suetonius dixerit Claudij conſobrinum. Tamen tutius putarim legi,* Barbati Meſſallæ & conſobrinæ ſuæ filiam. *Sententia quidem non alia eſt: & hæc Lepida Neronis amita, Meſſallinæ mater.*

Lepida conſobrina Claudij.

Morte decus quærendum. *Placet,* morti, *vt in Veneto.*

Fortean mutanda in Suetonio lectio.

Ictu Tribuni transfigitur. *Malim,* tranſigitur.

Leuiſſimum faſtigij eius. *Hæc cum lineis poſtumis, corrupta, hiulca, nec iuuant aut diſcrepant libri, niſi quòd,* Triſtitiis inultis, *non Fla gitiis, vti ſubſtituiſſe fatetur Rhenanus. Ego ab eiuſmodi vlceribus ſanandis, ſani hominis cenſeo abſtinere manum. Nam ſine librorum ope, irrita abierit vel Hygia ipſa.*



Ayuntamiento de Madrid

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM XII.
## ANNALIVM
### COMMENTARIVS.

PAG. 312. Lollia neptis M. Lollij qui ſub Auguſto.

LOLLIAM Paullinam M. Lollij conſularis filiam. *Non priſci illius Lollij, qui moderator C. Cæſari datus, ne erres: ſed filij eius. qui tamen quando conſul fuerit, ignoro. Tempora ſuadent, & clariſſimè Plinius lib. IX. cap. XXXV. qui hanc Lolliam Paullinam neptem illius Lollij appellat.*

In aliam ſententiam mutata lectio.

PAG. 313. Et familiæ Claudiæ, quæ poſteros coniungeret. *Expediri ſententia poteſt: tamen mallim ſcribi,* & familiæ Claudiæ quin poſteros coniungeret. *vt quaſi hortantis ea ſint liberti.*

Alia clarus.

Iuuenémque & aliâ clarum, inſigni triumphalium. *Ita diſertè Vatic. vereq́ue. Tranſmarina forma ſermonis eſt, νεανίσκον τά τ' ἄλλα λαμπρόν. crebrumq́ue apud Latinos, Homo cetera bonus, & ſimilia: in A. Gellio, Homo pleraque non indiligens.*

Pellacia.

Vitellius nomine Cenſoris ſeruiles fallacias obtegens. *Dubitaui ne priſco verbo ſcrib.* ſeruiles pellacias. *Apud Lucretium ſcriptum,*

Subdola cùm ridet placidi pellacia ponti.

*& conuenientior huic ſententiæ viſa ea vox. Non enim tam fraudes erant, quàm adulationes humiles & demiſſæ ad pellicendam parandámque gratiam Agrippinæ, vt addit noſter.*

PAG. 314 Fratriſque non inceſtum, ſed incu-

ſtoq;

Ayuntamiento de Madrid

ſtoditum amorem. *Vatic.*fratrumque. *quod probo. In reliqua ſcriptura pendeo animi. Vulgatam ſi ſer-mus: ſententiam eſſe volo, Tractum in crimen eſſe non amorem inceſtum inter fratrem ſororemq́, ſed tantum incuſtoditum. id eſt, amorem parum cautum circumſpectumq́, & qui ſine crimine, rapi tamen in crimen potuerit. Simillimum illud Plinij è lib. v I. epiſtol.* Tuitus ſum Iulium Baſſum, vt incuſtoditum nimis & incautum, ita minimè malum. *Si quid mutandum legerem,* incuſtoditum ſermonem. *E Seneca certè clarum non aliud verè obiectum huic Silano, quàm verba aduerſus ſororem nuptialia, & parum cauta. Ait in Ludo de morte Claudij:* Qui, quantum quidem in ipſo fuit, damnatum inceſti L. Silanum generum ſuum occidit. Oro propter quid? Sororem ſuam feſtiuiſſimam omnium puellarum, quàm omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare. *Ita enim reſtituerum locum nuper. Sed fortaſſe & quaſi ſororius Ligur notatus Silanus fuit. cuius ſententiæ puto illa Senecæ, ibidem:* Quia Romæ, inquit, mures molas lingunt, hic nobis curua corrigit. *Nam Lingere quid ſit in obſcenu, non ignotum. & ambigua alluſio in molarum voce, qua etiam in vtero dictum aliquid muliebri.*

Ideò & Seneca in Octauia de hoc Silano ait, *criminis ſicti reus.* vt emẽdaui in Antiq. lib. I. ca. xIII. Vide.

Silani incautus amor aduerſum ſororem.

Silanus capus perdidit in ſorore.

Pactum inter Claudium & Aggrippinam matrimonium. Iam fama, iam amore illicito. *Diſtinguunt libri mei,* matrimonium, iam fama. *Et rectè. quoniam ante iſtos conſules matrimonium pactum, à nobis enim ſcriptum:* quæ poſtquam matrimonij ſui certa fuit. *Statim etiam è Farneſ. ſcripſerus,* deductæ in domum patrui fratris filiæ.

Diſtinctio ad hiſtoriã.

Quin & inceſtum, ac ſi ſperneretur. *Sententiam loci conſcio: Fruebantur quidem matrimonij bonis Claudius & Agrippina: at non ſic. ri. quia & inceſtum ſubeſſe videbatur, nondum firmatum eiuſmodi*



Ayuntamiento de Madrid

*nuptiis, & periculum ne populus ſperneret profani principis imperium.*

Ciuium & conſenſui. *Delenda copula. vel, quod verius, addenda vox ſcriptori elapſa,* ciuium & S. conſenſui. *id eſt, Senatus. Ita reſpondebit Claudij oratio, Vitellianæ.*

Paſsienus ſecũdus Agrippinæ maritus.

P A G. 315. Vidua iungeretur principi. *Vidua Agrippina mortuo, ſub initia imperij Claudiani, Criſpo Paſsieno, cui poſt Domitium nupſerat. Plinius lib.* XVI. Arborem mori eximiam ætate noſtra adamauit Paſſienus Criſpus bis conſul, orator, Agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarus. *Sueton Nerone.* Verum Claudio imperium adepto, non ſolùm paternas opes recuperauit, ſed & Criſpi Paſsieni vitrici ſui hereditate ditatus eſt. *Tamen idem ille Paſsienus antea maritus Domitiæ ſororis Aenobarbi. quod ex Quinctiliano colligas lib.* VI. *cap.* II. *apud Senecam de hoc eodem lib* III. *Natural. Quæſt. initio*: Criſpus Paſsienus, quo ego nil noui acutius in omnibus rebus, maximè in diſtinguendis (*omnino ſcrib.* diſtringendis) & curandis vitiis, ſæpe dicebat: Adulationi opus eſſe non claudere oſtium, ſed aperire, & quidem ſic quemadmodum amicæ ſolet. quæ ſi impulit. grata eſt, gratior, ſi effregit. *Iterum ſcribe,* ſed operire. *id eſt, leniter obducere, opponere oſtium: ne pereat dicto ſua Venus.*

Seneca correctus

Vidiſſe ipſos. *Principe Caio.*

Tacitus emẽdatus.

Statueretur imò documentum, quò vxorem Imp acciperet. *Nigra oratio. quid enim: non antea Imperatoribus ſemper vxor? ſemper. Quid ergo opus ei rei documento? Tu corrige,* quomodo vxorem. *Id enim vult adulator homo, prodendum eſſe poſteris exemplum, vt Imp. vxorem Senatu ſuaſore & auctore capiat.*

Et

Ayuntamiento de Madrid

Et ſobrinarum diu ignorata, tempore addito percrebuiſſe. *Malim, tempore percrebuiſſe, reiecta voce quæ gloſſographum ſapit. De re ipſa, Plutarchus auctor in Cauſis, quæſt.* VI *diu apud Romanos ſobrinarum coniugia* (ἀνεψιάς *ipſe appellat, & bene vertit Xylander*) *fuiſſe inuiſa: cœpiſſe tamen à leuicula cauſſa, quam ipſe denarrat. factumq; decretum populi,* πᾶσιν ἐξεῖναι γαμεῖν ἄχρις ἀνεψιῶν, τὰ δὲ ἀνωτέρω κεκωλῦσθαι. *id eſt,* licere omnibus ducere vſque ad conſobrinas, ſuprà autem vetari. *Itaque connubia ea deinceps crebra: & ſic inter illuſtres,* M. *Marcellus Iuliam Augusti* F. *duxit, ſibi ſobrinam: aliiq; plures. Suſtulit tamen eas ipſas nuptias Theodoſius, de quo Victor:* Tantum, *inquit,* pudori tribuit & continentiæ, vt conſobrinarum nuptias vetuerit, tanquam ſororum: *permiſerunq; iterum Arcadius & Honorius lib.* XIX. *C. De nuptiis.*

Subrinarum matrimonia quando cœperint.

Ea vetuit Theodoſius.

Alii iterum permiſerunt.

Decretum poſtulat, quo iuſtæ inter patruos fratrúmque filias nuptiæ ſtatuerentur. *Zonaras,* ψήφισμα ἐποιήσαντο, ἐξεῖναι Ῥωμαίοις ἀδελφιδᾶς ἄγεσθαι. *At Tacitus, Fratrum filias: & ſtrictè cupias, non enim licuit ſororum. Quod notauit accuratè & diffuſè, quantum ſatis eſt, Cuiacius* XIII. *obſer. cap.* XVI *quem non exſcribo. Nec ſuſtulit Nerua hoc* S C. *vt idem vera interpretatione collegit. De Claudij hoc facto Seneca:*

Fratrũ filias ducere patruis, nõ itẽ ſororum licuit.

Genitamque fratris coniugem captus, ſibi
Toris nefandis flebili iunxit face.

Seneca R. Tragœdiis correctus.

*vbi melius leges.* Genitamque fratre coniugem captam. *Domitianus imitatus exemplum eſt, qui Iuliam habuit filiam Titi.*

Pag. 316. Talledius Seuerus. T. Alledius *ſcribo. & vidi poſteà ita citare hunc locum Beroaldum. Id monumentis priſcis,* M. ALLIDI. *in Iuuenali,*

— tibi habe frumentum Alledius, inquit,

Allodia gẽs.



Ayuntamiento de Madrid

*Quod noſter vnum imitatorē ſcelerum eius facit, Suetonius diſſentit, qui duos. Noſter, credo, non habuit curæ neſcio quem recenſere libertinum. Vocat etiam equitem R. quem ille Primipilarē. Nec aberrat, quoniam primipili comes, gradus equeſtris. Martialis:*
Et referes, pili præmia clarus eques.

Cap. XXXI.

Addictum quaſi & virile ſeruitium. *Arbitrio meo, tranſponantur verba.* Addictum & quaſi virile. *Lectioni ſtabilienda (nam ego olim ſol citaui) eſt, quod apud eundem Tacitum de moribus Germanorum ſcribitur:* Trans Lygios Gothones regnātur, paullo iam addictiùs quàm ceteræ Germanorum gentes, nōdum tamen ſupra libertatem. *Nec pœnitet tamen prorſus coniecturæ,* Adductum, *præſertim quæ firmatur codice Budenſi: de quo verbo in libro Hiſtor.*

Addictū Germanum.

Die nuptiarum Silanus ſibi mortem conſciuit. *Mala ergo diſtinctio, & hiſtoria vitianda, in Suetonij Claudio obtinuit, cap.* XXIX. Silanus abdicare ſe prætura, morique initio anni coactus. Die ipſo Claudij & Agrippinæ nuptiarum in quinque & triginta Senatores trecentóſque amplius equites animaduertit. *Apage nulla cædes nuptialis eius die lecta: ſcribéque,* initio anni coactus, die ipſo Cl. & Ag. nuptiarum. In quinque &c.

Diſtinctio in Suetonio mala.

Caluina ſoror eius Italia pulſa eſt. *Fortaſſe illa, quæ vitam produxit ad Veſpaſiani imperium de qua Sueton. cap.* XXIII. *Veſp. ſ.* Cùm Mauſoleum repente patuiſſet, ad Iuniam (*malè enim editum ſuppoſitúmque à Scholiaſtis,* Iuliam) Caluinam è gente Auguſti pertinere dicebat. *Nam Silani iſti inter abnepotes Auguſti fuerunt, vt dicam.*

Iunia Caluina.

Sacra ex legibus Tulli regis, piaculáque apud lucum Dianæ. *Non alia ſacra piaculaq; accipio, quàm quibus Tullus olim rex in Horatio ſororiam cædem*

Piacularia ſacra à Tullo.

*cædem iuit expiari'que. Liuius.* Itaq; vt cædes manifeſta aliquo tamẽ piaculo lueretur, imperatum patri vt filium expiaret publica pecunia. is quibuſda piacularibus ſacrificiis factis (quæ deinde genti Horatiæ tradita ſunt) tranſmiſſo per viam tigillo, velut ſub iugum miſit iuuenem. *Similiá; ps Dionyſ. lib.* III *qui addit ea ſacra per Pontifices facta: conuenienter cum iis, quæ hîc Tacitus.*

Irridentibus cunctis quòd pœnæ procurationéſque inceſti id temporis exquirerentur. *Et herclè ridiculum, quòd Claudius Silanicum ſorore inceſtum piacularibus ſacris lueret: pſe in eadem culpa. Nam piacula iſtæc caue aliò referas, quàm ad crimen Silani.*

Veniam exſilij pro Annæo Seneca, ſimul Præturam impetrat. *Relegatus enim Seneca poſt Quæſturam à Claudio in Corſicam inſulam, ob ſuſpicionem adulterij cum Iulia Germanici filia. Vinicij uxore. Cuius criminis ſcena à Meſſallina fuit. Scena, dico. Non enim reipſa expetit in te hæc culpa, ô Romani nominis & ſapientiæ magnæ ſol.* Senecæ exſilium.

PAG. 317. Vt retuli. *Libro* XI. *Vide.*

Omiſſa Tiberij memoria, quamquam is quoque miſerat. *Et quidem tres miſerat, Vononem, Phraatem, Teridatem, Alii lib.* II. *ſuprà, &* VI.

PAG. 318. Quanto ignara barbaris. *Ita edidi è Vatic. Farneſiano erat,* ignota: *vulgò,* ignoratiora. *Phraſis vulgata & obuia in Tacito.*

Caſſius ceteros præeminebat peritia legum. *Vatican.* ceteris præerat. *Accipio.*

Exercere legiones. *Vatic.* exercitare.

Familia Caſſia per illas quoque gentes celebrata. *Ob Caſſium illum qui τυραννοκτόνος, cuius in Syria proſperæ res poſt cladem Craſſi.*

Rex Arabum Abbatus. *Solenne illis regibus*

Acbarus, Arabiæ regũ nomen.

*nomen, vt Ptolemæus Aγητis. Vatric.* Acbarus *ſemper ſcriptum, & Appiano* Aκβαρος.

Caſtellum inſigne fama, quòd poſtremo prœlio. *Attentum lectorem non fallet vitium. Quid enim? An Ninon caſtellum vocat, quam paullo antè vrbem? Et vtrùmne apud Ninon poſtremum Darij cum Alexandro prœlium fuit? Imò haud procul Arbela, apud pagum Gaugamela. Inſeruerim ergo vocem,* ſedes Aſſyriæ, & Arbela caſtellum inſigne fama: *aut certè ſi ſatis ſit id intellegi, addita copula,* ſedes Aſſyriæ, & caſtellum.

Arbela caſtellum.

PAG. 319. Quorum rex Iuliates. *Ita edidi ex meis libris. Vulgò tamen,* Hyliates: *& ſtatim infrà,* Exates, *etiam in manuſſ. Scito verum nomen eſſe,* Iazates. *Ita enim appellatur conſtanter Ioſepho lib.* XX *Antiq. cap.* II III. *vbi & hiſtoria omnis explicita de origine huius regis & progreſſu. Narrat autem Ioſephus Iudaicæ religionis eum, & matrimonio Helenam fuiſſe, multáque alia, quæ operæ ſit legere.*

Iazates.

Vbi pharetras telis onuſtas accepêre, *Vaticanis* omiſſis onuſtas: *nec ſcio quid voce ea faciam. Fortè,* telis omnigenis onuſtas.

PAG. 320. Mithridates amiſſis opibus vagus. *Dio Mithridatem quendam nominat, prolem magni illius, cui Claudius regnum Boſphori largitus ſit lib.* LX. *Sed is alius debet fuiſſe ab iſt.*

Zorſines Soracorum rex. *Farn.* Siracuſorum. *Vera ſcriptura,* Siracorum *Nam & à Strabone in* XI. τὰ τῶν Σιρακων φῦλα *dicuntur. Populi ſunt ad Caucaſum.*

Siraci populi.

PAG. 321 Eunonem qui Adorſorum genti præcellebat. *Straboni, Plinio, Ptolemæo, hi populi dicti,* Aorſi: *inter Scythas.*

Aorſi populi.

Noſtris in armis. *Aliter exaudio, quàm vulgus. id eſt, noſtri in lateribus erãt, & ad armos. Nec enim*

ſolis

Ayuntamiento de Madrid

*ſolos Romanos in armis fuiſſe cenſendum: ſed cum Aorſi in fronte agminis & tergo eſſent, in medio Boſphorani, Romanos latera tutatos eſſe. Niſi tamen legend.* noſtris armis. *ut dicat Boſphoranos, Romano ritu inſtructos armatóſque.*

Sed cratibus iunctis. *Vatic.* cratibus & vimentis. *probe.*

PAG. 322. Pleriſque centurionum interfectis. *A Rhenano eſt, ex emendatione, ut ait, codicis Bud. Nam mei manuſſ itémque editiones antiquæ omnes.* pleriſque conſularium. *Pro ea voce quid reſtituendum, nondum mihi liquet.*

PAG 323. Ne triumpharetur, néue capite pœnas expenderet. *Farneſ.* exciperet. *At de more ipſo plectendi in carcere triumphatos duces, ſuadeo omnino legas Fabrum lib.* II. *Semeſtr. cap* III.

Quanta peruicacia in hoſtem. *A M. Antonio Mureto eſt, qui ingenioſè veram lectionem peruidit. Nam vulgò erat,* quantalibet pertinacia in hoc tentata. *Peruicacia autem in Vat. ſcriptum.*

Iunium Colonem. *Hic & infrà emendo,* Cilonem. *Dio auctor lib.* LX. *faceta narratione inſerta ſuper hoc homine. Præfuerat Bithyniis, inquit. (nam Bithynia adiuncta, vt opinor, Ponticæ administrationi) & præfuerat nequiter, auarè. Queſti Bithyni apud Claudiū ſunt, popoſceruntq́, pœnas. Cùm parum inquid dixiſſet Bithyni alios in turba ſtrepituq́, adſtantiū, quid dixiſſent Bithyni alios interrogat. Ibi Narciſſus pronus in Cilonem, audaci mendacio edidit, gratias eos agere Ciloni. Tum ille, Præſit ergo eis alterū biennium. Dicitur autem Dioni* Ἰούνιος κίλων: *& firmat Velius Longus:* Cilones, ait, vocatur homines anguſti capitis & longi: chilones, à breuioribus labiis dicti. *Gloſſæ:* Cilo, στρεβλοκέφαλος. *Declamator in Salluſtiū, pro hominibus nequā improbiſq́,* Iunius Cilo. Narciſſi petulans nequitia. Vide Feſt. in Chilo. Cilones.



Ayuntamiento de Madrid

*accepit:* Quidquid impudicorum, cinædū, parricidarū, ſacrilegorum, debitorum in tota vrbe fuit.

PAG. 324. Memmio quondam Regulo. *Vide Sueton. in Caio cap. XXV. itemq́; Dionem. Statim,* vox Nuptiis, *abeſt Farneſi codici: & illæſa ſententia poteſt.*

Cadius Rufus, vel Tadius.

Damnatus lege repetundarum Cadius Rufus, *Malè ego olim,* Claudius, *nunc vir doctus, in Re nummaria,* Cordius *reſtituit. Eſt ille, de quo II Hiſtoriar.* Redditus Cadio Ruſo, Pedio Blæſo Senatorius locus: qui repetundarum criminibus ſub Claudio ac Nerone ciciderant. *Si mutamus: legerim,* Tadius.

Legatio libera olim ad peregrinandum.

Peregrinationes vetitæ Senatoribus.

Galliæ Narbonenſi datum, vt Senatoribus eius prouinciæ, iure quo Sicilia haberetur, inuiſere res ſuas liceret. *Libera rep. liberum Senatoribus peregrinari, etiam rei priuatæ cauſſa. Id tantum excogitatum, vt Legatio libera peteretur à Senatu, ſumereturq́; quo maiore abeſſent cum dignitate. Cicero ſæpe. At lapſa rep. in ſeruitutem, Senatoribus etiam adempta hæc libertas. Auguſtus id inſtituit imperio firmando, & nequis illuſtriorum commearet ad exercitus aut conciliare milites prouincialeſue poſſet. Dio eleganter* LII *in extremo:* προσέταξε πᾶσι βουλεύουσι μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτός τινι κελεύσῃ, ἢ καὶ ἐπιτρέψῃ. καὶ τοῦτο καὶ δεῦρο ἀεὶ φυλάσσεται. *id eſt:* Edixit omibus Senatoribus, nequis eorum peregrinari extra Italiam vellet, iniuſſu permiſſúue ſuo. quod interdictum ad hoc vſque æuum ſeruatur. *Quanquam præiuiſſe ad hoc factum Auguſto Iulius videtur:* qui ſanxit nequis Senatoris filius niſi contubernalis aut comes Magiſtratus peregrè proficiſceretur, *ait Sueton. cap* 42. *Vt libido mihi legendi,* nequis Senator Senatoriſue filius. *Si enim plus interdictum, ma-*

A Iulio exemplum videri.

Coniectura in Suetonio.

tur

*ior ratio vt Senatoribus ipſis. In vſu autem, vt commeatus peregrinandi à Cæſare ac Senatu peterentur. Suetonius Calig. cap.* XXIX. Prætorium virum ex ſeceſſu Anticyræ propagari ſibi commeatum ſæpius deſiderantem, cùm mandaſſet interimi, *&c quo loco recte ita vocula ſcripſerim,* Prætor. virũ ſeceſſu Ant. *Sed Claudius à ſe ſolo id peti primus inſtituit. Sueton. cap.* XXIII. *ſubobſcure:* Commeatus à Senatu peti ſolitos * ſui beneficij fecit. *cui lucem dona Dione:* τοῖς δὲ αὖ, *inquit,* αἰτουμένοις, ὥστε ἔξω τῆς Ἰταλίας ἀποδημῆσαι, ἐφίει μὲν καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἄνευ τῆς βουλῆς. τὸ γε μὴν καὶ νόμῳ τινὶ αὐτὸ δοκεῖν ποιεῖν, δόγμα γενέσθαι ἐκέλευσε. *id eſt,* Petentibus extra Italiam eundi commeatum, per ſe conceſſit, Senatu non conſulto. quod tamen vt lege aliqua facere videretur, iuſſit ſuper ea re confici Senatus decretum. *Vide &* LXXII. *Ad municipalem. Auguſtus tamen in hoc decreto ſuo Siciliam exceperat: ſicut nunc Claudius Narbonenſem. quia vtraque prouincia vicina & quaſi ſuburbana. Dio:* πλὴν γὰρ ὅτι ἔς τε τὴν Σικελίαν καὶ ἐς τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα, οὐδαμόσε ἄλλοσε βουλευτῇ ἀποδημῆσαι ἔξεστιν. *id eſt:* Excepta enim Sicilia, & Gallia Narbonenſi, nuſquam aliò peregrinari Senatori fas eſt. *Ad hoc Claudiano interdictum reſpexit Suidas, etſi id paullò aliter effert, in* Κλαύδιος, *Ait:* νόμον ἔθηκε μὴ δύνασθαι βουλευτὴν ὑπὲρ ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως ἐξιέναι, χωρὶς τῆς τοῦ βασιλέως κελεύσεως. *id eſt,* Legem tulit, ne cui Senatori abire vrbe ad ſeptimum lapidem fas eſſet, Principis iniuſſu.

Defunctis regibus Soheino atque Agrippa. *Quorum ille Arabum Ituræorum, hic Iudeæ rex. Sohemus autem ſcribendum, aut certè Soæmus ex Dione: non Sohennius, vt edition. vulgatæ. Dio de*

*Cali*

Cõmeatus, à Senatu & Cæſare.

Claudius eos ſui iuris fecit.

* Ideò in Tacito hic, *non exquiſita prin cipu ſententia.*

Sicilia ex imis.
Et Gallia Narbonenſis.

Strictius mul to hoc effert Suidas: nec ſcio an verè.

Soæmus rex

Ayuntamiento de Madrid

*Caligula. ἐν δὲ τούτῳ. Σοαίμῳ δὲ τὴν Ἰτυραίων τῶν Ἀράβων, καὶ Πολέμωνι δὲ πατρῴαν ἀρχὴν ψηφισαμένης τῆς βουλῆς ἐχαρίσατο. De Agrippa & mutatione ſecuta inde vide diffuſè Ioſephum* XX. *Antiquit.*

Augurium ſalutis.

PAG. 325 Salutis augurium. *Quod è tenebris primus eruit Politianus: quem licet legas Miſcell. cap.* XIII. *Dionem* XXXVI. *&* LI. *Feſtum in voce Maximus Prætor. Sed numerus in Tacito ſatin' verus? delibero. Nam ſuprema metio capiti huius Augurij apud Dionem eſt anno vrbis* DCCXXV. *cùm & Ianus item ab Auguſto clauſus. atque ab eo die ad huac* DCCCII. *vrbis annum, non* XXV. *vti hîc ſcriptum, ſed* LXXVII. *interſunt anni. Vt ergo verus iuſtuſq; hic numerus ſit, à Tiberij repetitum id augurium neceſſe eſt Cornelio Cethego, Viſellio Varrone Coſſ. anno vrbis* DCCLXXVII.

Dubitatum de numero Taciti.

Et pomœrium vrbis auxit Cæſar. *Idq; lapis etiam nunc teſtatur Claudius aui. Romæ:*

TI. CLAVDIVS
DRVSI F. CAISAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT.
VIIII. IMP. XVI. COS. IIII.
CENSOR P. P.
AVCTIS. POPVLI. ROMANI
FINIBVS. POMERIVM
AMPLIAↄIT. TERMINAↄITQ.

*Auxit, poſt Britanniam Romano imperio adiectam.*

Taciti ἁμάρτημα.

Iulius Cæſar pomœrium auxit.

Niſi L. Sulla & D. Auguſtus. *Non defendo te, Corneli, terras. Etiam C. Cæſar auxit interiectus inter eos duos. Agellius auctor lib.* XIII. *cap.* XIV. *Dio lib.* XLIV. *ταῦτά τε ἐποίει, καὶ νόμους εἰσέφερε, τό τε πωμήριον ἐπὶ πλεῖον ἐπεξήγαγε. Apud eundem Antonius in Laudatione Cæſaris funebri: ὃ καὶ τὸ πωμήριον αὐτ*

(τῆ τε

(τῆς πόλεως) ἐπαυξῆσαι, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κατασφαγῆς &c. *Cicero ad Attic. lib.* XIII. De vrbe augenda quid ſit promulgatum, non intellexi. id ſanè ſcire velim. *Iuuat tamen aliquid noſtrum, quòd Suetonius exacta in talibus diligentiæ, nihil huius in Iulio commemorat: & fortem concepta à Iulio res, perfecta demum ab Auguſto Nam ille nugator apud Senecam ridiculus, qui* Syllam vltimum Romanorum protuliſſe pomœrium tradidit: quod nũquam Prouinciali ſed Italico agro acquiſito mos proferre apud antiquos fuit. *Vide quæ huc faciunt, apud Vopiſcum in Aureliano.* De Breuit. vitæ. cap. 34.

Regum in eo ambitio vel gloria. *Conſule Onufrium in vrbe Roma.*

Mox ad Curias veteres. *Ita manuſ. & rectè. Varro de L L* Curiæ duorum generum. Nam & vbi curarent ſacerdotes res diuinas, vt curiæ veteres: & vbi Senatus humanas, vt curia Hoſtilia. *Feſtus:* Nouæ curiæ ad compitum Fabricum factæ, quòd parum amplæ veteres à Romulo factæ. *Plautus:* Suo veteribus ibi ſunt qui dant, quique accipiunt fœnore. *Liuius* XLIV. Ædes P. Africani pone Veteres ad Vortumni ſignum laneaſque (*ſcribe,* lanienaſque) & tabernas coniunctas in publicum emit. Curiæ veteres. Veteres, ἁπλῶς. Liuius correctus.

Adoptio in Domitium auctoritate Pallantis feſtinatur. *Agnoſce ergo lector, & tolle, librarij errorem (non enim ipſius Suetonij, ſcio) Neronis cap. 7.* Vndecimo ætatis anno à Claudio adoptatus eſt, Annæóque Senecæ iam tunc Senatori in diſciplinam traditus. *Adoptatus Nero* XI. *ætatis anno? Falſum, vel te iudice & indice Suetonio. Nam idem ſcribis* XVII. *anno ad imperium eum perueniſſe quod & Tacitus, & Dio adſtruunt. At qui ab hoc die ad imperium, anni interſunt non quinque.* Duodecimo. Erratum forte in Suetoniano numero.

mo, *ergo in Suetonio ſcribendum: ſi ratio quidem conſtatura eſt.*

In Claudia gente nulla adoptatio.

PAG 326. Adnorabant periti nullam ante hac adoptionem inter patricios Claudios reperiri. *Atque Tiberius Germanicum adoptauit, vti notum. Excuſabunt ij curioſi, quod Tiberius iam e Claudiis migrarat in gentem Iuliam.*

Atta Clauſus.

Eóſque ab Atto Clauſo continuos durauiſſe. *Secuti ſumus ſpectatæ fidei codicem V.at. qui adſertim habet* Atto Cluſo. *ſuperius tamen aliena manu, addito vt fieret, Attio. Vt mirer Iuriſconſultum Vertranium ſcribere duos Vatic.* Accio Clauſo, *referre. Sed ille quidem nobis impoſuit: ego ſi fallo, tum mihi quinos oculos*

Iratos, ſuppoſitis eruito manibus.

*Facit à Vatic. in eadem bibliotheca vetus Suetonius qui initio libri tertij.* Atta Claudio *præfert. Et quidni probabile, cum Clauſus recens è Sabinis eſſet, prænomen eum habuiſſe terminatione Sabinum? Emendandus itaque, me iudice, Liuius lib.* II. Atta Clauſus, cui poſtea Appio Claudio Romæ nomen fuit. *& lib.* X. Principem nobilitatis veſtræ, ſeu Attam Clauſum, ſeu Ap. Claudium vultis. *De Clauſo, manifeſtè poſt Virgilium Silius* XVII. *Punicor.*

Liuius emendatus.

Hic priſca ducens Clauſorũ ab origine nomen
Claudia.

Deſolatus quid.

Deſolatus paullatim etiam ſeruilibus miniſteriis. *Ita capio. Britannicus ſpoliatus exutuſque paulatim non ſolum honeſtiore comitatu, ſed etiam ſeruulis, cum Agrippina eos quaſi ad alia officia vertiſſet, auocaret. Deſolatus, μονωθεὶς, ſolus relictus: vt lib. I.* Nonianus operiendas Tiberij epiſtolas clamitauerat, mox deſolatus aliorum diſceſſione, imminentem neceſſitatem ſponte præuenit.



Ayuntamiento de Madrid

Siue verum, ſeu periculis commendatus retinuit famam ſine experimento. *Deſiſtite medici: nullum hic vulnus. Siue, inquit, reuera non ſegnis illi indoles fuit: ſiue pericula, & ex periculis fauor, hanc ei famam circumdederunt. Alternans hic ſermo per Tacito familiaris. Lib.* III. Longam continuam abſentiam paullatim meditans, ſiue vt amoto patre Druſus munia conſulatus ſolus obiret. *Lib* II. De ſe nihil addidit metu inuidiæ, an ratus conſcientiam factis ſatis eſſe. *Et exempla obuia.*

Veteranos coloniámque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipſius. *Parum ἀναλόγως ergo vulgò Colonia Agrippina dicitur, etſi ita paſſim in Æthico & Itinerario Antonini: melius Agrippinenſis, aut Agrippinenſium. Etiam Claudia agnominata, fide lapidis, quem totum adſcribamus ad gratiam celeberrimæ vrbis.* Colonia Agrippinenſis. Claudia dicta.

M. MARIO. M. F.
STEL. TITIO. RVFINO
COS.
LEG. LEG. I. MINER. P. F.
CVR. COL. CLAVD. AVG.
AGRIPPINENSIVM
PROCOS. PROV. SICILIAE
CVR. AMITERNOR. PRAEF.
TR. PL. Q. PROV. MACEDON.
SEVIR. TVRMAR. EQ. ROM.
TRIB. LATICL. LEG. I. ADIV. P. F.
IIII. VIRO. STLITIBVS. IVDIC.

*Quo iure deducta colonia fuerit, Paulus libro* II. *De cenſibus:* In Germania inferiore Agrippinenſes iuris Italici ſunt. Iuris Italici fuit.

Eam gentem auus Agrippa in fidem acciperet. *Quod factum credo Agrippa & L. Gallo Coſſ. anno vrbis* DCCXVII. *ex Dione lib.* XLVIII.

Aduen

LIBROS DEL DR. L. MARCO

Ayuntamiento de Madrid

Aduentu Cattorum latrocinia agitantium. Deinde L. Pomponius legatus. *Parũ cohæret narratio. Cui rei enim illud.* Deinde? *Vereor vt exciderint ea quæ de Sulpicij Galbæ & P. Gabinij expeditione aduerſum Catos Marſóſque Dio narrauit, lib. LX. Quanquam ea geſta annis aliquot antè.*

Fortaſſe mutilus locus.

PAG. 327. Poſt quadrageſimum annũ *Iuſta ſupputatio. Clades illa enim accepta, anno* DCCLXIII.

Sueuis à Druſo Cæſare impoſitus. *Non genti toti Sueuorum, ſed iis qui Maraboduum & Catualdum reges comitati erant:* qui à Druſo, ne quietas prouincias immixti turbarent, Danubium vltra inter flumina Marum & Cuſum locati ſunt, dato rege Vannio gentis Quadorum, *ait noſter lib.* II. *Annal. Vannij regnum in parte deſcribit Plinius:* Campos & plana Iazyges Sarmatæ, montes verò & ſaltus pulſi ab his Daci ad Pathiſum amnem, à * Moro ſiue is Duria eſt, à Sueuis regnóque Vanniano dirimens eos.

Vannianum regnum.

*Neſcio an corr. Maro.

Mox diuturnitatem in ſuperbiam mutans. *Lego,* diuturnitate. *Mutans, pro mutatus. quod apparet ex manuſſ. Varro:* In priore verbo graues proſodię quæ fuerunt, manent: reliquæ mutant.

Mutare.

Sido. *Ille ipſe qui poſteà in partibus Veſpaſiani. Tacit. III. Hiſtoriar.* Trahuntur in partes Sido atque Italicus reges Sueuorum.

Sido rex.

P. Attilio Hiſtro. *Vatic.* Atellio. *In veteri inſcriptione reperio hominem: quæ ſic habet fide Aldi.*

Palpelius Hiſter.

SEX. PALPELIO. P. F. VEL.
HISTRO
LEG. TI. CLAVDI. CAESARIS
AVG. PRO. COS
PR. TR. PL. X. VIR. STL. IVDIC.
TR. MIL. LEG. XIV. GERMANICAE
COMITI. TI. CAESARIS. AVG.

DA

Ayuntamiento de Madrid

DATO. SVB. DIVO. AVG.
*Quæ ſi ad illum referenda, quod ego cenſeo: legend. hi.*, ſcripſitque Palpelio.

PAG. 328. Quod Vannius triginta per annos: *Legitima ratio eſſet* XXIII. per annos.

Egregia aduerſus nos fide. *Ita Vatic. Liuius lib* V. Quanquam aduerſus Rom. nulla eis amicitia erat. *Noſter lib.* III. Et priuignis cum vitrico leuior neceſſitudo, quàm auo aduerſus nepotem. *At vulgò*, apud nos fide *legeru, non Latinè.*

Cinctóſque caſtris Antonam & Sabrinam fluuios cohibere parat. *Aciem omnem habui ad hunc locum, nec quidquam peruidi. Libri vet.* cunctiſque caſtris. *Forte.* detrahere arma ſuſpectis, cunctiſque caſtris Antoniam ad * Sabrinam fluuium cohibere parat. *Antona ſanè ciuitas videtur, manétque hodie* Northamptona *: quaſi dicas Septentrionalis Hammonis ciuitas. Nam* Ton, *priſcis Britannis ſemper ciuitas. Olim diuinaui*, cinctóſque caſtris, Antona & Sebrina fluuiis. *eo ſenſu, vt hoſtem vagum & metuentem pugna partim caſtris partim fluminibus cingeret, & ab effuſa populatione arceret. Sed ludimus aleam, in loco fortaſſe non pleno.*

Locus obſcurus.
* Sabrina fl. Ptolemæo eſt Sabriana.

PAG. 329. Præliis concuſſa. *Farn.* contuſi.

Turmas quoque equitum. *Ita edidi, quia ſcio nunquam turmas peditum dici, quod tamen ii. vi omnes præ ſe ferunt. Poſſis & legi*, Turmas, quodque peditum. *Sed placet prius.*

Colonia Camalodunum valida veteranorum manu deducitur. *Quod oppidum antea, regum in eo inſula ſedes. Dio* καμουλόδουνον τὸ τῆς κυνοβελίνου βασίλειον *appellat. At Camalodunum lapidi priſco inſcriptum, credo, cecidiſti.* CENSITOR. CIVIVM. ROMANORVM. COLONIAE. VICTRICENSIS. QVAE EST. IN. BRITANNIA.

Camalodunum oppidũ.



Ayuntamiento de Madrid

Id duplex. CAMALODVNI. *Duplex autem eo nomine oppidum, alterum in Brigantibus, alterum in Trinobantibus, colliges ex Ptolemæo Pliniòque. Neſcio an nomen illud a peculiari aliquo & indigena Deo: cuius ſo icam mentio in hoc lapide:*

Camulus indigena Deus

CAMVLO. SANC.
FORTISS.
SAC.
TI. CLAVDIVS. TI. F. QVIR.
TERTIVS
MIL. COH. VII. PR. T. VERI
L. D. D. D.

Caratacus Rex.

PAG. 330. Caractaci viribus confiſos. *Dio Κα-ταράκτον nominat, alij Cataractum: Zonaras Ca-ratacum. Caradocum vocaſſe videntur Britanni. Certè etiam hodie locus eſt, & in eo parietinæ arcis, quem* Cae Caradoc *vocant: id eſt, oppidum ſiue arcem Caradoci.*

Acies barbara per nationes.

Cateruáque* maiorum pro munimentis conſtiterant. *Lege,* cateruæque nationum. *Solitum ita Britannis Galliſque, ſtruere aciem per nationes, vt diſcreta virtus emineret.*

Aut ſeruitutis æternæ initium fore. *Neſcio an elegantius veriúſque,* aut ſeruitutis æternæ fore, *voce deleta.*

Diſcrimen aliquod inter arma legionariorum & auxiliariorum.

PAG. 331. Spatis & haſtis auxiliarium. *Obſerua diuerſa eo æuo arma inter legionarios, auxiliaréſque. illis gladios & pila, his, ſpatas & haſtas tribuit.*

Numerus falſus.

Victoribus traditus eſt, nono poſt anno, quàm bellum in Britannia cœptum. *Atqui bellum cœpit Claudio tertium L. Vitellio ſecundum Coſſ. vt Dio clarè tradidit: nec inde ad hunc diem plus annos ſeptem numeraueris. Vt ſuſpicio iure numeralis mendi ſit. Pugnant etiam hæc cum iis quæ tertio hiſtoriar. ſcribuntur.* Carthimandua, *inquit*, Brigantibus

A ſeipſo diſſenſus Tacitus.

impe

Ayuntamiento de Madrid

imperitabat, pollens nobilitate: & auxerat potentia, poſtquàm capto per dolum Rege Caractaco inſtruxiſſe triumphum Claudij Cæſaris videbatur. *Nam triumphus Claudij aliquot annis anterior, nec in eo hercle ductus iste Caractacus. Vt nihil dici poſſit, quàm Tacitum in hiſtorijs aut memoria feſellerit, aut praeuexerit calor quidam ſcriptionis.*

PAG. 331. Campo qui caſtra præiacet. *Vatic.* caſtris. *Et ſtatim lego*, regiis clientelis.

Et ſupplicium mei obliuio ſequeretur. *Lego*, ſequetur, *& diſtinctione ſententiam expedio:* Et ſupplicium mei, obliuio ſequetur: at ſi incolumem, *&c.* Diſtinctio repoſita.

PAG. 333. Ac ni citò vicis & caſtellis proximis ſubuentum foret. *Editione priſca*, citò nunciis. *Suſpicor*, ni citis nuntiis è caſtellis. *Malo etiam mox*, promptiſſimus quiſque è manipulis cecidere. *Et*, cohortes expeditas oppoſuit.

Temerè, prouiſa. *Verius*, prouiſu.

PAG. 334. Vt maior laus compoſiti, vel ſi durauiſſent. *Indicaui deeſſe olim aliquid, malè. Scribe tantum*, compoſitis, *& ſententia liquida erit.*

PAG. 335. Virilis toga Neroni maturata. *Bene, maturata. Non enim ex ritu populi Rom. debebatur ante expletum annum* XIV. *At ipſi, ineunte cepit. Tertullianus de anima*: Iura ciuilia abhinc (*id eſt, à* XIV. *anno*) agendis rebus attemperant. *Idem de virginibus velandis*, Ethnici feminas quidem à XII. annis, maſculos verò à duobus amplius ad negotia mittunt. *Nec alius ſententiæ illud Cornelij infrà lib.* XIII. Turbatus his Nero, & propinquo iam die quo quartumdecimum ætatis annum Britannicus explebat. *Nota quod ait*, explebat. *quia tunc referendus in viros, & ideò ab eo* Toga virilis quando data. Tacitus explicatus.



Ayuntamiento de Madrid

*meus. Hoc verum eſt. nec velim pendere vltra viros doctos in Tyrocinij legitimo die. Nam quod Auguſt. ut aliique ſerius ceperint togam: ab alia quauis cauſſa fuit, non à lege aut more.*

Vt viceſimo ætatis anno Conſulatum iniret. *Decretum fruſtrà. Conſulatum enim iniit decimoſeptimo ætatis anno: ſed iam princeps, & legũ ſecurus.*

Proconſulare imperium. *Inſigne faſtigij Cæſaribus: quod ea mente etiam Germanico tributum fuit, lib. 1.*

Tali occaſione obuij inter ſe. *Quæ hæc occaſio? Non enim præceſſit: nec ad Circenſes velim referri. At tu diſtingue,* Etiam libertorum ſiquis in corrupta fide depellitur, tali occaſione, Obuij inter ſe, *&c. Remouendi enim miniſtros fidiores occaſio, nata ex hoc, quod denarrat, facto.*

Iuſſerit populus. *Rogata enim lex fuit, qua in familiam Claudiam, & nomen Neronis tranſiret, vt ait ſupra.*

PAG. 336. Carpento capitolium ingredi. qui mos ſacerdotibus & ſacris antiquitus conceſſus. *Emendatio à libris eſt. Nam vulgata quid ineptius,* & ſacris Druidibus? *qui nihil ad res moresq́, Romanos. Ex qua voce tamen Pythæus acutè,* virginibus, *faciebat. Sacerdotes, Veſtales capio: ſacra, de iis ipſos ſtatuáſque, quas pompa Circenſi traduci in carpentis mos fuit. De Veſtalibus, Prudentius:*

Veſtales in carpento venium.

Fertur per medias vt publica pompa plateas
pilento reſidens molli.

*Dixit enim Pilentum, pro carpento. imò ambigo an vectabula ea diuerſa. Idémque de ſacerdotibus fœminis vniuerſè Artemidorus adſignificat, libro 1. cap. LVIII. vbi curru in ſomniis per vrbem vehi, liberis mulieribus & virginibus bona ſacerdotia ait portendere. Scilicet quia id ſacerdotum inſigne. De dijs,*

*aut*

Ayuntamiento de Madrid

*aut conſecratis, Suetonius Claudio, cap.* XI. Matri carpétum, quo per Circum duceretur. *Item Calig. cap* XV. Matri Circenſes carpentúmq; te inſtituit, quo in pompa traduceretur. *Olim tamen commune fuiſſe videtur, vt matronæ vulgò carpentis veterentur ad ſacra. Ouidius:*

Item diis & relatis in deos.

Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant;

Olim matronæ omnes in carpentis.

Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

*Liuius lib.* XXXIII. Ne mulier iuncto vehiculo niſi ſacrorum publicorum cauſſa veheretur. *Sed exoleuit ſcilicet ille mos, vtique poſt repertas lecticas. & manſit ſaltem in veneratione ſacerdotum, deorúmque. Prima Meſſallina honorem hunc à Senatu cepit: καὶ τῇ Μεσσαλίνῃ, ait Dio, τὴν προεδρίαν ἣν καὶ ἡ Λιουία ἔσχεν, καὶ τῷ καρπέντῳ χρῆσθαι ἔδοσαν. & iuxta eam Aggripina nunc, de qua idem ſcriptor: καὶ ἡ μὲν ταχὺ καὶ αὐτὴ Μεσσαλῖνα ἐγένετο, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ τιμὰς ἄλλας τε καὶ τῷ καρπέντῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν. Poſteáque etiam* * *Præfecti prætorio carpentis vſi, & (niſi Vopiſci locus in Aureliano initio fallit) etiam Præf. vrbis. Et mos ſatis certus; hæreo in Corneliana ſaltem lectione. Ait in Capitolium ingredi carpento, conceſſum, Agrippinæ, quid in Capitolium tantùm? vereor vt nimis anguſtè: & certè non ad exemplum Meſſallinæ, quæ etiam carpento mariti ſui currum ſecuta, triumphantis. Denique Dio laxè, ἐν ταῖς πανηγύρεσι, ait. id eſt, perfectos omnes dies lætóſque. Nec tamen muto quidquam aut repono. Carpenti formam veram ernes ex Numis Agrippinæ: & qui differat à rheda, aliquid apud Pauſaniam lib.* V. *in deſcriptione Olympiæ ludorum.*

Cui primùm habitus carpenti honos.

* Caſsiodo. lib. VI. in formula præf. præt. Symmachus lib. X. diſt. XVII.

Suſpecta verba Taciti

Sacris Druidibus. *Vox reicula vnde irrepſerit, meritò quæro. non enim fortuita eſt, nec à librario*

*temerè inculcata. Galli ſanè olim vſi carpentis, ſcio. ſed pugnæ cauſſa, non honoris: nec Druides ſoli, ſed vulgus. Suſpicari liceat (proinde vt fracti hi libri ſunt) ſcriptum hîc aliquid de Druidibus fuiſſe, quorum religionem nomẽque, quantum in ſe fuit, Claudius ſuſtulit, Seneca in Menippea Claudiana, & Suetonio teſte. Etſi Plinio ad Tiberium id referre viſum, lib.* XXX. Tiberij Cæſaris, *inquit,* principatus ſuſtulit Druidas Gallorum, & hoc genus vatum medicorúmque. *Sed Tiberium ſcilicet in vrbe tantum ſuſtuliſſe, Claudium in Gallia ipſa.*

Druides à Claudio ſublati. A Tiberio, vt vult Plinius.

Quam Imperatore genitam, ſororem eius qui rerum potitus ſit, & coniugem, & matrem fuiſſe vnicum ad hunc diem exemplum eſt. *Inter Romanos dumtaxat. aliàs parum cauta adfirmatio: ſicut & illa Pliniana, lib.* VII. *niſi reſtringas ad Græcos.* Vna feminarum in omni æuo Lampido Lacedæmonia reperitur, quæ regis vxor, regis mater fuit. *Nam apud Ægyptios aliòſque Barbaros ſunt exempla.*

Eximium quid in Agrippina.

Hactenus Vitellius voluerat. *Potuiſſet enim ſæuire in mortem eius: ſed contentus hac quaſi deportatione fuit.*

PAG. 337. Quindecim dierum alimenta. *Id eſt, Canon dierum* XV. *Maius autem iſto periculum ſub Caio, cum ſeptem aut octo certè dierum cibaria tantùm ſuperfuiſſe Seneca notat ad Paulinam, cap.* XVIII.

Modeſtia hiemis rebus extremis ſubuentum. *Ita capio, vt dicat modeſta & quieta, præter ſolitam, hieme anni, frumentum nauibus ſubuectum: quod aliàs hieme aduehi, non moris. Vide Suetonium, cap.* XVIII. *Hæc ſcriptura codicum. alij tamen,* modeſtia vrbis, *alij,* moleſtia hiemis *reponunt. malè, malè.*

Modeſtia hiemis.

At

Ayuntamiento de Madrid

At hercule olim ex Italiæ regionibus. *Querela quæ expreſſa videri poſſit ex illa Varroniana:* Igitur quod nunc intra murum ferè patres familiæ correpſerunt, & manus mouere maluerunt in theatro ac Circo quàm in ſegetibus ac vinetis: frumentum locamus qui nobis aduehant, qui ſaturi ſiamus, ex Africa & Sardinia. *Poſt bella certè ciuilia, & fuſum tantum ſanguinis, Italiæ inducta vaſtitas. Lucani ea in re ſententias opera ſit legere lib.* VII. Vaſtities Italiæ, & deſertio Agricultus.

Iuuenem potentiæ promptæ. *Malo,* promptum.

PAG. 338. Ignaro & ornante inſuper Mithridate. *Ita emendaui, neſcio an rectè. Diſtinctione potius peccatum eſt, ſcribendúmque:* Ignaro & orante i. Mithridate, reconciliationis ſpecie, *&c. ſententia continuante.*

Quæ fraude confici potuerint, prompta nunciat. *Ita emendauimus. Malè vulgò,* qua fraude confici potuerit, promptè nunciat. *Sententia eſt. parata ſibi promptáque, quæ ad fraudem ſpectent: cetera vim requirere.*

PAG. 339. T. Vinidium Quadratum præſidem Syriæ. *Vetus liber,* Tumidium. *Verum nomen, Numidium. Ex Ioſepho lib.* XX. *qui vocat diſertè,* νυμίδιον κοδράτον τῆς Συρίας προεστηκότα. *Sed & Plinius in Epiſtolis non vno loco docet gentile nomen Quadratorum Numidium eſſe. Ita lib.* VII. *Numidia Quadratus adoleſcens.* Numidia gens reſtituta.

PAG. 340. Prouiſum illic ſacrificium imperatum dictitans. *Superfluit verbum alterum. quid enim refert prouiſum ſacrificium, an imperatum dixeris? Vera, puto, lectio:* prouiſu ſuo.

Implicare dextras, pollicéſque inter ſe vincire. *Morem hunc ſanciendæ priuatim publicéque* Mos mirus amicitiæ firmandæ.



Ayuntamiento de Madrid

*amicitiæ vſitatas eſſe Scythas, Armenios, & in ea ora gentes legi. De Scythis Lucianus in Toxari, ſiue de amicitia:* ἐπὰν γὰρ ἐντεμόντες ἅπαξ τοὺς δακτύλους, ἐνσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα, καὶ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες, ἅμα ἀμφότεροι ἐπισχόμενοι πίωμεν, οὐκ ἔστιν ὅ, τι μετὰ τοῦθ' ἡμᾶς διαλύσειεν ἄν. *De Armeniis Valerius libro* IX. Sariaſter aduerſus patrem ſuum Tigranem Armeniæ regem ita cum amicis conſenſit, vt omnes dextris manibus ſanguinem mitterent, atque eum inuicem ſorberent. *Et vniuerſè Tertullianus Apologetico:* Legite necubi relatum ſit, defuſum brachiis ſanguinem ex alterutro deguſtatum, nationes quaſdam fœderi comparaſſe. Neſcio quid & ſub Catilina deguſtatum eſt. *Sed nec Romanis ipſis ignota cruenta potio quæ Aſſiratum iis dicta, quoniã Aſſer, ſanguis, vt aiunt Gloſſæ. Feſtum ita capio.* Aſſiratum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino & ſanguine temperatum, quòd Latini priſci ſanguinem Aſſir vocarent. *Etſi fortaſſe ea potio olim in ſacris, quod ſuadere videtur Salluſtius:* Fuere, *inquit*, qui dicerent Catilinam humani corporis ſanguinem vino permixtum in pateris circumtuliſſe, inde cùm poſt exſecrationem omnes deguſtauiſſent, ſicuti in ſolemnibus ſacris fieri conſueuit, aperuiſſe conſilium ſuum. *Ait enim conſuetum in in ſollemnibus ſacris.*

In Scythis.

In Armeniis

In Romanis etiam forſitan.

Aſsiratum.

Feſtus illuſtratus, & Salluſtius.

Sanguinis guſtus, ad ſacra.

Iniiciuntur catenæ ac compedes, quod dedecorum Barbaris, trahebatur. *Haſi ipſe olim in his vinclis: vnde facilè me nunc expedio, ſcribóque:* iniiciuntur catenæ: ac compede, quod dedecorum Barbaris, trahebatur. *Ad morem Romanum Tacitus narrat, Iniectæ, inquit, catenæ: imò & oblonga compede per viam tractus. qui ritus apud Romanos quidem receptus eſt in cuſtodia militari, at apud*

Reſtitutus Tacitus.

Catena trahi, ignominioſum Barbaris.

*Barba*

*Barbaros dedecori habetur & ignominiæ ſummæ. Veriſſima lectio, ſententiáque. Ita Athenæus Manium Aquillium (quaſi per ſummam ignominiam tractum deſcribit ab equite catenam longam habente. quem locum omnino vide tranſſcriptum à me ex Athenæo ſuprà de cuſtodia militari, lib. III.*

Fortunæ commutationem. *Male vulgò*, commotionem.

PAG. 341. Omnes ſcelus externum. *Sententiæ reddita lux, ſi ſcribas,* Omne ſcelus, *littera detracta: vt ſint verba ex oratione cenſentium.*

Si cum gloria adeptus foret. *Scribo hæc omnia:* quanto id magis ex vſu, quàm ſi cum gloria adempta forent?

Cùm priuatas olim conuerſationes curaret. *Deprecor inuidiam: ſed profectò hunc locum, ſi quem alium propitys Muſis reſtitui, hoc modo:* Cùm priuatus olim conuerſatione ſcurrarum iners otium oblectaret. *Claudius ante imperium vilis, abiectus, ſcurris & ſordiſſimis hominibus conuixit: è quorum contubernio ſuper veterem ſegnitiæ notam, ebrietatis quoque & aleæ infamiam ſubijt, ait Suetonius cap. V. Inter eos hic Pelignus. Libri veteres, quorum veſtigia inſiſti, habent,* cum priuatis olim conuerſationes curaret, iners otium obiectaret. *vnus Vatican.* cur lationes, *pro*, conuerſationes. Claudius in ſcurris deditus, & ambubaiis.

PAG. 342. Placida illuuie ſpirantem aduertere paſtores. *Sic lib. II.* Octo aquilæ, petere ſiluas viſæ, aduertêre Imperatorem. *Id verbum ea notione reddendum Liuio, lib. I. de Metio Curtio in paludem coniecto:* aduerterátque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri. *Id eſt, converterat illuc animos oculóſque Sabinorum. Nam libris omnibus*, auerterat, *ſcriptum, alio ſenſu.* Aduertere quid. Liuius correctus.

PAG. 343. Vt ignaro domino ad id prolapſa,



Ayuntamiento de Madrid

in ſeruitutem ſui conſenſiſſet, & qui nati eſſent pro libertis haberentur. *Non prompta lectio ſententiaque huius loci mihi quidem. Nam alij: omnia liquent. Aiunt non dubiam ſententiam eſſe hanc: mulierem liberam, quæ cum alieno ſeruo ſolita ſit domino inſciente, ſeruam fieri velut proprio conſenſu: & natos item ex iis, liberos non haberi. Itaque nunc nuper ecce emendauit vir doctus,* vt ignaro domino ad id prolapſa, in ſeruitutem, ceu conſenſiſſet: & qui nati eſſent, pro liberis ne haberentur. *Sed mihi, per bonam gratiam, ius ſit diſſentire. Nego alterum illud membrum, de natis ex eo cœtu in ſeruitutem habendis, vſquam reperiri in legum libris: atque contra ius eſſe. Fauor libertatis expoſcit, vt nati è libera ſint liberi: adeóque ſuperueniens calamitas matris, nocere ei qui in vtero eſt non debet, vt ſufficiat matrem liberam vel medio tempore habuiſſe. Paullus libro* II. *Sentent. tit.* XXIIII. *Marcianus l. V. De ſtatu hominum. Quo iure ergo ſerui iſti? Clementius vulgata lectio aiebat,* pro libertis haberentur: *ſed non verius. Quomodo enim libertus, qui nunquam ſeruiit? Adde quòd manuſcriptis veſtigium nullum eius membri. verba, inquam, ea,* & qui nati eſſent, *abſunt manuſcriptis omnibus, etiam Budenſi. Vt mihi quidem Farneſiani codicis ſcriptura certa ſit:* vt ignaro domino ad id prolapſa, in ſeruitute: ſi conſenſiſſet, pro liberta haberetur. *Optimè. Duplex videlicet eius SC. membrum: in eas quæ ignaro quæque ſciente domino, peccatum id peccaſſent. Et ſi quidem ignaro, ait lex: ſerua eſto. ſin volente, habetor pro liberta. Omnino enim propoſitum legiſlatori à ſeruili contubernio abſtinere lubricum ſexum: & ſiue ſciente, ſiue inſcio domino ea mixtio, poſuit pœnam. ſed diuerſam, & pro gradu noxæ intentiorem remiſſioremque. Sed cui rei, inquies, fuerit pro liberta? Huic,*

De ſententia Claudiani Senatuſconſulti. Quid aliis viſum.

Falſo.

Quid mihi. & Tacitus emendatus. Duæ partes eius conſulti.

Pro liberta eſſe, cui bono.



Ayuntamiento de Madrid

*ut vinculo aliquo teneatur domino ſerui, ad operas libertorum aliáque eius ordinis præſtanda. Ius item domino in feminæ bonis: & quicquid in veram libertam.* Sed rectè, pro liberta: *non enim liberta verè. Rettulit hoc ipſum decretum poſteà (credo quia adoleuerat, incertia temporum, & inuſu) Veſpaſianus princeps, de quo Suetonius:* Auctor Senatui fuit decernendi, vt quæ ſe ſeruo alieno iunxiſſet, ancilla haberetur, *ita tamen, vt apud Iuriſconſultos nomen manſerit conſulti Claudiani: non à Claudio Pallante, qui repertor, ſed a Claudio principe qui rettulit. Plura ad hanc rem petes, ſi opera tibi eſt, à P. Fabro lib. I. Semeſtr. cap. XXV. Re uera enim ad aſciam factum, quidquid dedolauit ille faber.*

Pallanti prætoria inſignia, & centies quinquagies H-S. *De quo inſcriptio:*

TI. CLAVDIVS. AVG. L.
PALLAS
HVIC. SENATVS. OB. FIDEM
PIETATEM. QVE. ERGA
PATRONOS. ORNAMENTA
PRAETORIA. DECREVIT
ET. H-S. CENTIES. QVIN
QVAGIES. CVIVS. HONORE
CONTENTVS. FVIT

Pallantis exi mij honor.

*Et indignatur iure in hoc facto maior Plinius, lib. XXXV. (ad Pallantem enim ea refero) cap. penult.* Hoc eſt inſigne vænalitiis gregibus, opprobriumque inſolentis fortunæ. quos & nos adeò potiri rerum vidimus, vt prætoria quoque ornamenta decerni à Senatu, iubente Agrippina Claudij Cæſaris, viderimus: tantumque non cum laureatis faſcibus remiti illò, vnde cretatis pedibus aduenissent. *Itémque minor lib. VIII. epiſtolar. epiſt. V. quem vide.*

Con

Conſul deſignatus Barea Soranus. *Lego in lapide,*

Q. MARCIO. BAREA

T. RVSTIO. NVMMIO COSS.

Bareas Soranus ex gẽte Marcia.

*Si de iſto, habemus viri celebris gentile nomen.*

Pallas per infamem adulationem è regibus Arcadiæ.

Quod regibus Arcadiæ ortus. *Vide quæſo mancipium hoc togatum. Pallantem ad regum ſtirpem refert: credo, quia Pallas aliquis Virgilio alijsq́; inter Arcadum reges. O opprobrium omnium Scipionum & digniſſimè domino Pallante! Nos hunc nequiſſimum ſeruum trans mare aduectum inter venalia, ex Plinio ſcimus: & eundem Antoniæ matri ſeruijſſe, ex Ioſepho, libro* XVIII. *qui* πάλλαντα *appellat* τὸν πιςότατον τῶν δούλων αὐτῆς. *Ab ea ergo ad Claudium peruenit.*

Is anteà ſeruus Antoniæ.

PAG. 344. Fixum eſt publico Senatusconſultum. *Ita libri ſcripti: & non abhorret à Corneliana phraſi. At vulgò,* ære publico, *legas, non ſine additamenti ſuſpicione.*

Quando primum in Iudæa Felix.

Felix iampridem Iudææ impoſitus. *Non hercle ita pridem, ſi Ioſepho in gentili hiſtoria credendum. Præpoſitus enim demum Iudææ eſt, poſt damnatum Cumanum. Ioſephus lib* II. Ἰουδαϊκῆς ἀλώσεως, *cap.* XXII. *clarè:* μετὰ ταῦτα, *inquit,* Ἰουδαίας μὲν ἐπίτροπον φήλικα τὸν πάλλαντος ἀδελφὸν ἐκπέμπει, τῆς τε γαλιλαίας καὶ σαμαρείας καὶ περαίας. *Vt fortaſſe hìc reſcribendum ſit.* Felix haud pridem Iudææ impoſitus.

Coniectura in Tacito.

De nomine Felicis.

*Hunc libertum, Claudium Felicem Ioſephus, Suidas, Zonaras nominant. at Antonium Felicem, Tacitus lib.* V. *hiſtor.* Antonius Felix per omnem ſæuitiam ac libidinem, ius regium ſeruili ingenio exercuit. *Ne te turbet, ſcies pleroſque iſtos è libertis Antoniæ matris fuiſſe. eoq́; binomines, aliàs principis, aliàs patronæ mortuæ nomen tuliſſe.*

Liberti interdum binomines.

Cognita cæde Caij[a] haud obtemperatũ eſſet.

Lacu

Ayuntamiento de Madrid

*Lacuna hic & hiatus. quem tamen ab hiſtoria facilè expleuero. Tangit enim motum illum Iudæorum, qui Caligula imperante fuit, ob ſtatuas eius in templo erigi & coli iuſſas. Tacitus lib. V. Hiſtor.* Dein iuſſi a C. Cæſare effigiem eius in templo locare, arma potius ſumpſêre. quem motum Cæſaris mors diremit. *Et diſce rem omnem è Ioſepho lib. II. ἁλώσεως itemq; XX. ἀρχαιολογίας. Tangit, adſero, illum motum. argumento claro in his verbis,* Cognita cæde Caij. *&:* manebat metus, ne quis principum eadem imperitaret. *Qui aliter medicinam adferunt: aberrant. Sed quid hoc, inquiunt, ad Felicẽ, qui tantò póſt ſucceſsit? Nã ille quidẽ motus Petronio procuratore fuit. Dicã. Repetit rem ab alto Tacitus, & initiũ recenſet motuum ſecutorum, quos auxit accenditque infelix iſte Felix. Apud Suidam tamen alterius mentio turbæ, cui componendæ Felix electus: στασιαζόντων (inquit in voce Κλαύδιος) τῶν Ἰουδαίων κατὰ Χριστιανῶν, ἄχρι τοῦ ἐπέστησεν αὐτοῖς Κλαύδιον Φήλικα, κελεύσας αὐτῷ τιμωρεῖσθαι τούτους.*

Iudæorũ ſub Caio tumultus.

Caius effigiẽ in ſacerrimo templo coli vult.

Alia Iudæorum turba cũ Chriſtianis.

Ita diuiſis, vt huic Galilæorum natio, Felici Samaritæ parerent. *Apud Ioſephum Felicis adhuc nullæ partes: contráque Cumanus à Samaritis ſtetiſſe legetur. Sed tu eum vide, non vna in re à noſtro diſſentientem libro* XX. *Antiq. cap.* IIII. V.

Aliud à Tacito Ioſephus ſentit.

PAG. 345. Damnatus flagitiorum quæ duo deliquerant Cumanus. *Apertè magis & diſtinctè ſcriptor Iudæus. Negat à Quadrato damnatum Cumanum, ſed ipſum cum Celere Tribuno miſſum ad Cæſarem, qui de re cognoſceret ſtatueretq;. Itaque Cumano exſilium irrogatum: Celerem remiſſum Hieroſolyma, & vicatim diſcerptum.*

Auguſtus ſtructo cis Tiberim ſtagno. *De quo Suetonius:* Edidit nauale prœlium, circa Tiberim cauato ſolo, in quo nunc Cæſarum nemus.

Etiam hic Naumachia Auguſti.

Clau

Claudius triremes quadriremeſque & vndeniginti hominum millia armauit. *Cenſemus reponi numerum debere, ſcribimúſque,* Claudius centum triremes. *Tot enim fuiſſe, credimus Dioni οἱ δὲ ναυμαχήσοντες, ἔφη, θανάτου καταδεδικασμένοι ἦσαν, καὶ πεντήκοντα ναῦς ἑκάτεροι εἶχον, οἱ μὲν Ῥόδιοι, οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομασθέντες. Si vtrinque naues quinquaginta: in vniuerſum ergo centum. Idémque numerus in Xiphilino. At ecce Suetonius duodenas duntaxat nominat:* Hoc ſpectaculo, *ait,* claſſis Sicula & Rhodia concurrerunt duodenarum triremium ſingulæ. *Falsò. Omitto Dionem: ſed quomodo hominum illa vis in duodenis vtrinque nauibus? quando vndeuiginti millia pugnaſſe hanc naualem pugnam Tacitus exprimat disertè. Non ergo abeſt quin ad Dionis reique fidem corrigendus Tranquillus ſit,* quinquagenûm triremium.

Vox numeralis deficit Tacito.

Suetonius in hoc nauium numero manifeſto lapſus.

Correctus igitur.

Cincto ratibus ambitu. *Quid ſi,* cratibus? *aut,* trabibus? *Tale quid ſubſtitueris non inuito Dione, qui lacum muro ligneo circumdatum ſcribit: τεῖχός τε περὶ τὴν λίμνην ξύλινον κατεσκεύασε, καὶ ἴκρια ἔπηξε. Eius ergo quaſi valli tutelæ præpoſitus Prætorij miles.*

Diuinatio, ad mentem Dionis.

PAG. 346. Claſsiarij tectis nauibus. *Ita reſtitui, pro,* rectis. *Tectæ naues, idoneæ ad pugnam, αἱ τὰ καταστρώματα ἔχουσαι, vti Thucydides appellat. Sed quinam hic claſſiarij? verum naumachiarij, iique qui damnati ad pugnam? Iure ambigas. & potius eſt, vt intellegas militem è claſſe, qui tranſductus in eum lacum, pariter ad tutelam. Ita enim res geſta videtur, ad coercendam tantam multitudinem, & nequid in deſperatione grauius auderent: in terra Prætorianus miles, in lacu ipſo claſſiarius præſidium habuit. in medio, pugnaturis. Tamen & vulgatum intellectum non damno.*

Tectæ naues.

Claſsiarij. pro militibus, vt Tacito plerũque.

Ipſe

Ipſe inſigni paludamento, neque procul Agrippina aurata chlamyde. *Dio etiam Neronem adiungit. ὁ δὲ Κλαύδιος, ὅ, τε Νέρων ςρατιωτικὰς ἐς ἀλλη-σαν, ἥ τε Ἀγριππῖνα χλαμύδι διαχρύσῳ ἐκεκόσμη-το. Plinius:* Nos vidimus Agrippinam Claudij principis, edente eo naualis prœlij ſpectaculum, adſidentem ei indutam paludamento, auro textili, ſine alia materia. Chlamys Claudij. Et Agrippinæ.

Tempore interiecto altius effoſſi ſpecus. *De laborioſo hoc opere vide Plinium libro* XXXVI. *cap.* XV. *Quod ante Claudium tamen conceperat D.* * *Iulius, non inceperat: nec rite perficit ipſe Claudius, quoniam manus poſteà admouit & Hadrianus Spartianus in eius vita.* Fucini lacus tentata emiſſio. *Sueton. Iulij cap. 44.

D. Iunio Q. Haterio Conſſ. ſedecim annos natus Nero. *Non concilio in hac omni narratione Tacitum cum Suetonio. Noſter matrimonium cum Octauia, cauſſarum actiones, ad conſules refert quos poſuit: Suetonius geſta hæc vult toto anno ante, Claudio quintum & Cornelio Orfito Conſſ. Nec enim de alio Claudij conſulatu intellexeris illa:* Apud patrem Conſulem pro Bononienſibus Latinè, & pro Rhodiis atque Ilienſibus Græcè verba fecit. Nec multo pòſt duxit vxorem Octauiam. *At inter eum conſulatum, & hunc Taciti annum, interiecti, Fauſtus Sulla & Saluius Otho. Vter verior, mihi ſane non liquet.* Diſſenſio aperta inter Cornelium Tranquillumque. Neronis ca. IX.

PAG. 347. Impetrat vt Ilienſes omni publico munere ſoluerentur. *Liber vet.* perpetrat, *recte. Sed quid? non iam antè immunes Ilienſes? immunes pridem. Primus Alexander, poſt pugnam ad Granicum amnem,* ἐλευθέραν καὶ ἄφορον *eam vrbem pronunciauit, ait Strabo in* XIII. *Certamen deinde Romanis, in honeſtandæ vrbe, vt falsò credebant, parente. In fœdere quod cum Antiocho, immunitas* Ilienſium immunitas. A quo primum data: Romani benigni in eos, vt patres.

*Ilien*

*Ilienſibus data, & Rhœteum, ac Gergithū conceſſa, vt auctor eſt Liuius lib.* XXXVIII. *Epiſtola deinde Græca Senatus populique Romani ad Seleucum regem miſſa (Suetonij verba ſunt, Claudij cap.* XXV.) amicitiam & ſocietatem ita demum pollicentis, ſi conſanguineos ſuos Ilienſes ab omni onere immunes præſtitiſſet. *Sed & Iulius poſteà Cæſar pleniore manu in eos largus, qui & agrū, & libertatem Ilienſibus dedit, & immunitatem. Nec imminuit Tiberius aut Augustus. Strabo:* Καῖσαρ ὁ θεὸς χώραν τε προσένειμεν αὐτοῖς, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἀλειτουργησίαν αὐτοῖς συνεφύλαξε· καὶ μέχρι νῦν συμμένουσιν ἐν τούτοις. *Quis ergo ea abſtulit, vt opus fuerit iure reddi à Claudio ſeu firmari? An Caligula? nihil lectum. Credo equidem, nemo, ſed vel Claudius adiecit aliquid ad immunitatem olim datam, effecitq; vt pleniſſima vterentur, (atque ideò Tacitus ſcripſerit,* vt omni publico munere ſoluerentur, *quaſi antea non omni:) aut conceſſa, ſed publicanorum improbitate mox, ſanxit in perpetuum ſtabilirique. Suetonius:* Ilienſibus quaſi Romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuum remiſit. *Calliſtratus, De excuſat.* Ilienſibus & propter inclytam nobilitatem ciuitatis, & propter coniunctionem originis Romanæ, iam antiquitus & Senatuſconſultis & principum conſtitutionibus pleniſſima immunitas tributa eſt, vt etiam tutelæ excuſationem habeant.

Maximè Iulius Cæſar.

Nodus aliquis in hac re.

Claudius Ilienſibus aut pleniorē aut firmiorē immunitatem tribuit.

Redditur Rhodiis libertas, adempta ſæpe aut firmata. *Adempta nuper ab ipſo Claudio, propter ciues quoſdam Romanos in crucem actos, vt notat Dio. Sed reſtituta, orante Nerone. cuius honori iure Epigramma illud addo, quod nomine Antiphili legitur primo Anthologiæ,* εἰς νήσους. *Nec enim aliò ſpectat, quàm ad hoc factum.*

Rhodiis libertas reddita.

Ὡς

Ὡς πάρος ἀελίου, νῦν Καίσαρος ἡ Ῥόδος εἰμὶ
Νᾶσος, ἴσον δ᾽ αὐχῶ φέγγος ἀπ᾽ ἀμφοτέρων.
Ἤδη σβεννυμέναν με, νέα κατεφώτισεν ἀκτίς.
Ἅλιε, καὶ παρὰ σὸν φέγγος ἔλαμψε Νέρων.
Πῶς εἴπω, τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι, ὃς μὲν ἔνδει-
ξε
Ἐξ ἁλὸς. ὃς δ᾽ ἤδη ῥύσατο δυομένην.

Epigramma ex Græco ex hiſtoria lux.

*Argutum epigramma. & comparat Neronem ecce cum Sole, quia vt ille Rhodum ecrexit radiis fecitq́ oriri, ſic iſte preſſam & occidentem reſtituit, reduxitq́ in lucem.*

Parem vim rerum habendam à procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. *Defunguntur vulgò leuiter interpretatione huius loci, & alterius Suetoniani comparis:* Vt rata eſſent quæ Procuratores ſui in iudicando ſtatuerent, à Senatu precario exegit. *Referunt enim ad Procuratores rei familiaris in prouinciis: quibus datũ nunc ius volunt cognoſcendi ſtatuendiq́ inter priuatos & fiſcum. in re pecuniaria quidem: non enim criminum. argumento l. II. C. aduerſ. fiſc. l. VIII. §. Transactiones De tranſact. l. I. C. De iuriſd. omn. iudic. Itaque non aliud Tacitum tam longa & querula oratione indignari, quàm iuriſdictionem Procuratoribus mãdatam in re & cauſſa fiſcali pecuniaria: eorumq́ decreta firma à Claudio habita & rata. Sed mihi profectò, &, credo, Tacito alia mens eſt. cui vt dem lucem, venia antelo-quij mihi ſit. In prouincias Cæſaris olim Legati aut Proprætores miſſi. in prouincias dico maiores. Nã quædam minores nec tantæ rei. Procuratores ſaltem acceperunt. Quorum præcipuum ac proprium munus, vt reditus ac tributa colligerent, aliaque quæ ad fiſcum: ſed quoniã, nullo alio Præſide, res ſæpe cogebat ius inter prouinciales dici, etiam in re criminum, factũ vt iuriſdictionem aliquam ſibi ſumerẽt, Præſidũ exem-*

De procuratoribus Cæſaris.

Non nimis exacta vulgata interpretatio.

Prouinciæ minores ſolis Procuratoribus rectæ.

Ii paullatim iure dicere auſi.

*plo. Id Procuratorũ genus. notæ & diſcriminis cauſſa*

Procuratores vice Præſidis.

*dicti paſſim in libris legum, Procuratores vice Præſi-
dis, aut cum poteſtate. vt l. III. C. De pœnis. l. III. C. V-
bi cauſſ. fiſc. l. II. C. Ad leg. Fab. de plag. Dixi iu-
riſdictionem ſummittent. reuera enim non habebant. E-
quites quia erant aut liberti. Tacitus in vita Agri-
colæ:* Vtrumque auum habuit procuratorem Cæ-

Procuratores ex equite, aut liberto.

ſarum, quæ equeſtris nobilitas eſt. *Dio lib. LIII.* καὶ τοὺς ἐπιτρόπους, (*non rectè interpres vertit Cu-
ratores*) οὕτω γὰρ τοὺς τάς τε κοινὰς προσόδους ἐκ-
λέγοντας, καὶ προστεταγμένα σφίσιν ἀναλίσκοντας
ὀνομάζομεν, ἐς πάντα ὁμοίως τὰ ἔθνη, τά τε ἑαυτ-
οῦ καὶ τὰ τοῦ δήμου, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἱππέων, τοὺς δὲ ἐκ
τῶν ἀπελευθέρων πέμπει. *id eſt:* Procuratores (ſic
enim appellamus eos qui publicos colligunt, e-
rogántque) in omnes prouincias tam ſuas quam
populi Cæſar mittit, quoſdam è libertis. *Itaque*

Ideò iure ipſo acta eorũ non rata.

*nec iudicia nec acta eorum rata, vocariq; poterant ad
diſquiſitionem Principis aut Senatus: quoniam le-
ge apud eos agi (vt ad rẽ, & ſollenniter loquar) neq̄.*

Actio legis apud magiſtratum.

*Apud magiſtratum ſolum populi Romani, próue ma-
giſtratu actio legis fuit, vt Conſules, Proconſules, Præ-*

Intellege hæc maxime de prouinciis.

*tores, Proprætores: qui omnes à Senatu. apud equi-
tes non fuit, multo minus apud libertos. Inter equites ex-*

Præfectus Aegypti, ſupra cæteros ius habuit.

*cipio vnũ Præfectum Aegypti, apud quem, vt Tacit.
notat, lege agi permiſit Auguſtus, decreto quodã ſin-
gulari. Attamẽ procuratores iſti prouinciis præſi-
& ius ſæpe in crimine & cauſſa capitis dicebant. E-*

Iudæa Procuratores habuit, Syriæ adtributa.

*xemplum in Pontio qui Iudææ procurator (non enim
illi prouinciæ propriè Præſes) ſententiã tulit de capi-
te noſtri ſoſpitis, Chriſti ſeruatoris: exempla in Petronio
Suminano, aliiſq; vulgo apud Ioſephum. Idémque in*

* Aliquot prouinciæ, queis ſolus Procurator præfuit.

*cæteris minus is prouinciis factũ, quibus regendis ſolus
Procurator. quarũ * aliquot Tacitus recenſuit I. Hi-
ſtor.* Duæ Mauretaniæ, Rætia, Noricum, Thracia

quæ

Ayuntamiento de Madrid

quæq; aliæ Procuratoribus cohibentur. & præterea notabis Alpium maritimarũ Procuratorem, item Ponti,* Epiri & pluresq́. Hæc clara ſatis & certa. Ad hos Procuratores Claudij, ne e iudice, accommodamus edictum, iubentis vt in prouinciis eorum decreta proinde rata ſint ac ſi ipſe ſtatuiſſet. Nam ad fiſcum ſolum ſi aptas: quid fiet communibus & late cõceptis Cornelij verbis? Rerum, inquit, à procuratoribus ſuis iudicatarum, paritérq́ indefinite extulit Trãquillus, quæ procuratores ſui in iudicando ſtatuerent. Adde ſubſequentem omnem Taciti orationem: videbis non aliud eum indignari, quam quod iurisdictio communicata cum equitibus & libertis de quo toties inter ordines olim certatum ſeditione aut armis erat. At procuratores qui rei familiari tantum impoſiti, qui in prouinciis Proconſulũ aut Legatorum plane * priuati erant, & inſigne in eos exemplum à Tiberio editum de quo Dio. καπίτων τῆς Ἀσίας ἐπιτροπεύσαντα εἰς τὸ συνέδριον ἐσήγαγε, καὶ ἐγκαλέσας αὐτῷ ὅτι στρατιώταις ἐχρήσατο, καὶ ἄλλα τινὰ ὡς ἀρχὴν ἔχων ἔπραξεν, ἐφυγάδευσεν. οὐ γὰρ ἐξῆν τότε τοῖς τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα διοικοῦσι πλέον, οὐδὲν ποιεῖν ἢ τὰς νενομισμένας προσόδους ἐκλέγειν, καὶ περὶ τῶν διαφορῶν ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἐξ ἴσου τοῖς ἰδιώταις δικάζεσθαι. Et Tacitus. Procurator Aſiæ Lucilius Capito accuſante prouincia, cauſſam dixit, magna cum aſſeueratione principis, non ſe ius niſi in ſeruitia & pecunias familiares dediſſe quod ſi vim Prætoris vſurpaſſet, manibuſque militum vſus foret, ſpreta in eo mandata ſua, audirent ſocios. Plane ergo priuati tunc quidem. Nam poſtea ius acceperunt * de fiſcali ſaltem pecunia cognoſcendi, vt præmonui. Idq́ Dio etiã adſignificãs ait, οὐ γὰρ ἐξῆν τότε. Nã poſteriores procuratores multi erãt, & ſparſi per prouincias oẽs.

* De Epiri procuratore loco Præſidis Arrian. in Diſſert. Epict. li. III. cap. IIII. vocat ἄρχοντα καὶ ἐπίτροπον. Reiiciẽdi vulgariam interpretationem cauſæ.

* Ante Claudium quidẽ nam poſteà ampliatũ eſt illorum ius.

* Etiã de lege Fabia, de plagiariis ex cõſtitutione Imp. M. Antonini. Vlpi. lib. IX. De offic. Proconſ.



Ayuntamiento de Madrid

*illi pauciores, digniores'q; Dio excipuas habere Proconſulum prouincias videtur ab adminiſtratione Procuratorum. Addis enim id verba libri* LIII. *quæ ſuprà* πλεὶν καθόσον τοὺς φόρους οἱ ἀνθύπατοι, παρ' ὧν ἄρχουσιν ἐσπράσσουσιν. *quaſi Proconſules reditus collegerint ipſi in prouinciis ſuis. Fallacia verba, quæ virum doctum nuper induxerūt, non me. Planiſſimé enim in Proconſulum etiam prouinciis procuratores. Dio ipſe docet.* ἐς πάντα, *inquiens,* ὁμοίως τὰ ἔθνη τά τε ἑαυτοῦ καὶ τὰ τοῦ δήμου. *id eſt*, in omnes gentes, tam quæ Cæſari quàm quæ populo adtributæ. *Atqui prouinciæ omnes populi, Proconſulum fuére. Vlpianus item de Off: Procon* Sane, *inquit*, ſi fiſcalis pecuniaria cauſſa ſit, quæ ad procuratorem principis reſpicit, melius fecerit ſi ſe abſtineat. *cuius vana & irrita monitio, ſi in Proconſulum prouinciis Procuratores nulli. Quæ ergo Dionis verborum vera mens: Non alia, quam Procuratorem in aliis quidem prouinciis omnes reditus colligere, quia omnes Cæſaris fiſci'q; ſunt: at in Proconſularibus nō omnes, quoniam *vectigalia quædam vetera ipſe Proconſul colligat in populi ærarium vſúmque mittenda. Dictum ſcerit. ſi addo: Procuratores ſolius rei. Rationales poſteà dicti, vt à prioribus illis diſtinguerentur. quoniam illi rempublicam etiam, hi ſolam priuatam tractabant, rationéſque pecuniæ principalis.*

Mox alias per prouincias, & in vrbe pleraque conceſſa ſunt. *In vrbe Equitibus Romanis late datū ius. vti ab Auguſto Mæcenati in Præfectura vrbis, vti Præfecto Prætorio ſemper: quia is ex Equitibus ad tempora Veſpaſiani. Sed & Procuratoribus Cæſaris in vrbe aliquod ius, extra res fiſci. Vlpianus:* Frequens eſt etiam legis Fabiæ cognitio in tribunalibus Præſidum: quamquam quidam Procuratores Cæſaris vſurpauerint, quàm Romæ tam in pro

An in proconſulum prouinciis procuratores.

Fuiſſe videri

Duplices in prouinciis quibuſdam reditus.

*Quæ tamen videtur, ſuſtuliſſe Theodoſius, & in fiſcum ſuū vertiſſe. Vide Symmachū lib. x. ep. 5?

Iuriſdictio in vrbe apud quoſdam Equites.

Vt Præf. Prætorio. Sed & Vigilū, ſæpe ſnier equites. de quorum iuriſdictione in Pandectis.

Ayuntamiento de Madrid

prouinciis.

PAG. 348. Seruiliæ leges. *Plures eo nomine: ſed vna Iudiciaria, quam tulit. Q. Seruilius Cæpio conſul. de qua Cicero ſæpius, & Aſconius.*

Seruilij iudiciaria lex.

Matios poſthac & Vedios. *Vedium intellegit Pollionem, & C. ſiue Cn. Matium. Etſi libri hîc omnes ineptè,* Macchyos, *vel,* Matthios. *C. Matij, qui inter amicos Iulij Cæſaris, mentio Suetonij cap.* LII. Quæ ſcire C. Matium, C. oppium, reliquóſque Cæſaris amicos. *item Ciceroni ad Trebatium.* Quòd in C. Matij ſuauiſſimi doctiſſimique hominis familiaritatem veniſti. *Et quia Cicero elogio doctiſſimi ornat, cenſui olim eundem eſſe cum illo qui Mimiambos & Iliadis ſcribit, quem Agellius Macrobiúſque laudant, vt hominem impensè doctum. Sed tamen cum Cnæi prænomine: vti & apud Plinium Cn. Matius legitur inter amicos Augusti, lib.* XII. Cn. Matius ex equeſtri ordine Diui Auguſti amicus. *Qui fortaſſe alius ab illo primo, & de quo hîc ſermo. In lapide quodam geminata litteris ſculptum legi,* P. MATTIVS. CHARITON.

C. Matius, liques.

Idem vir doctiſsimus.

Amicus Auguſti.

Libertos quos rei familiari præfecerat. *Innuere videtur eos qui Claudianum ſitum ad Rationales tantùm referunt. Fruſtrà. Procuratores enim omnes primo rei familiari ſiue fiſco præfecti, ſed imago imperij quibuſdam adiuncta.*

Procuratores initio, nõ aliud quàm Rationales.

Argiuos vel cum Latonæ parente. *Interfectus eſt locus; nec vitam ei do ego. Dare ipſa nihil inuenio, niſi ante bellum Troianum habitatam eam inſulam fuiſſe quod Strabo monuit lib.* XII. *Dubitabam leuiter, num* Argiuos Delo cum Latonæ parente *legi eſſet: quaſi Argiui Delo profecti illuc. Sed nugor, & vere in tenebris mico.*

Scriptura & hiſtoria incerta.

PAG. 349. Piratico bello adiutum Antonium. *Capio non de celebri notoq. Antonio, qui Triumuir:*

Antonius cu[illegible] ora maritimæ.



Ayuntamiento de Madrid

*ſed de M. Antonio, qui curator oræ maritimæ cum infinito imperio, ſub initia Piratici belli, de quo illud Salluſtij innotuit,* M Antonius perdundæ pecuniæ genitus, vacuúſque à curis niſi inſtantibus. *Vide Ciceronem, & Aſconium, in Verrem.*

Byzantium quis condidit.

Byzantium in extrema Europa poſuere Græci. *Pleraque hiſtoria Spartanis adſcribit conditam hanc nobilem vrbem, & fatalem imperiorum ſedem. Iuſtinus & Iſidorus a Pauſania rege, Claudianus à Byzante quodam non obſcure exſtructam vult: in Eutropium lib. 2.*

—hoc Byzas Conſtantinuſque videbunt.

De Sariſberienſi, ſiue Saliſberienſi, iudicium & iudicium.

*In Ioanne Sariſberienſi de nugis Curialium (in quo centone multos pannos purpuræ agnoſco, & fragmenta cui melioris) lego:* Chilon Lacedæmonius iungendæ ſocietatis cauſa miſſus Corinthum, duces & ſeniores populi ludentes inuenit in aleas. Infecto itaque negotio reuerſus eſt, dicens ſe nolle gloriam Spartanorum, quorum virtus conſtructo Byzantio clareſcebat, hac maculare infamia, vt dicerentur cum aleatoribus contraxiſſe ſocietatem. *At alij non conditam a Pauſania, ſed ſaltem expugnatam tradiderunt, inter quos Aemilius Probus.*

Chalcedonij cur cæci dicti.

Quòd priores illuc aduecti, præuiſa locorum vtilitate, peiora legiſſent. *Ad ſententiam fortaſſe totius, parum viſa locorum vtilitate. Ideò enim cæci oraculo dicti. Apud Strabonem denarrata tota res lib.* VII. τὸν Ἀπόλλω, *inquit*, φασὶ τοῖς κτίσασι τὸ Βυζάντιον ὕστερον, μετὰ τὴν ὑπὸ μεγαρέων χαλκηδόνος κτίσιν, χρηστηριαζομένοις, προστάξαι ποιήσασθαι τὴν ἵδρυσιν ἀπ' ἐναντίον τῶν τυφλῶν· τυφλοὺς καλέσαντα τοὺς χαλκηδονίους ὅτι πρότερον πλεύσαντας εἰς τοὺς τόπους ἀφέντες τὴν πέραν κατασχεῖν, τοσοῦτον πλοῦτον ἔχουσαν, εἵλοντο τὴν λυπροτέραν.

Quia

Ayuntamiento de Madrid

Quia piſcium vis in Pontum erumpens. *Falſa lectio: damnata ab hiſtoria, & à libris. Nam libri omnes,* vis piſcium in Metapontum erumpens. *Ex quo verè corriges*, vis piſcium innumera Pontum erumpens. *Ita ſcilicet res eſt. copia iſta piſcium (Pelamydes ſunt) non intrantes è mari Ægeo Pontum, vt vulgata lectio ſuadet, ſed exeuntes erumpentéſque capiuntur. Fœtura enim eorum in paludibus Mæotidis eſt, atque inde adulti, grege facto, Pontum Propontidémque intrant. atque ibi captura. Strabo clarè lib* VII *ſuper hac ipſa re atque piſc.* γεννᾶται οὖν τὸ ζῷον, (*Pelamydem intellegit*) ἐν τοῖς ἕλεσι τῆς Μαιώτιδος, ἰσχῦσαν δὲ μικρὸν, ἐκπίπτει διὰ τοῦ στόματος ἀγεληδὸν, καὶ φέρεται παρὰ τὴν Ἀσιανὴν ἠϊόνα μέχρι Τραπεζοῦντος καὶ Φαρνακίας. *Et poſt pauca addit:* ἐπειδὰν δὲ ἤδη συνάψῃ ταῖς Κυανέαις, καὶ παραλλάξῃ ταύτας, ἐκ τῆς Χαλκηδονιακῆς ἀκτῆς λευκή τις πέτρα προανίσχουσα φοβεῖ τὸ ζῷον, ὥστ' εὐθὺς εἰς τὴν περαίαν τρέπεσθαι. παραλαβὸν δὲ ὁ ἐνταῦθα ῥοῦς ἅμα καὶ τῶν τόπων εὐφυῶν ὄντων, πρὸς τὸ τὸν ἐκεῖ ῥοῦν τῆς θαλάττης, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον καὶ τὸ πρὸς αὐτῷ κέρας τετράφθαι φυσικῶς, συνελαύνεται δεῦρο, καὶ παρέχει τοῖς Βυζαντίοις καὶ τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων πρόσοδον ἀξιόλογον. *Eadémque ex Ariſtotele colliges lib 8 De hiſtoria animalium, cap. 13. Pliniani codicis mendam non ſileo in hac narratione lib. 9. cap. 15* Eſt in Euripo, *ait*, Thracij Boſpori, in ipſis Europam Aſiamque ſeparantis freti anguſtiis, ſaxum miri candoris, à vado ad ſumma perlucens, iuxta Chalcedonem in latere Aſiæ. Huius adſpectu repente territi, ſemper aduerſum Byzantij promontorium, ex ea cauſſa appellatum Chryſoceras, præcipiti petunt agmine. Itaque omnis captura, Byzantij eſt, magna Chalcedonis pænuria. Opperiuntur autem Aquilonis flatu, vt

Correctus Tacitus.

Pelamydes vbi natæ.

Vbi captæ.

Menda in Plinio.



Ayuntamiento de Madrid

ſecundo fluctu exeant è Ponto: nec niſi intrantes Pontum Byzantij capiuntur. *Quid? nõ capiuntur niſi intrantes Põtum? contrà ante dixit, capi exeuntes è Ponto, non intrantes, quod veriſſimum eſt. Itaque alij vice Ponti,* Propontide, *ſubſtituunt. Pincianus totum locũ reſcribit confidentius.* nec niſi infantes tunc Byzantij capiuntur. *Fortaſſe verius, ſimplicius certè,* intrantes portum Byzantij, *vt ad ipſum oppidum, & in portu fuerit ea captura. Nã Cornu illud ad quod deferebantur, fuit προσεχὲς τῷ Βυζαντίῳ τείχει, vt Strabo ait: imò, vt Plinius, in ipſo illo promontorio quod Cornu vocant, Byzantium vrbs. Atque ibi in multos ſinus ſciſſum, tanquam ramos (εἰς ὃ ἐμπίπτουσα ἡ πηλαμὺς ἁλίσκεται) faciebat vrbi ſibi portum. Strabonem vide.*

Arbitrio noſtro, ſublata.

Cornu, & ad id portus Byzantiorum.

Thracio Boſporanóque bello recens feſſos. *Thracium bellum intellegit, quod cum Thracibus moranus geſtum, duce Poppæo Sabino, Boſporanum, quod cum rege Mithridate. De illo, noſter lib.* IV. *de hoc, suprà, iſto ipſo libro.*

Bellũ Thracium & Boſporanum.

PAG. 350. Faſtigio Capitolij examen apum inſedit. *Quod ſemper inter portenta: cùm viſum loco inſolenti, Silium Italicum emendari velim libro* VIII. *de prodigiis quæ ante pugnam Cannenſem.*

Examina apum, mali oſtenti.

Obſepítque frequens caſtrorum limina bubo:
Nec denſæ trepidis abſunt ſe inuoluere nubes
Ceſſarúntque aquilis: non vnus crine coruſco
Regnorum euerſor rubuit lethale cometes,

*ſcribítq.* Nec denſæ trepidis apium ſe inuoluere nubes Ceſſarunt aquilis. *Nubes apium, examina vocat, quæ inſederũt ſigna. Quod ſequitur,* Suis fetus editus: *libris omnibus erat,* fetum editum: *& fortaſſe nominandi caſu ſic dixerint etiam antiqui.*

Silius Italicus emendatus.

Fetum, genere neutro.

Perdita prius Domitia leuibus & muliebribus cauſſis: quia Lepida minore Antonia genita, auúculo

Ayuntamiento de Madrid

culo Auguſto, Agrippinæ ſobrina prior. *Nemo tam inconſpectus in legendo, qui vitium non videat male hæreris & incohibilis orationis Domitia, inquit, perdita eſt: & ſubdit quaſi de alia, quia inter Lepidam & Agrippinam æmulatio exercebatur. Corrige verò, & reduc aberrãtem vocem:* perdita prius Domitia Lepida leuibus & mulieribus cauſſis: qua minore Antonia genita. *Scilicet Cn. Domitio duas fuiſſe filias, quarum vtraque Domitia gentis nomine dicta: ſed minor, de qua hic, diſcriminandi cauſſa, cũ * Lepida cognomine.* Ea nũc *ad mortem adacta. Suetonius Nerone, cap.* VII. Amitam Lepidã ream teſtimonio coràm adflixit, gratificans matri à qua rea premebatur. *At Domitia altera ſuperuixit, & mentio eius lib.* XIII. *éſtque veneno ſublata à Nerone, paullo poſt mortem matris. Vide Suetonium Ner. cap.* XXXIIII. *& Xiphilinum.*

Tranſpoſitũ verbum.

Domitiæ duæ.

* Eſt illa ipſa Lepida quæ mater Meſſallinæ, vt docui ſuprà: quæ etiã Ap. Silano poſt nupta fuit.

Minore Antonia genita. *Culpant me quòd non ſcripſerim* maiore. *Non me, ſed Tacitum. Ita enim iterum ſemper ſcripſit qui noſter lib* IIII. *Annal.* Cn. Domitius electus cui minor Antonia Octauia genita in matrimonium daretur. *At enim Suetonius & Plutarchus aliter. Quid ergo? nouum eſt, vt diſſenſus aliquis ſcriptorum ſit? Et tamẽ Plutarchus clare id nõ dicit: clarè Suetonius, fateor, plus vno loco, ſed cur arbiter ego inter eos ſim? Suo me iudicatu iſto, & bono vetere que ritu, iuro mihi non liquere.*

Ex Dione 61.

De maiore minoreque Antonia, Tacitus aperte Suetonio diſſidet.

Agrippinæ ſobrina prior. *Bene Iuriſconſulti ſuggerunt,* ſobrina propior. *Lepida enim. Germanico patri Agrippinæ, conſobrina fuit. Filia ergo Germanici in quinto gradu, Lepidæ ſobrina propior. Res ſatis clara ex Iuſtiniano & Paullo. De gradibus cognationum, itémque ex Stemmate noſtro Auguſti.*

Sobrina propior, quæ.

Impudica, infamis, vinolenta. *Malim,* violentæ



Ayuntamiento de Madrid

*ut ſuperba & commota animo vtraque fuerit. De vini notæ, nihil legi.*

Cõiugium, pro cõiuge.

Quòd coniugium principis deuotionibus petiuiſſet. *Id eſt, coniugem Neronis Claudij coniugium ipſa ambierit, non lectum. Auſa ergo veteres artes ad perniciem Agrippinæ. Sic Seruitium pro ſeruo, & Matrimonium pro matrona * alibi notaui, & Clientelas pro clientibus in Tacito.*

* In Liuio li. x. Et conuocat ii plebeiis matrimoniis, cõqueſta de iniuria patriciarum, &c.

PAG. 351. Pares iterum accuſandi cauſſas eſſe, ſi Nero imperitaret. Britannico ſucceſſore, nullũ principi meritum. *Ita hæc diſtinguenda ſunt: eſſ ſuſpecta mendi.*

Sinueſſam pergit. *Sinueſſanæ aquæ lib. I. Hiſtor. & Plinio lib.* XXXI.

PAG. 352. Inferre epulas & explorare guſtu ſolitus. *Sic libro* XIII. Quia cibos potúſque eius dilectus ex miniſtris explorabat. *Cui id munus, is paſſim in lapidibus dicitur. Prægustator: in quodam etiam,* A. POTIONE. *Athenæus lib.* IV. ὃν νῦν καλοῦσιν οἱ ῥωμαῖοι προγεύστην, τοῦτον οἱ Ἕλληνες προτένθην ὠνόμαζον. *Mos qui libera rep. ignotus Romanis, quem tamen cœpiſſe coniicio ab Auguſto, non vano argumento lapidis qui Romæ:*

Prægustator, viris principibus.

Quando is mos cœpiſſe videatur.

GENIO
CAELI. HERODIAN
PRAEGVSTATOR
DIVI. AVGVSTI
IDEM. POSTEA. VILLICVS. IN
HORTIS. SALLVSTIANIS
DECESSIT. NONIS. AVGVSTIS
M. COCCEIO. NERVA
C. VIBIO. RVFINO
COS.

*Tenuitq; Tiberius, de quo lego:* TI. CLAVDIVS

FLAM

FLAMMA. CLAVSVS. II AVG. PRAEGVSTATOR. *& deinceps alij* Traductum morem *opinor à Perſis maximè, de quo is Xenophon lib. I. haec* οἱ δὲ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι, ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι τὴν φιάλην, ἀρύσαντες ἀπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεάμενοι, καταῤῥοφοῦσι, τοῦ δὴ εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. *Vbi & ritum habes prægustationis.*

Traductum à Perſis eſſe.

PAG. 353. Promiſſo donatiuo ad exemplum paternæ largitionis. *Promiſit ergo viritim centenos nummos. Tot enim Claudium dediſſe Dio auctor eſt: qui primus Principum, fidem militum pretio emit.*

Claudij & Neronis largitio.

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM XIII.
## ANNALIVM
### COMMENTARIVS.

PRIMA nouo Principatu mors Iunij Silani. *Crebra in hiſtoria horum temporum mentio Silanorum, & confuſa: quæ, cautio mihi eſt, ne turbet iuuenturam. Ea re, non ſtemma quidem eius familiæ ponam (arduus ille & fortaſſe vanus labor:) ſed illuſtriſſimos quoſque, quo imperatore, quóque exitu fuerint, exſequar, cum temporum nota. Exordio à Tiberio principe; quia quæ ſuprà, nihil ad Spartam meam.*

Silanorum aliquot coniectio.

C. IV

C. Silanus.

C. IVNIVS C. F. SILANVS. *Conſul fuit cum P. Cornelio Dolabella anno* DCCLXII. *ſub Auguſto: Proconſul Aſiæ, ſub Tiberio, damnatúſque repetundarum & proiectus in Cythereatam inſulam. Tacitus lib.* III. *Annal.*

M. Silanus.

M. IVNIVS M. F. SILANVS. *Conſul fuit ſub Tiberio.* DCCLXXI. *Proconſul Africæ fuit, auctore Tacito lib.* IV. *Hiſtor.* Mox C. Cæſar turbidus animi, ac M. Silanum obtinentem Africam metuens. *Socer fuit Caij Caligulæ, & ab eodem interfectus. Suetonius capite* XII. *&* XXIII. *item Dio.*

D. Silanus.

D. IVNIVS M. F. SILANVS, *Marci prioris frater. Is adulter in Iulia nepte Auguſti, in exſilium iuit, rediitque per gratiam & potentiam M. fratris ſui. Fuit poſthac in vrbe, neque honores adeptus eſt. Tacit. lib.* III. *Annal.*

Appius Silanus.

AP. IVNIVS SILANVS. *Conſul fuit ſub Tib. anno* 780. *Conſocer Claudij dicitur Suetonio, propter L. Silanum filium eius Octauiæ ſponſum. Proconſul. Hiſpaniæ, & maritus Lepidæ matris Meſſallinæ, à Claudio, incerto crimine, occiſus. Dio* LX. *Suet. cap.* XXIX. *&* XXXVII.

*Eius duo filij* L. SILANVS, *&* M. SILANVS. *Lucius, gener Claudij fuit, Octauiæ ſponſus, Agrippinæ artibus ad mortem actus. Marcus conſul. fuit cum Valerio Aſiatico, anno* DCCXCIX. *in quo error inſignis Onufrij, qui Aſiatico collegã dat Meſſallam, quem Dio refutat & Faſti Græci. Procõſul. Aſiæ fuit, & à Nerone nũc interfectus. De eo Plinius lib.* VII. Diuus Auguſtus, in reliqua exemplorum raritate, neptis ſuæ nepotem vidit genitũ quo exceſſit anno, M. Silanum: qui cum Aſiam obtineret poſt conſulatum (*malim ſcribi*, proconſulatu) Neronis principis ſucceſſione, veneno eius ſublatus eſt.

M. Silanus, qui maiore natu quàm Lucius. Plinius obiter correctus.

Ayuntamiento de Madrid

eſt. *Etſi Plinius ſcelus hoc Neroni adſcribit, quod noſter reijcit in matrem.*

*Fuit & D.* IVNIVS SILANVS, *conſul anno* DCCCVI.

Segnis & dominationibus aliis adeo faſtiditus, vt C. Cæſar pecudem auream eum appellare ſolitus ſit. *Vereor vt ſcriptori noſtro conſtet ratio. Non enim in hunc M. Silanum expetit Caij dictum: ſed in illum alterum, qui eius ſocer. Dio clarè* ὁ δὲ δὴ πενθερὸς αὐτοῦ Μάρκος Σιλανός, ἐπειδὴ βαρὺς αὐτῷ ὑπό τε τῆς ἀρετῆς καὶ ὑπὸ τῆς συγγενείας ἦν, ἑαυτὸν κατεχρήσατο. ὁ δὲ γάιος τοῦτο ἄλλως ἰσχυρῶς περιεπηλάκιζε, (καίτοι οὕτω καλῶς περὶ αὐτοῦ φρονῶν, ὥστε καὶ χρυσοῦν αὐτὸν πρόβατον ὀνομάζειν) καὶ ὅπως μηκέτι πρῶτος ἐπιψηφίζῃ, *&c. Cui vt adſentiar, ætas Silani me inducit. Natus enim eſt extremo, vt Plinius ait, Auguſti ſenio: à quo ad hunc diem anni duntaxat quadraginta ſunt. Non ergo in ea ætate hic adoleſcens formidini aut contemptui aliis dominationibus eſſe potuit. cuius adhuc οὐδεὶς λόγος. Sed vt in homine Tacitus, ſic in dicto aberrat Græcus. Putat enim laudis honoriſque fuiſſe: quod reuera probri fuit, & ſalsè iactum in hominem diuitem, ſed ignauum, hebetem, ouiculam meram.*

Taciti σφάλμα.

Et in eandē hiſtoriā Dionis.

PAG. 354. Fratris eius L. Silano. *Conuenit cū hiſtoria: tamen libri ſcripti,* C. Silano.

Quippe & Silanus D. Auguſti abnepos erat. *Præit ad ſtemma aliquomodo Plinius, qui eum nepotem ſcribit Auguſti nepotis. Atqui Auguſto è Iulia filia neptes duæ, Iulia & Agrippina. E Iulia hunc deriuo, hoc modo.*

Ab Auguſto deductus Silanus.

IVLIA.



Ayuntamiento de Madrid

IVLIA, *Augu. F. cui vir M. Agrippa.* — IVLIA, *cui vir. L. Æmil. Paul. Suet. Aug. c. 64.* — ÆMILIA LEPIDA *proneptis Augusti, Suet. cap.* XXVI. *in Claud. cui vir* — M. SILANVS *de quo hic.*

AP. *Iunius Silanus. claro argumento, quia Suetonius eum conſocerum Claudij vocat. Poſtea tamen alteri Lepidæ maritus, quæ mater Meſſallinæ. Ex Dione.* — L. SILANVS *Claudij gener.*

Lepida Domitia, ſecunda Applj vxor.

*Stemma hoc ſatis certum eſt. Ne fallat te tantum Dio, qui Lepidam matrem Meſſalinæ uxorem tribuit Appio, id ſub finem vitæ. At M. ille Silanus Augusti abnepos genitus fuit viuo Augusto. Appium hunc Silanum intelligit Augustus in epiſtola quadam, vocatque adfinem Claudij ob hoc matrimonium, apud Sueton. Claud. capit. 4.* Curare eum ludis Martialibus triclinium ſacerdotum non diſplicet nobis, ſi eſt paſſurus ſe ab Silani filio homine ſibi adfini admoneri, nequid faciat quod conſpici & derideri poſſit.

P. Celerius.

P. Celerius eques Romanus. *Infrà*, P. Celer dicitur. P. Celerem accuſante Aſia, quia abſoluere nequiebat Cæſar, traxit, ſeneaſia donec mortuo obiret. Nam Celer interfectio, vt memoraui, Silano proconſule. *Hic ergo corrige.*

Signum militiæ à Tribuno datū militi.

PAG. 355. Signum more militiæ petenti Tribuno dedit. *Signum per Teſſeram ſemper Tribunis dara, etiam rep. antiqua. Liuius lib.* XXVIII. Forma tamen Romanorum caſtrorum conſtabat, quòd Tribunos & iura reddere in principiis ſolebant, & ſignum ab iis petebant, & in ſtatio-

Tribunis ipſis a Duce.

Ayuntamiento de Madrid

ac vigilias ordine ibant. *Dabatur à Conſule, Prætore, tóve qui exercitui toti præerat. Idem Liuius:* In Prætorio tetenderunt Albius & Atrius, claſſicū apud eos cecinit, ſignum ab iis petitum eſt. *At Prætorii Tribunus à ſolo Principe. Ideò ſuprà libro I. inter ſigna accepti imperij Tacitus poſuit.* Defūcto Auguſto ſignum prætoriis cohortibus vt Imperator dederat. *Formam dandæ teſſeræ petendæq́, in parte expreſſit Appianus IV. Ciuilium:* καὶ ὁ Λεύκιος, *inquit*, ἔπεμψε τοὺς χιλιάρχους τὸ σύνθημα τοῦ στρατοῦ ληψομένους παρὰ τοῦ Καίσαρος, οἱ δὲ ἔφερον αὐτοῦ τὸν ἀριθμὸν τοῦ στρατοῦ, καθὰ καὶ νῦν ἔθος ἐστὶ τὸν αἰεὶ παιδία τὸ σύνθημα χιλίαρχον, ὁπότε δὲ καὶ τοῦ βασιλεῖ βιβλίον ἐφήμερον τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ παρόντος. *Atque olim ea data videtur ſine voce, inſcripta vel inſculpta breui ligno, vnde Teſſeræ nomen, de quo Polybium adi lib VI. at ſub Impp. vocale id ſignum. Dabant autem plerunque nomina deorum, aut heroum etiam Græci. Pauſanias lib. X.* Cum vtrinque à ducibus de more militi teſſeræ darentur, fortuitu ad oraculi verba appoſitæ datæ ſunt à Theſſalis Itonia Minerua, à Phocenſibus generis auctor Phocus. *Etiam Perſæ, ſi Xenophonti fides libro 7. παιδείας. & 3. vbi à Cyro teſſera data* Ζεὺς σύμμαχος καὶ ἡγεμών. *aut* Ζεὺς σωτήρ. *Suetonij loci bini non ſani in hac re. alter Cal. cap. 58.* Si gnum, *ait*, more militiæ petiſſe: & Caio Iouem dante, Chæream exclamaſſe. Accipe ratū. *vbi reſtitue magnanimi viri vocē, litera addita,* *Accipe iratum. *alter cap. 56.* Solitus modò ſignum petenti, Priapum aut Venerem dare, modò oſculandam manum offerre formatam commotamq; in obſcenum modum. *Libri vett.* commiſſámque, *aut,* commatámque. *Scribo,* gammatámque. *Gammata manus, inſertis commixtiſque digitis ad formam eius*

Aut Romæ ab Imperatore.

Ratio dandæ teſſeræ.

Cur ſic dicta.

Deorum nomina crebra pro ſigno.

Suetonius correctus.

*Solemus enim quibus malè precamur cupimúſque factū, Iouem iratū optare.

Iterum is correctus. Gāmata manus, Italorū ritu.

Ayuntamiento de Madrid

*eius litteræ: qui mos in Italia & nunc. Sic lapides Gammatici, non ſolùm qui inſculptum Gamma habebant, ſed qui litteram eam exprimebant tranſuerſi. Scriptor Gromaticus:* Solét termini occurrere, qui lapides tam longiores ſunt quàm qui latiores ſequendi: hoc eſt, aut ſi curſum dirigunt lineares, aut ſi gamma faciunt tranſuerſi. *Scies amplius in tiro, Teſſeram duplicem fuiſſe vnam quæ ad excubias, alteram quæ ad pugnam. De poſtrema Tacitus lib.* III. *Hiſt.* Eadem vtrâque acie arma, crebris interrogationibus notum pugnæ ſignum.

Gammati lapides.

Teſſera duplex.

Decreti & à Senatu duo lictores, Flaminium Claudiale. *At Liuiæ decretus lictor tantùm vnus, & id ipſum recuſante Tiberio. Flaminium Claudiale quomodo ad honeſtandam facit Agrippinam? Credo vt ipſa Flaminia Claudij eſſet: exemplo Liuiæ, quæ Auguſti. Nam eam ſacerdotem Auguſti fuiſſe docui ad lib.* I. *velimq; addi Paterculi locum, quem viri docti emendare conati fruſtrà, lib.* II. Liuia Romanarum eminentiſſima, quam poſtea coniugem Auguſti vidimus, quam tranſgreſſi ad eos ſacerdotem ac filiam. *Legunt,* quin tranſgreſſa ad deos ſacerdoté pænè habuit ac flaminem. *quaſi ad Liuiam ipſam referenda ſint, quæ mortua cæleſti religione culta per flamines ac ſacerdotes. Campas loquuntur & ſoccos: tu lege mecum,* quam tranſgreſſi ad deos. *Liuia enim eſt, Liuia, quæ mariti ſui in deos relati & ſacerdos fuit & filia. Satis dictũ ſuprà*

Agrippina Flaminia Claudij lecta.

Correctus Velleius.

Liuia ſacerdos, & filia adoptione, Auguſti.

C. Cæſaris turbata més dicendi vim non corrupit. *Qui etiam libros ſcripſit de arte dicendi vt vult Suidas:* Γάϊος Καῖσαρ ὃς ἐπεκλήθη καλλιγόλας, ῥητορικὴν τέχνην ἔγραψε ῥωμαϊκῶς. *quem tamen ſcit ego falli.*

Caligulæ libri de Arte dicendi. vt Suidas vult. Potius Germanici fuerint.

PAG. 456. Publice prouinciæ adſiſterent. *Spectat ad diuiſionem Auguſtaam. Claudius pleraque*

Publicæ, Prouinciæ, ſiue populi.

*omnia*

Ayuntamiento de Madrid

*omnia ad ſe traxerat at Nero populi prouincias ( ex eni. Publicæ) eárumque controuerſias ſolis Conſulibus curæ fore: ſe Cæſarianis prouinciis, in quibus exercitus, velle conſulere prædixit.*

Illi patrum aditum præberent. *Non muto. Conſules, inquit, præbeant prouincialibus aditum patrū. Ac hæc oratio Senecæ adeò grata patribus, ait Xiphilinus,* ὥστε καὶ ἐς ἀργυρᾶν στήλην ἐγγραφῆναι, καὶ ἐν τῇ νέας τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἀρχαῖς ἀναγινώσκεσθαι ψηφισθῆναι: vt in argenteam columnam inciſa ſit. & Kalendis anni noui cùm Conſules ineunt ex decreto deinceps lecta. *Nec nouum id Senatus decretum: exemplo de argento. Nam & antea ſemper Principum orationes in æs inciſæ, & Kalendis Ian. recitatæ. Morem quem nō nimis notum ſuggerit mihi Dio, lib. vltimo:* τότε δὲ λόγους τινὰς ἐν τῇ γερουσίᾳ τοῦ τε Αὐγούστου καὶ τοῦ Τιβερίου κατὰ δόγμα ἀναγινωσκομένους, ὥστε καὶ μέχρι τῆς ἑσπέρας τοὺς βουλευτὰς παρατείνεσθαι, ἔπαυσεν, ἀρκοῦν εἶναι φήσας, ἐν ταῖς στήλαις αὐτοὺς ἐγγεγράφθαι. *Id eſt,* Cùm legerent in Senatu Orationes quaſdam Auguſti & Tiberij ex decreto, ita vt ad veſperam Senatus detineretur, legentes Claudius inhibuit ſufficere dicens, quòd ea in columnis inciſæ eſſent. *Lucem hinc ab Plinij Panegyrico:* Acclamationes noſtras, *inquit,* ne qua interciperet obliuio P. C. in publica acta mittendas, & incidendas in ære cenſuiſtis. Antè orationes principum tantùm eiuſmodi genere monumentorum mandari æternitati ſolebant: acclamationes quidem noſtræ parietibus Curiæ claudebantur. *& aliquot loca iuriſconſultorum, in quibus orationes hæ laudatæ. Ab eodem ritu eſt, quòd Claudij oratio Lugduni noſtro æuo reperta in tabula æris.*

Oratio Neronis in argentum inciſa.

Anteà Principum orationes in æs.

Plinius illuſtratus.

Quæſtoria munera.

Ne deſignatis quidem Quæſtoribus edendi gla

B

diatores neceſſitas eſſet. *Pertinet ad abolendum Claudij ſcitum, qui auctore Dolabella, ſanxit* ſpectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum qui Quæſturam adipiſcerentur: *ait Tacitus lib.* XI. *Vbi ſuſpecta vox*, adipiſcerentur. *Cur enim ſit ἐμφατικῶς ſcriptum*, Ne deſignatis quidem: *niſi quia anteà ex ea ſanctione dabant etiam Candidati? Atque ita in Lamprid. Alexandro lego:* Quæſtores candidatos (*malim* Quæſturæ) ex ſua pecunia iuſſit munera populo dare, ſed vt poſt Quæſturam Præturam acciperent. *Cæterùm hoc Neronis decretum aboleuit iterum Domitianus: de quo Sueton. cap.* IV.

Tacit. ſuſpecta iure verba.

Qui in palatium ob id vocabantur. *Puto in templum * Apollinis Palatini. Supra lib.* II. Quatuor filiis ante limen Curiæ adſtantibus, cùm in Palatio Senatus haberetur.

* Vide Suet. Aug. c. XXIX. Senatus in Palatium vocatus.

Vt adſtaret abditis à tergo foribus velo diſcreta. *Melius*, obditis. *Intellegit autem vela quæ prætenta foribus quibus etiam Claudius ſe texit. Sueton. cap.* X. Prorepſit ad ſolarium proximum, interque foribus prætenta vela ſe abdidit. *Et Elagabalus, narrante Lampridio:* Subito militum ſtrepitu exterritus, in angulum ſe condit, obiectuque veli cubicularis, quod in introitu cubiculi erat, ſe texit. *Iulius Pollux deſcribit, lib.* X. πρὸ μὲν τ κοιτῶνος ἐπὶ ταῖς θύραις, παραπετασμάτων σοι δεῖ, εἴτε ἁπλοῦν εἴη τὸ παραπέτασμα λευκὸν ἐξ ὀθόνης, εἴτε καὶ ποικίλον. *Id velum leuabatur, in admiſſionibus. Seneca, epiſt.* LXXXI. Non crepuit ſubinde oſtium. non alleuabatur velum. *Lampridius in Alexandro:* Salutabatur quaſi vnus de Senatoribus, patente velo, admiſſionalibus remotis. *Inde apud Ic. cauſſas cognoſcere leuato velo. id eſt, palàm omnibus admiſſis. l.* V. *C. De naufragijs:* De ſubmerſis nauibus

Vela cubicularia.

Leuari ſolita venienti.

Leuato velo cognoſcere.

Ayuntamiento de Madrid

nàuibus decernimus vt leuato velo iſtæ cauſſæ cognoſcantur. *At huiuſmodi vela facit lapis vetus* Velaria.
*Romæ.*

TI. CL. THALLVS
PRAEPOSITVS VELARIORVM
DOMVS AVGVSTANAE.

*& Iuuenalis.* — pueros inde ad velaria raptos. *Erant tamen & alia vela in cœnationibus arcendi frigoris, itémque ornatus cauſſa: de quibus Seneca, lib.* IV. *Quæſt. Natur. & Tertullianus de habitu muliebri.*

Quod viſum arceret, aditus non adimeret. *Imò* Correctur
*verò adimebat aditus: nec adiri conſpicive, Agrippi-* Tacitus.
*na voluit, Scribo*, auditus. *veriſſimè.*

PAG. 357. Eſcendere ſuggeſtum. *Probiſſima* Eſcendere.
*vox, & repperi ita in Farneſiano: ſicuti paullo poſt in Vatic.* anquirebant. *Nemo autem tinctus hac meliori litteratura, cui non iſta hodie nota.*

PAG. 358. Duos veteres Reges Agrippam &
Iocchum. *Arippam intellegit Agrippæ filium co-* Agrippa
*gnomento Iuniorem: qui Galilææ, Trachonitidis, &* Rex.
*partis Iudææ Rex. de quo Ioſephus, lib.* XX. *ſatis. Sed Iocchus iſte quis? Vtrum* Bocchus *reſcribendum: an potius, expleta voce,* Antiochus? *Quod verum cenſeo.*
*Intellegit Antiochũ Regem Commagenes & in parte* Antiochus
*Ciliciæ. de quo Ioſephus, lib.* XIX. Ἀντίοχον δὲ ἣν εἶχεν Rex.
βασιλείαν ἀφελόμενος, κιλικίας μέρει τινί, καὶ κομμαγηνῇ δωρεῖται. *Et Dio, lib.* LX. *Confirmat eam ſcripturã noſter infra, qui in auxiliis Corbulonis Antiochum nominat: iteratq́; hoc mandatum* Simul, *inquit,* Antiochũ Regem monet proximas ſibi Præfecturas petere. *Vaticano tamen eſt*, Lochium.

Minorem Armeniam Ariſtobulo. *Ioſephus* XX. Ariſtobulus
τὴν τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας προστασίαν, Ἀριστό- Rex.
βουλος ἥρωδου τοῦ χαλκίδος βασιλέως παῖς, ὑπὸ



Ayuntamiento de Madrid

Νέρωνος ἐγχειρίζεται. & addit, id factum τῷ πρώτῳ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς ἔτει, conuenienter planè cum Tacito.

Soæmus Rex. Sophenem Sohemo. *Neſcio an idem ſit qui à Caio conſtitutus Arabum Ituræorum Rex, auctore Dione. Sed apud eum Σόαιμος dicitur: & fortaſſe ita hic ſcribendum.*

Quadratum Vinidium. *Numidium, vt ſuprà.*

Ægeæ oppidulum. Apud Egas ciuitatem Ciliciæ. *Libri mei, Ægeas, & rectè. Id enim Ciliciæ oppidum. Strabo,* μετὰ δὲ Μαλλὸν, Αἰγαῖαι πολίχνιον ὕφορμον ἔχον. *Id eſt.* Poſt Mallum Ægææ opidulum, quod ſtationem nauibus habet.

Externi mores, ad ſpeciem. PAG. 359. Super experientiam ſapientiamque, etiam ſpecie inanium validus. *Reſtitui, meo animo, verè. Corbulo, inquit, non ſolùm vera virtute ſapientiaque magnus, ſed etiam animos allicere peritus ſpecie inanium, id eſt, geſtibus, verbis, habituque externo. At noſtri Cenſores quàm hic mente, vt ait ille, excenſa! Beatus legit,* ſpe animum validus, *pro animorum, inquit. Vertrantius,* ſpe inanium, *ſcilicet rerum. Cum bona gratia, abite quæſo, & cucurbitas pingite.*

Quo bellum ex æquo modo pararet. *Niſi fallor,* τὸ modo παρέλκει.

Principi ſemper XII. faſces. Ob res à Quadrato & Corbulone geſtas lauru faſcibus imperatoriis addi. *De faſcibus Imperatorum ſiue Principum (nec enim alios hic intellego) docebo iuuentuti, fors fuit, & [illegible]. Olim non niſi magiſtratus populi Romani, aut qui cum imperio in prouinciis, faſcibus vſi. Quid ergo princeps in vrbe, ſi nullum gereret ordinarium magiſtratum? Nihilo ſecius faſces duodecim illi. Origo rei ab Auguſto, cuius honori Senatus decreuit anno vrbis* DCCXXXV. *vti Conſulari poteſtate ſemper vteretur,*

faſci

*faſcibúſque duodecim vteretur.* Dio LIV. ὁ δὲ Αὔγουστος τήν τε τῶν ὑπάτων ἐξουσίαν διὰ βίου ἔλαβεν, ὥστε καὶ ταῖς δώδεκα ῥάβδοις ἀεὶ καὶ πανταχοῦ χρῆσθαι, καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἀεὶ ὑπατευόντων ἐπὶ τοῦ ἀρχικοῦ δίφρου καθίζεσθαι. *Eumque morem tenuerunt * Principes ſecuti: ita vt laurum tamen faſcibus non adderent, niſi in victoria: vti hîc factum. At ſtatim per adulationem irrupit, vt omnium Principum faſces, & ſemper laureati eſſent. eáque nota maxime diſtinctus à vulgo Princeps. Herodianus de Gordiano, lib.* VII. εἵπετο δὲ αὐτῷ πᾶσα ἡ βασιλικὴ πομπή, τῶν μὲν στρατιωτῶν καὶ δορυφόρων προϊόντων, αἵ τε ῥάβδοι ἐδαφνηφόρουν, ὅπερ ἐστὶ σύμβολον εἰς τὸ διαγνῶναι τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ἰδιωτικῶν. *Capitolinus in Maximinis:* Inde Carthaginem venit cum pompa regali, & protectoribus, & faſcibus laureatis. *Quando id cœperit, ignoro: paullatim quidem non ſolùm laureati admiſſi faſces, ſed & aurati. Claudianus Panegyrico in* VI. *conſulatum Honorij.*

* Imò Domitianus. XXIV. ſumpſit. Sueton. Faſces ſemper laureati. ad notam imperij.

Poſtea & aurati.

——— agnoſcunt roſtra curules
Auditas quondam proauis: deſuetáque cingit
Regius auratis fora faſcibus Vlpia lictor.

PAG. 360. Cùm in acta Principum iurarent. *Non vt receptum*, principis. *Iurabant enim in acta non vnius qui imperitabat, ſed & priorum.* Dicam *multa ad lib.* XVI.

Iuramẽtum in principũ acta.

Plautium Lateranum. *Suprà lib.* XI.

Vel iactandi ingenij. *Contaminarant impura manus*, cauſſa iactandi. *At vox ea eleganter abeſt Vatic.*

Libertæ cui vocabulum Acte fuit. *Et Aſia oriunda mulier: cuius genus Nero (vt ſplendorem ei adſtrueret) ad Attalum Regem porrigebat. Xiphilinus.*

Acte liberta.

Penitus irrepſerat, per luxum. *Scribe*, irrepſe-



Ayuntamiento de Madrid

*rat. ad Senecionem enim pertinet & Othonem: non ad Acten.*

Ne ſeuerioribus quidem amicis. *Libri ſcripti,* ſenioribus.

**P**AG. 361. Exuere obſequium in matrem. Senecæque permitteret. *Herere me iubent libri. Nam Farneſ.* ſéque neci permitteret. *Vatic.* ſéque permitteret. *addito ſuperius*, neci. *Nec ſententia quidem ad meum guſtum. Cogitemus.*

Annæus Serenus.

Ex cuius familiaribus Annæus Serenus. *Qui Præfectus vigilum Neronis. Plinius lib.* XXII. Fungi familias nuper interemêre & tota conuiuia, Annæum Serenum Præfectum Neronis vigilum & Tribunos & Centuriones. Quæ voluptas tanta ancipitis cibi? *De hoc amico ſuo capiendus Seneca, epiſt.* LXIV. Hæc tibi ſcribo, is qui Annæum Serenum cariſſimum mihi tam immodicè fleui, vt, quod minimè velim, inter exempla ſim eorum quos dolor vicit.

Pallas, à rationibus.

PAG. 362. Demouet Pallantem cura rerum. *A rationibus Claudij fuit, ex Sueton. cap.* XXVIII. *& lapide, in quo ſculptum:* PALLANS. CAES. N. SER. ADIVTOR. A. RATIONIBVS.

Pariare, & pares rationes habere.

Paréſque rationes cum rep. haberet. *id eſt, (vti Iuriſconſulti loquuntur) vt pariator eſſet, ſiue* ἀλοίπαςος*: ne reliqua vlla haberet. Sic parem rationem facere Seneca dixit, lib.* II. *epiſt. & lib.* VI. *De Benef. cap.* XL. *item Iuriſc. l. vlt. De doli except. l.* 22 *De manum. teſtam.*

Burrus, manu debilis.

Inde vilis rurſus Burrhus *Vatic.* bis. *Suſpicari poſſis, num* debilis, *legendũ. Debilitas enim loco probri, quia & ſacris olim arcebãtur, & decreto Auguſti etiam Senatu. Sequitur autem de hoc ipſo Burrho:* Trunca ſcilicet manu. *Suſpectum aquè,* τὸ rurſus.

quod

Ayuntamiento de Madrid

*quod hi· nulli rei. Puto fuiſſe,* rufus : *gloſſema ſcilicet ad cognomen Afranij, Burrhus. Nam Latini Burrum, rufum dicebant, à Græco. Gloſſæ:* Burrum, ξανθὸν, πυῤῥόν. *Vide Feſtum.* — Burri cognomen, quid.

PAG. 362. Feſtis Saturno diebus inter alia æqualium ludicra regnum luſu ſortientium. *Interpretes ad illuſtrationem loci adferunt, quæ Pollux ſcribit, lib. IX.* Βασιλίνδα, *inquit,* ἐστὶν ὅταν διακληρωθέντες, ὁ μὲν βασιλεὺς προστάττῃ τὸ πρακτέον, ὁ δὲ ὑπηρέτης εἶναι λαχὼν πανταχόθεν ἀπεκλονεῖ. *Magis facit Arriani locus, lib. I. Diſſertatio. Epicteti.* Ἐν Σατουρναλίοις λέλογχε βασιλεύς. ἔδοξε γὰρ παῖξαι τοῦτον τὴν παιδιάν. προστάσσει, σὺ πίε, σὺ κέρασον, σὺ ᾆσον, σὺ ἄπελθε, σὺ ἐλθέ· ὑπακούω, ἵνα μὴ παρ' ἐμὲ λύηται ἡ παιδιά. *Id eſt:* Saturnalium diebus Rex eligitur. Iubet enim ludere hunc luſum. Is imperat, Tu bibe, tu miſce, tu expelle, tu abi, tu veni. Pareo, ne mea cauſa ſoluatur ludus. *Et maximè Luciani in Saturnalibus:* ὁρᾷς ἡλίκον τὸ ἀγαθὸν, ἔτι καὶ βασιλέα μόνον ἐφ' ἁπάντων γενέσθαι, τῷ ἀστραγάλῳ κρατήσαντα. ὡς μήτε ἐπιταχθείης γελοῖα ἐπιτάγματα, καὶ αὐτὸς ἐπιτάττειν ἔχοις, τῷ μὲν αἰσχρόν τι περὶ αὑτοῦ διαβοῆσαι, τῷ δὲ γυμνὸν ὀρχήσασθαι, καὶ ἀράμενον τὴν αὐλητρίδα, τρὶς τὴν οἰκίαν περιελθεῖν. Vides (*inquit apud Græcum Saturnus magnificans ſuum regnum*) quantum bonum ſit regem inter omnes eligi, ſi viceris talo. Cùm neque quiſquam tibi ridiculum aliquid imperet, & tu imperare aliis poſſis : huic, vt turpe aliquid de ſeipſo vociferetur illi vt ſaltet nudus, vtque ſublata in humeros tibicina ter domum circumeat. — Saturnale ludicrum in creando rege. — Is ridiculæ quædam imperabat.

Regnum luſu ſortientium. *Eo ritu, quo regna conuiuiorum: id eſt talo. Ex Luciani ſuprà verbis.* — Talo creabat rex.

Conſtanter exorſus eſt carmen. *Vetus illud ex Ennio tritum,*



Ayuntamiento de Madrid

O Pater, ô patria, ô Priami domus
Septum altiſono cardine templum, *&c.*

Iulius Pollio.

Miniſtro Pollione Iulio, prætoriæ cohortis Tribuno. *Puto eum eſſe qui poſteà Præf. prætorio fuit, ſub Othone. Vide Plutarch. in Othone.*

Filius principum propria menſa.

Ad imum lectum.

Sedebant non accumbebant.

PAG. 364. Mos habebatur principum liberos ſedentes veſci in aſpectu propinquorum, propria & parciore mēſa. *Suetonius ſuper eodem ritu, Claudij, cap.* XXXII. Adhibebat omni cœnæ & liberos ſuos cum pueris puellíſque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum ſedentes veſcerentur. *Idem in Auguſto, cap.* LXIV. *de nepotibus eius:* Neque cœnauit vnà, niſi in imo lecto adſiderent. *Vbi ſcripſerim,* niſi vt imo. *Ex quibus vides pueros ſediſſe ad fulcra, pedéſque parentum. Sediſſe, dico. Spernebant enim etiam tunc accubitum à pueris, à ſeruis: quaſi luxuriæ ritum illi ætati ordinive non decorum. De ſeruis, Plautus Sticho:* Potius in ſubſellijs Cynicè accipiemur, quàm in lecto. *Idem Perſa:* Non poſtulo equidem med in lecto accumbere, ſcis tu med eſſe imi ſubſellij virum. *Donatus in vita Terentij* Iuſſus antè Cæcilio recitare, ad cœnantem cùm veniſſet, quòd erat contemptiore veſtitu, ſubſellio iuxta lectulum reſidens legiſſe dicitur: poſt paucos verò verſus, inuitatus vt accumberet, cœnaſſe vnà. *Senecam ſic accipio. De Tranquillit. lib.* II. *cap.* XV. Non accipiet ſapiens contumeliam, ſi in conuiuio regis recumbere infra menſam, veſcíque cum ſeruis ignominioſa officia ſortitis iubebitur. *Qua contumelia à Caio Pomponius Secundus adfectus, qui cibum cum eo cepit, παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος, ait Dio: ſcilicet quaſi Veiouis illius ſeruus.*

Vti & ſerui.

Seneca explicatus.

Calidæ potus.

Innoxia adhuc & præcalida potio. *Rettuli ad calidæ potionem in Electis. & velim ei capiti addi*

*Arriani*

Ayuntamiento de Madrid

*Arriani locum, lib. I. cap. XIII.* ἤτοι δὲ θερμὸν ἐπίσταται ὡς οὐ μὴ κατακέαιη ὁ παῖς, ἢ κατακέασας χλιαρώτερον ἐνέγκῃ ἢ μηδ' εὑρεθῇ ἐν τῇ οἰκίᾳ, τὸ μὴ χαλεπαίνειν μηδὲ ῥήγνυσθαι, οὐκ ἔστιν ἀρεστὸν τοῖς θεοῖς. *Cui ſimillimus illi Senecæ quem adduxi e lib. de Ira. Ceterum ex hac potione guſtaſſe etiam Titus creditur Britannico adſidens, ait Sueton. Titi, cap. II.*

Octauia quoque. *Scribe*, Octauiæ. *is pauor videlicet ſuit.*

Nox eadem Britannici necem & rogum coniunxit. *Miror ergo, quomodo vera quæ Græci tradiderunt, Britannici corpus gypſo multo oblitum à Nerone fuiſſe, ne liuor appareret è veneno: ſed pluuiam coortam eluiſſe gypſum, dum cadauer per forum efferetur, omniumq́ oculis ſcelus ſubieciſſe. Hæc Zonaras, hæc Dio. Scitè, ſed parum verè: vt Taciti quidem narratio eſt. Nam hæc omnia operire nox potuit.*

Græcos parum probabiliter de Britannico tradere.

In campo tamen Martio ſepultus eſt. *Non tamen ibi combuſtus: ſed reliquiæ eius in vrna, illatæ, vt opinor, monumento Auguſti.*

PAG. 365. Subtrahere oculis acerba funera. *Nota ritum. Acerba enim & immatura funera, quæ intra Tyrocinij diem, pompa funebri aut laudatione non dignata. Alibi dico plenius.*

Acerbum funus.

Viros grauitatem adſeuerantes. *In Senecam & Burrum criminatio ſpectat. quam deluit tamen leuiter ipſe Tacitus, Senecæ vbique volens & amicus: aliter quàm ille Bithynus, qui inimicitias cum Seneca indictas exercet, & ex profeſſo.*

Tacitus pronus in Senecam.

Pecunias quaſi in ſubſidium corripiens. *Vel,* corripere.

PAG. 366. Quæ vt coniugi imperatoris ſoli, tum vt matri ſeruabâtur. *Emendaui veriſſimè.* quæ vt coniugi imperatoris olim, tum. *Iampridem, inquit, excubiæ Agrippinæ: Claudio quidem viuo, vt*



Ayuntamiento de Madrid

*coniugi principis : Nerone imperante, vt matri.*

Germanos ſuper eundem honorem cuſtodes additos. *Duplex ergo cuſtodia Agrippinæ, uti & Principi ipſi Prætoriani militis, Germanique. Suetonius, cap.* XXXIV. Abductáque militum & Germanorum ſtatione, contubernio quoque ac Palatio expulit. *Iampridem verò Germani habitus in honos: & ante eos Hiſpanis. Nam Iulius Cæſar Hiſpanorum cohortem habuerat cuſtodiæ ſuæ, Sueton. in Iul. cap.* LXXXVI. *& Calagurritanorum manum Auguſtus, Suet. cap.* XLIX *Sed ij dimiſſi: & eorum vicem allecti Germani. Quos ipſos metu aliquo & ſuſpicione ob Vari cladem* * *dimiſerat, ſed mox, vt opinor, recepit Auguſtus. Habuit certè eos, inter initia Principatus, Tiberius, ex Tacito, lib.* I. Robora Germanorũ qui tum cuſtodes Imperatori aderãt *aliique ad Galbam vſque*, qui cohortem Germanorum olim à Cæſaribus ad cuſtodiam corporis inſtitutam atque multis experimentis fideliſſimã diſſoluit. *Sed & poſt eum iterum recepta, uti clarum ex hiſtoria inferiore. Imò & externi reges vitam ſuam commiſere iſtis. De Herode quidem* * *lego Iudææ, habuiſſe eum in ſatellitio Germanos. Faueo tibi pugnaciſſima & fideliſſima gens fauco hanc laudem. quæ tamen propria quodammodo Batauorum. Vti enim hodie Heluetij, ſic illi olim eximiè vſi ad hoc munus. Itaque indiſcriminatum modo Batauí ij cuſtodes appellati, modò Germani. Batauos Suet. Cal. cap.* XLIII. *nominat, Plutarchus in Othone. Dio apertiſſimè, lib.* LV. *Ex cuius verbis etiã diſces, Equites peditéſque in hac manu fuiſſe. ſicut & in conſtitutione Hadriani, inter Vexillationes Palatinas Batauos equites ſeniores iunioresq́. recenſitas reperies. Ad hoc non dubiè cuſtodes illa Arriani ſpectat de oblongis gladijs, quorum & nunc Germana genti vſus*

Duplex cuſtodia principibus.

Germani, adſciti, fidei cauſſa. Hiſpani dimiſsi.

* Sueton. cap. XLVIII.

Germani iterum admiſsi.

Etiam in Iudæa Germani.

* Apud Ioſephum lib. XVII.

E Germanis aſſumpti præſertim Bataui.

Bataui equites & pedites.

Ij vſi oblongis gladiis.

*vſu, lib.* IIII. *Diſſertationum*: δείκνυέ μοι τὰς μαχαίρας τῶν δορυφόρων. ἰδοὺ, ἡλίκαι εἰσὶ καὶ πῶς ὀξεῖαι. τί οὖν ποιοῦσιν αἱ μεγάλαι αὗται μάχαιραι καὶ ὀξεῖαι; ἀποκτιννύουσι. *id eſt*: Oſtende mihi gladios illos ſatellitum. Ecce, quàm magni, quámque acuti! Quid ergo faciunt iſti magni gladij & acuti? occidunt. *Reperio & Friſios in hoc numero, vicinos ſcilicet Bataui ingenio, ſituq́; Lapis Interamnæ.* HILARIVS. NERONIS. CAESARIS. CORPORIS. CVSTOS. NATIONE. FRISO.

Iunia Siliana, quam matrimonio C. Silij pulſam ſuprà retuli. *Libro* XI. *Credo ſororem eſſe Marci Luciiq́, Silanorum.*

Sextium Africanum nobilem iuuenem. *Scribe,* Sex. *vt prænomen ſit. Lib.* XIV. Cenſus per Gallias à Q. Voluſio & Sex. Africano Trebellioq́ue Maximo acti ſunt, æmulis inter ſe per nobilitatem Voluſio atque Africano. *Nobilitatem hanc Africani repetendam arbitror à Iulo Antonio Marcellæ marito, cui cognomen. Africano. Et filius L. Antonius lib. V. ſuprà & hic, vt opinor, nepos.*

Sex Africani ſtirps.

Iturium *Verius,* Titurium. *atque ita ſcribunt libri veteres infrà,* XIV. *Annali. Simile mendum* III. *ad Q. Fratrem libro*: Ad Labienum & ad Ligurium litteras dabo. *Malim,* Titurium, *qui in Cæſaris legatis.*

Titurius.

Rubellium Plautum, per maternam originem pari ac Nero gradu à Diuo Auguſto. *Rectè, Plautum. Noſter lib.* XIV. Et omnium ore Rubellius Plautus celebratur, cui nobilitas per matrem ex Iulia familia. *Iterum*: Comperióque Plautum & Sillam maximè timeri. *Libro* XVI. Interfectum eſſe Rubellium Plautum generum L. Veteris. *Græciſque conſtanter ſemper,* Πλαῦτος. *Vbi ergo ſtant,* Plancus, *aut,* Blandus, *ſubſtituentium?*

Rubellij Plauti cognomine reiectum.

*At*

*At enim pater illi fu't Rubellius Blandus. Homo n-conſpectè, an neſcis pleroſque filiorū cognomine à patribus diuerſos fuiſſe, hoc ænot Taciti vna aut altera pagina tibi teſtis. In Iuuenali ergo corrige, ſat.* VIII.

Iuuenalis correctus.

——tecum eſt mihi ſermo Rubelli
Plaute, tumes alto Druſorum ſanguine.

*Suetonius qui A Plancium quendam iuuenem nominat, non tibi imponet: alius eſt ab iſto, vt dicam lib.* XIV. *vbi de morte huius Plauti. Quod ait Tacitus pari cum gradu à Diuo Auguſto fuiſſe ac Romanemiſſd clarum. Rubellius Blandius maritus Iuliæ Druſi filiæ fuit. ex iu genitus hic Rubellius Plautus. Tabulam noſtram adi.*

Genus Plauti.

Atimetus libertus.

PAG. 367. Atimeto Domitiæ Neronis amitæ liberto. *Ætas non abnuit, quin ſit ille libertus, de quo hodie inſcriptio ædibus Ceſiorum,* ATIMETVS. PAMPHILI. TI. CAESARIS. AVG. L. L. ANTEROTIANVS. *cum carmine Romano Græcóque, in mortem Homonææ coniugis. E domo enim Pamphili Tiberiani liberti tranſire ad hanc Domitiam potuit.*

Luſus Principis intendere. *Nec malè,* luxus.

Fabius Ruſticus hiſtoricus.

Fabius Ruſticus. *Hiſtorias eorum temporum ſcripſit. de quo elogium noſtri, in Agricola:* Liuius veterum, Fabius Ruſticus recentium eloquentiſſimi ſcriptores.

Plinius hiſtoriā ſcripſit.

Plinius. *In libris Hiſtoriarum, quos à fine Aufidij Baſſi compoſuit triginta & vnū. Ipſe in præfatione ad Titum:* Nos quidem omnes, patrē, te, fratrēmque diximus opere iuſto, temporum noſtrorum hiſtoriam orſi a fine Aufidij Baſſi. *Eoſdem libros intellegit,* II. *Hiſtor. nat. cap.* LXXXIII. Nec minus mirum oſtentum & noſtra cognouit ætas, anno Neronis Principis ſupremo, ſicut in rebus eius expoſuimus. *Et cap.* CIII. Amnes retro fluere &

noſtra

Ayuntamiento de Madrid

noſtra vidit ætas, Neronis principis ſupremis, ſicut in rebus eius retulimus. *Credo autem ſcripſiſſe Aufidium, à bellis ciuilibus ad res Claudij aut paullum infrà. Certè vixit ea ætate, & viri optimi (ita appellat) conſtantiam in lenta morte Seneca deſcribit epiſt. XXX. Citantur bina eius fragmenta in Suaſoria pro Cicerone.* Aufidij Baſſi hiſtoriæ, & æuum.

Cluuius. *Non, Cliuius. eſt Cluuius ille Rufus, vir conſularis, qui huius inferiorisq́ue ætatis hiſtoriam ſcripſit. Plinius lib. VIII. Epiſtolar.* Ita ſecum aliquando Cluuium locutum, Scis Virgini, quæ hiſtoriæ fides debeatur: proinde, ſi quid in hiſtoriis meis legis aliter ac velles, rogo ignoſcas. *Emenda Plutarchum in Othone, apud quem ſub initium malè* [...]αίδιος ξίφος *ſcriptum, & verſum Nominat aliquoties noſter, & Suetonius.* Cluuius Rufus hiſtoricus. Plutarchus correctus.

Scriptos eſſe ad Cæcinam Tuſcum codicillos. mandata ei prætoriarum cohortium cura. *Benè & ad ritum eius æui, Codicillos. Nam officia omnia adminiſtrationeſq́ue dari à Principe moris, in codicillis. Tacitus in Agricola:* Credidere pleriq; miſſum è ſecretioribus miniſteriis libertum, codicillos quibus ei Syria dabatur, tuliſſe. *Sidonius lib. I. epiſt.* Vacante aula turbatáque rep. ſolus inuentus eſt, qui ad Gallias adminiſtrãdas faſcibus prius quam codicillis auſus accingi &c. *Ingerit idem non conuenienti lectori Suetonius, Claud. cap.* XXIX. Suppoſitos aut etiam palàm immutatos datorum officiorum codicillos. *Et Arrianus lib.* III. *Diſſert.* Ἀλλὰ κριτής εἰμι τῶν Ἑλλήνων. οἶδας κρίνειν, τί σε ἐποίησεν εἰδέναι; Καῖσάρ μοι κωδίκελλον ἔγραψε. γραψάτω σοὶ ἵνα κρίνῃς περὶ τῶν μουσικῶν, καὶ τί σοι ὄφελος; *Zeno Imp. l.* I. *C. Vt omnes iudices.* Aut codicilli alterius adminiſtrationis oblati. *& l.* XII. *C. de Dignit.* Iudices qui ſe furtis & ſceleribus fuerint Officia data in codicillis.

Ayuntamiento de Madrid

Lãpridij ne-uus verúſque intellectus.

rint maculaſſe conuicti, ablatis codicillorum inſignibus & honore exuti, *&c.* *Lampridium vt interpretemur ex iſtu, in Alexandro :* Pontificatu & Quindecimuiratus & Auguratus codicillares fecit, ita vt in Senatum allegerentur. *Codic. &c. id eſt, tribuit eos ipſe per codicillos: cùm antea cooptari à collegis, partim à plebe ſolerent.*

Cæcina Tuſcus, quis.

*Cæcina Tuſcus quem hîc nominat, eſt ille qui poſtea Præf. Aegypti à Nerone relegatus eſt. Sueton. cap.* XXXV. Tuſcum nutricis filium relegauit, quòd in procuratione Aegypti balneis in aduentum ſuum extructis lauiſſet.

Dio correctus.

*Dionem corrige :* τί δὲ ὅτι καὶ Κίνναν τοῦσκον ὑπερώρισεν, ὅτι τῆς Αἰγύπτου ἄρχων, ἐλούσατο ἐν τῷ βαλανείῳ, ὃ ἐκεῖνος ὡς καὶ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἥξων, ἐπεποίητο, ἐπειδὴ. *& ſcribe,* τί δὲ Καικίναν. *Superfuit tamen Neroni, & nominatitorum noſter lib.* III. *Hiſtor.* Apud Cæcinam Tuſcum epulari multos, præcipuum honore Iunium Blæſum nuntiatur.

Sed vocem vnius ex inimica domo adferri. *Hæſito num ſcrib.* vocem mimi ex inimica domo. *De Paride enim: & fatalis quidam librariorum in his vocibus error.*

P A G. 368. Refutare tenebras & vigilatam conuiuio noctem. *Hæret ſententia : quam explicari poſſe puto, ſi legas,* Reputaret tenebras.

Viuere ego Britannico potiente rerum poteram. at ſi Plautus aut quis alius remp. iudicaturus obtinuerit. *Lege nota interrogandi ,* Viuere e. B. p. r. poteram? *Sequentia. ſcripſerim.* remp. iudicatúſue obtinuerit. *id eſt, ſi Plautus rerum, iudicatúmve potiretur.*

P A G. 369. Præfectura annonæ Senio Ruſo. *Fenius illi nomen: atque ita ſemper infrà.*

Cura ludorum Arruntio Stellæ. *Inter dignitates ergo ea res fuit, ſic libro* XI. Sulpicius Rufus lu-

di

di procurator. *In lapide priſco Tibure:* CVRAT. MVNERIS. PVBLICI. GLADIATORI. *Apud Sueton. Cal, cap.* XXVII. Curator munerum ac venationum.

Curator ludorum.

Aegyptus C. Balbillo. *De hoc Seneca lib.* 4. *Nat. Quæſt. cap.* 11. Balbillus virorum optimus, præfectuſque in omni litterarum genere rariſſimus, auctor eſt cùm ipſe Præfectus obtineret Aegyptum, *&c. etſi malè vulgò,* Babilus. *Corruptum & in Plinio idem nomen, lib.* XIX. *proœmio.* Galerius à freto Siciliæ Alexandriam ſeptima die peruênit, Babilus ſexta, ambo Præfecti, *ſcrib.* Balbillus. *In lapidibus nominatur quidam,* TI. IVLIVS. BALBILLVS. SACERDOS. SOLIS.

C. Balbillus.

In eo nomine Seneca & Plinius correcti.

Syria P. Anteio deſtinata *Incutè vulgo,* Pantillo. *errore duplici. Coniectura noſtra certò firmatur è Taciti* XVI. Simul annuam pecuniam à P. Anteio miniſtrari cognoſcit, neque neſcium habebat Anteium caritate Agrippinæ inuiſum Neroni.

P. Anteius.

PAG. 370. Statio cohortis adſidere ludis ſolita. *Non repeto quæ ſcripſi Epiſtolis. Quæſt. lib.* III. *epiſt.* XVIII.

Q. Voluſio P. Scipione. *Ita mei libri, idq; Faſti comprobant. Lapis Neapoli,*

Conſules repoſiti.

Q. VOLVSIO SATVRNI
P. CORNELIO. SCIP. COS.
AVGVSTALES
QVI. NERONI. CLAVDIO
CAESARI. AVGVST. ET
AGRIPPINAE. AVGVSTAE
I. O. M. ET. GENIO. COLONIAE
LVDOS. FECERVNT. XIII. XII. K. MAR.

*Nominat & Phlegon in Admirandis, Q. Voluſium P. Scipionem coſſ.*

Vt ipſe quoque exciperet ictus, & ore præfer

Ayuntamiento de Madrid

Nero petulanter graſſatur.

ferret. *Vera lectio. Beatus Maurus q; fruſtra adlabi-rant in ſcriptura codicis Budenſis: quem ex hoc aliiſq; locis ſcias fuiſſe non optimæ notæ. Legunt tamen illi.* & ore ſe Cæſarem præferret. *Ine. tè. Hoc noſter voluit clarè, excepiſſe eum ab ignaris ictus, & læſa facie prætuliſſe. Plinius lib. XIII. de Thapſia:* Nero Cæſar claritatem ei dedit initio imperij, nocturnis graſſationibus conuerberatam faciem illinens ſibi cum thure ceráque, & ſecuto die contra famam cutem ſinceram circum ferens.

Aduerſus viros feminaſque, inſignes. *Fara.* illuſtres.

Multi propriis cum globis *Melius*, inulti.

In modum captiuitatis nox agebatur. *Dinim ſcribend.* in modum captæ ciuitatis. *Ea enim facie potius, quam carceris cuſtodiæue.*

Iulius quidam Montanus. *Si memoria mihi firma, poeta quidam eo nomine apud Senecam patrem laudatur.*

Qui Laticlauij dicti.

Senatorij ordinis, ſed qui honorem nondum capeſſiſſet. *Suetonius Laticlauium vocat vt ſcitis. Ante & ſub hoc æuum mos, vt liberi Senatorum, alt clauo inducerentur vnà cum virili toga & Curiæq; interceſſe.i. Ab Auguſto inſtitutum, qui* Liberis Senatorum, quò celeriùs reip. adſueſcerent, protinus virili togæ latum clauum inducere, & Curiæ intereſſe permiſit. *A quo more Ouidius:*

Ouidius explicatus.

Liberior fratri ſumpta, mihique toga eſt:
Induiturque humeris cum lato purpura clauo.

*Iidem ergo Laticlauij: iidem capeſſendis honoribus deſtinati. Noſter lib. XIV.* Valerius Fabianus capeſſendis honoribus deſtinatus. *Statius III. diuarum.*

Notus adhuc tantùm maioris munere claui.

*Alij ſunt Tribuni laticlauij, de quibus hæc non capio.*

In

Ayuntamiento de Madrid

*Iulius ergo Montanus Senatorij quidem loci, ſed qui magiſtratum adhuc nullum cepiſſet, & tantùm laticlauius.*

Adde his l. v. De iure patr. vbi ſtrictius de hac Claudij cõſtit.

PAG. 371. Reuocandæ libertatis ius patronis daretur. *Non ergo ratum Claudij iudicium, qui In*gratos & de quibus patroni quererentur, reuocauit in ſeruitutem. *Sueton. cap* XXV. *In quo Claudius exemplum Athenienſium ſecutus videri poteſt, apud quos* conuictus à patrono libertus ingratus, iure libertatis exuitur. *ait Valerius lib.* II. *cap.* VI. *& Plutarch. in Solone. Iudicauit ergo quidem ita Claudius, ſed in legibus & more Romano aliud fuit, vti audiemus.*

Senatus ſæpe referebat ad Principẽ conſulta.

Perſcripſere tamen conſenium Senatus. Ille an auctor, *&c. Puto leg. interpungendúmque,* Perſcripſere tamen C. Senatus illi, an auctor conſtitutionis fieret, vt inter paucos & ſententiæ diuerſos. *Firmant illa Taciti, lib.* XIV. At Conſules perſcere Senatus decretum non auſi, de conſenſu ſcripſere Cæſari.

Varia & vana reſtitutio.

Vine an æquo cum patronis iure agerent, ſententiam eorum conſultarent *&c. Occiſus locus, ita viuam & ſentiam ego. Ecce tamen veſpilliones aliquot (non enim medicos) ad hoc funus. Eſt qui legat:* Vi an æquo cũm patronis iure agerent, ſentẽntiam eorum conſutarent, ac verberibus vltro manus intenderẽt, implere vel pœnam ſuam diſſuadentes. *Alius,* Vt ne æquo cum p. i. a. ſ. e. conculcarent, ac v. v. m. intenderent, impellerentue p. ſ. d. *Parcite boni viri, non vos, non ego reſtituemus ſine libris, à quibus nihil hic iuuor. Ludibria tamẽ mea hæc:* vt iam nec æquo cum patronis iure agerent. Sententia eorum conſulta, i, non verberibus manus vltro intenderent, impune vel pœnam ſuetã diſſuadentes. *Ad manuum intentionem facit aliquid*



Ayuntamiento de Madrid

*locus è lib.* III. *Annal.* Libertique etiam ac ſerui, patrono vel domino, cùm voces cùm manus intentarent, vltro metuebantur.

Quid enim aliud læſo patrono cõceſſum, quàm vt viceſimum vltra lapidem, in oram Campaniæ, libertum releget? *Quando id aut qua lege, patroni*

Pœna in libertos ab Auguſto.

*conceſſum, quærimus. Suſpicor eſſe ab Auguſto, qui, vt Dio ait, lib* LV. *conſtituit* τὰ δικαιώματα ὅσαπερ ἄλλοι πρὸς τοὺς ἐλευθερωμένους, καὶ αὐτοὶ οἱ δεσπόται σφῶν γιγνόμενοι χρῶνται. *id eſt,* iura, quibus erga libertos cum alij, tum ipſi patroni vterentur. *Et relegatio quidem eſt ab exemplis æui priſci. Vt enim patres olim filios ſuos relegabant pœnæ & moleſtiæ cauſſa. (vti Roſcius Amerinus, vti Torquatus à*

Patres olim filios ſuos relegabant.

*patribus relegati leguntur:) ſic patronis relegandi libertos ius nunc tribuit ſiue quis alius, ſiue Auguſtus. Sed in numero numquam ratio? & cur non vltra* XX. *lapidem?* Nihil *reperio. Præfectus quidem vrbi intra centeſimum lapidem cognoſcebat: vltra, Præfectus Prætorio: vt notat Vlpianus in * fragm. Pythœanis lib.* VIII. *De offic. proconſ. Eoq; exemplo Seuerus Imp. Prætorianos milites vltra C. lapidem abeſſe ab vrbe iuſſit, apud Herodianum lib.* II. *Dio tamen lib.* VII. *vbi de Præfecto vrbis, iuriſdictionem eius anguſtius terminati,* ἕως τοῦ ἄστεως μέχρι πεντήκοντα καὶ ἑξακοσίων σταδίων, *ea eſſent milliaria circiter* LXXVII. *niſi in Dione reſcribendum ſit,* ἑπτακοσίων: *quod puto. Sanè ad Præf. vrbis pertinuiſſe audire patronos querentes de libertis, ex Vlpiano clarum l.* I. *De off. Præf. vrbis. Sed Tacitus patrono ipſi hanc relegationem, vt apparet, tribuit: nec tamen videtur vſurpari potuiſſe, ſine auctoritate maiori.*

Præfecti vrbis iuriſdictio quatenus.

* Tit. De plagiariis, & l. 1. De offic. præf. vrbis.

Dio correctus.

PAG. 372 Decurias, *Iudicumne decurias intelligit, an potius ſcribarum? Puto ſcribarũ. Qui ordo iſte fuſus Romæ, & non inhoneſtus. Liberti autẽ oratio-*

Scribarum ordo.

*nem*

nem cum pretio certo emebant, vti è *Cicerone haurias* III *lib. in Verrem:* Ad eos me ſcribas reuoca: noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac ſenicorum corollariis, cùm decuriam emerunt, ex primo ordine exploſorum in ſecundum ordinem ciuitatis ſe veniſſe dicunt. *Et paulo poſt de iiſdem.* Mirabimur turpes aliquos eſſe in eo ordine, quò cuiuis pretio licet peruenire? *Scribæ ij diuiſi per decurias. Sueton. in Claud. cap.* I. Corpus eius per municipiorum coloniarumq; primores, ſuſcipientibus obuiis ſcribarum decuriis, ad vrbem deuectum. *Reperiſq; ſparſim Quæſtorios ſcribas, Aedilitios, Prætorios, item Scribas ærarij, Portorij &c.*

Libertis præuo patebat.

In decurias tributus.

Miniſteria magiſtratibus & ſacerdotibus. *Lictores, viatores, præcones, calatores, præcias.*

Miniſtri magiſtratuum è libertis.

Cohortes etiam in vrbe conſcriptas. *Cohortes vigilum, quæ ſcriptæ primò ex milite libertino. Strabo, lib.* V. *Dio* XLVIII.

Vigiles è libertis.

Manumittendi duas ſpecies inſtitutas. *Libertas duplex, Iuſta, nō iuſta. Iuſta, quæ vindicta, cenſu, teſtamento data. Non iuſta, quæ inter amicos, in conuiuio, per epiſtolam. Seneca De vita beata, cap.* XXIIII. Hominibus prodeſſe natura iubet, ſerui liberiue ſint: ingenui an libertini, iuſtæ libertatis an inter amicos datæ. *Rectéque libri veteres aliquot in Suetonij Aug. cap.* XL. Seruos non contentus multis difficultatibus à libertate, multóque pluribus à libertate iuſta remouiſſe. *Iuſtâ illâ qui manumiſſi, planè plenéque liberi: qui alterâ, vinclo adhuc quodam, vt Tacitus ait, attinebantur ſeruitutis. Imò retrahi poterant in ſeruitutem. Fragmentum quoddam Ic. veteris à Puteano.* Hi qui domini voluntate in libertate erant, manebant ſerui: & manumiſſores audebant in ſeruitute denuò

Duplex manumiſſio.

Suetonius correctus auctuſque è libris.

Iuſta libertas.

Non iuſta, ſiue inter amicos.



Ayuntamiento de Madrid

eos per vim ducere. Interueniebat Prætor, & non permittebat manumiſſum ſeruire. *& addit poſt:* Sed nunc habent propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, & fiunt Latini Iuniani.

Plautus illuſtratus.

*Scitè ergo ob hanc iteratæ ſeruitutis metum Meſſenio ſeruus apud Plautum, qui inter amicos manumiſſus ſubiicit,*

Sed meliore eſt opus auſpicio, liber perpetuò vt ſiem.

Relinqueretur pœnitentiæ, aut nouo beneficio locus. *Pœnitentiæ, vt retraheres in ſeruitutem: beneficio, vt* vindicta liberares. Ita apud Plinium lib.* VII. *epiſt.* Facilè deflectet ad te, ſi voles vindicta liberare, quos proximè inter amicos manumiſiſti.

*Hæ ſunt Iterationes, quarũ mentio Iuſtin. Nouell. 78.

Ereptus amitæ libertus Paris, quaſi iure ciuili *Zamiam ergo aliquam in nos molitus Vlpianus, cum ſcribſit l. 3. De condict. cau. data:* Neratius etiam libro Membranarum refert, Paridem Pãtomimum à Domitia Neronis filia, decem quæ ei pro libertate dederat, repetiſſe per iudicem. *filiamq́, eam Neroni fecit, quæ eſt amita, magna ſua librariiue culpa. Sed librarium id peccaſſe clementius eſt: ſcribendamq́;* Neronis amita: *aut potius,* Neronis conſilio. *quod firmat Tacitus, qui Neronis iuſſu patratum id ingenuitatis iudicium ait.*

Vlpiani aut error.

Aut ſcripturæ vitiũ. déque tollendo coniectura.

Prohibiti Tribuni vocare ex Italia. *Non mirum, quippe qui nec Romæ vocationem habuerint, auctore Varrone: cuius verba in Agellij Noct. lib.* XIII. *cap.* XII.

Tribunis non eſt ius vocandi.

P AG. 373. Princeps curam tabularum publicarum à Quæſtoribus ad Præfectos tranſtulit. Variè habita, ac ſæpe immutata eius rei forma. *Eam varietatem breuiter exponam, cum temporum luce. Olim ærario præpoſiti Quæſtores: notum. Cauſſa immutam*

De Præfectura ærarij. Primò id Quæſtores tractabant.

Ayuntamiento de Madrid

*tandiſub Iulio Cæſare orta, anno vrbis* DCCIX. *Quia enim abſente Cæſare Quæſtores creati nulli, ærarij cura Aedilibus duobus commiſſa eſt: nec redijt poſtillà ad Quæſtores. Dio diſertè notat lib.* XLIII *Aediles ergo præfuiſſe videntur (non enim immutationem reperio) per annos ferè decem & ſeptem, donec Auguſtus Prætorios ſubſtituit. Factum anno* 726. *Dio lib.* LIII. καὶ ἐπειδὴ χρημάτων τὸ δημόσιον ἐδεῖτο, ἐδανείσατό τινα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ, πρός τε τὴν διοίκησιν σφῶν, δύο κατ' ἔτος ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων αἱρεῖσθαι ἐκέλευσε. *id eſt:* quoniam ærarium publicum inops pecuniarum eſſet, quaſdam mutuo ſumptas in id contulit: & adminiſtrationi earum duos Prætura functos in annos ſingulos electos præfici iuſſit. *Sueton. cap.* XXXVI. Auctor fuit, vt cura ærarij à Quæſtoribus vrbanis ad Prætorios, prætoréſue tranſiret. *Tacitus hic. Ideo in monumentis id ævi hiſtoriiſq; Prætores ærarij, inſcripti paſſim. Manſit ad Claudium,* qui curam ærarij Saturni Quæſtoribus reddidit, quam medio tempore Prætores aut vtique prætura functi ſuſtinuerant, *ait Sueton. cap.* 24. *Ita tamen, vt honor. iis extra ordinem permitteret, ait Tacitus,* ne metu offenſionum ſegnius conſulerent. *Quem Dio explicat, in Claudio:* τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως καταλύσας, ταμίαις αὐτὴν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐπέτρεψεν, οὐχ ὥστε καὶ ἐτησίους σφᾶς (ὅπερ ἐπί τε ἐκείνων πρότερον, καὶ ἐπὶ τῶν στρατηγῶν μετὰ ταῦτα ἐγεγόνει) ἄρχειν, ἀλλ' οἱ δύο οἱ αὐτοὶ τρία ὅλα ἔτη αὐτὴν διῴκουν, καὶ οἱ μὲν στρατηγίας εὐθὺς ἐλάμβανον, οἱ δὲ καὶ μισθὸν ἔφερον ὅπως ἂν αὐτὸ καὶ ἔδοξαν ἄρξαι. Prætores ærarij ſolues, Quæſtoribus ruſsũ antiquo more id tradidit, non tamen vt annuum eorum munus eſſet (quod antea & in ipſis & in Prætoribus factũ.) ſed duo idẽ tres annos conti-

Mos Aediles.

Inde Præturа functi, aut Prætores.

Iterũ Quæſtores.

Iiſque extra ordinẽ datæ præturæ.



Ayuntamiento de Madrid

nuos eam curam ſuſtinebant: eiſque exactis Præturas ſtatim adipiſcebantur, interdum & præmium mercedémque: proinde ac bene ſe geſſerant. *Honores ergo extra ordinem iis dati, ſunt Præturæ. Sed idipſum immutans rurſum Nero, rediit non ad Prætores (non enim ita appellari amplius) ſed ad Præfectos: quos à Prætoriis elegit. Itaque clarè Tacitus* Prætura perfunctos *delegit, non Prætores. Ita enim in Tacito corrigendum. Per bella tamen ciuilia & Principe nullo Romæ, iterum Prætores præfecti videntur: innuitq́, Tacitus, lib. 4. Hiſt.* Prætores ærarij (nā tunc à Prætoribus tractabatur ærarium) publicam paupertaté queſti, *&c. Inſita enim admonitio facilè oſtendit aliud fuiſſe Taciti. 1. Traiani æuo. Gellius lib. 13. Præfectum nominat,* Quod per Quæſtorem dixi, *inquit,* intellegi nunc oportet Præf. ærario: nam cura ærarij à Quæſtoribus ad Præfectos (*ita legerim, non* Præfectum) tranſlata eſt. *Præfuiſſe autem eos cenſeo biennium, ex hac ſanctione Neronis: certè quidem ita ſeruatum ſub Traiano. Plinius Panegyr. de ſe & Tertullo,* Nondū biennium compleramus in officio laborioſiſſimo & maximo, cùm tu nobis Conſulatum obtuliſti. *Et ſtatim:* Nobis Præfectis ærario, Conſulatum ante quàm ſucceſſorem dediſti. *In iure crebra mentio Præfectorum ærarij, ut l. 12. De his quæ ut indignis l. 15 & 43. De iure fiſci.*

Præfecti è prætoriis ſub Nerone.

Prætores ſub Veſpaſiano.

Poſtremò denique præfecti è prætoriis.

Qui bienniū præerant.

C. Aminius celeber Iuriſconſultus.

Aminius Rebuis, ex primorib. perita legum. *Libri vett.* C. Aminius. *neſcio an,* Caninius Rebilus. *Certè (& doleo) ignotus mihi, quicunque hic laudatus Iuriſconſultus.*

Voluſius Saturninus.

L. Voluſius egregia fama conceſſit, cui tres & nonaginta anni, præcipuæq; opes. *De huius ſenio Plin. lib. 7.* Nuper L. Voluſius Saturninus omniū quos in conſulatu ſententiam rogauerat ſuperſtes fuit.

Ayuntamiento de Madrid

fuit. *Præfectum cū vrbi fuiſſe colligas ex altero Pli-*
*vū loco:* Nuper L.Voluſio Saturnino in Præfectu-
ía vrbis extincto, notū, è Cornelia Scipionū gen- * Intellegis
te.* Voluſium Saturnium qui fuit Conſul, ge- Plinius L.
ńtum poſt 62. annum. *Et de diuitiis eius, Tacit. lib.* Voluſiū, qui
n. Et quantū Voluſio longa parcimonia quæſi- coſ. anno
te, tantū in te mea liberalitas explere nō poteſt. 800.

PAG 374. Inoffenſa tot Imperatorum ma[...]itia Vaticinium
fuit. *Ambigo an,* amicitia, *ſcribend. vti dicat coluiſ-* in Tacito.
*ſecum tot principum amicitias ſine offenſa.*

Molem amphitheatri apud campum Martium.
*Quod totum è ligno ſtruxit, Sueton. cap.* XII.

Plebeíque congiarium quadrageni nummi vi- Numerus
ritim dati. *Illiberalis liberalitas. Corrigo,* quadrin- correctus.
geni: *& do auctorem Suetonium cap.* X. Diuiſis
populo viritim quadringenis nummis, Senato-
rum nobiliſſimo cuique, *&c.*

Vectigal quoque quintæ & viceſimæ venaliū
mancipiorum remiſſum. *Ampla populi Romani*
*vectigalia: nullum, cenſeo, amplius eo quod è ſeruis, li-*
*bertiſque. Rem eam paullò vberius à capite mihi*
*tractanti, aut gratia, aut venia eſto. Antiquiſſi-*
*mum vectigal Viceſimæ reperio, quæ ad libertos. In-* Viceſimæ ve-
*ſtitutum anno vrbis 397. C. Marcio Cn. Manlio Coſſ.* ctigal vetus,
*Liu. lib* VII. Ab altero Conſule (*Cn. Manlio*) nihil in libertis.
memorabile geſtum, niſi quòd legem nouo ex-
emplo ad Sutrium in caſtris tributim, de Vice-
ſima eorum qui manumitterentur, tulit. Patres,
quia ea lege haud paruum vectigal inopi æra-
rio additum eſſet, auctores fuerunt. *Et Viceſi-*
*ma ſemper exhinc exercita, ad tempora Principum*
*inferiorum. Itaque non infrequens memoria in libris.*
*Ab hac aurum Viceſimariū deriuo, quod in ſanctio-* Viceſim[...]
*re ærario: de quo Liuius lib.* XXVII. Conſulibus aurum.
aurum Viceſimarium, quod in ſanctiore ærario



Ayuntamiento de Madrid

ad vltimos caſus ſeruaretur, promi placuit. *Ad hanc Vicesimã Arriani inſignis locus, lib. III. Diſſertation. Epicteti, cap.* XXVI ὁ δοῦλος εὐθὺς εὔχεται ἀφεθῆναι ἐλεύθερος. διὰ τί; δοκεῖτε ὅτι τοῖς εἰκοςώναις ἐπιθυμεῖ δοῦναι ἀργύριον; οὔ. ἀλλ' ὅτι φαντάζεται, &c. *In quo loco, vide vt cæcutiat vir, alia doctus. Nam vertit.* Seruus in primis cupit ſe donari libertate. Quam ob cauſſam? an quia deſiderat pro teſſera vendentibus argentum numerare? Nõ ſed quia opinatur, &c. *Et in Notis ait*, εἰκοςώναι *eſſe qui rem emit exhibito ſigno aut teſſera: manumiſſos autem emere publicè frumenta potuiſſe exhibita teſſera: vnde Perſius*—ſcabroſum teſſerula far. *Somnia & nugamenta mera. Corrigo in Arriano*, τοῖς εἰκοςώναις. *Gloſſæ.* εἰκοςώνης, ὁ τὰς εἰκοςὰς ἀπαιτῶν. Viceſimarius. *Verte igitur:* An quia viceſimariis argentum dare deſiderat? *Idem Arrianus lib.* II *cap.* I. ὅταν οὖν στρέψῃ τις ἐπὶ στρατηγοῦ τὸν αὑτοῦ δοῦλον, οὐδὲν ἐποίησεν; ἐποίησε. τί; ἔστρεψε τὸν αὑτοῦ δοῦλον. ἄλλο οὐδέν; ναί. καὶ εἰκοστὴν αὐτοῦ δοῦναι ὀφείλει. *Id eſt:* Cùm quis ſeruum ſuum verterit apud Prætorem, nihilne fecit? fecit. quid? vertit ſuum ſeruum. Nunquid amplius? Certè vigeſimam pro eo dependet. *Cicero lib.* II. *ad Att. epiſt* XVI. Portoriis Italiæ ſublatis, quod vectigal ſupereſt domeſticum præter Viceſimam? *Hæc in manumiſſis. At in ſeruis receptum, vt quotiens venirent, vectigal pro iis penderet emptor. Id Tacitus fuiſſe ait, quintam & vicesimam:* lectio mo*ſtò ſit certa. Ambiguus etiam iure, quoniam de hac* vectig. *nihil alibi ſcriptum. Imò ſcriptum contrà: Auguſtum, cùm pecunia ad bellum & nocturnos Vigiles egeret, inſtituiſſe Quinquageſimam venalium mancipiorum. Dio* ςς *in actu anni* 760. τό τε τέλος τῆς πεντηκοστῆς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδραπόδων πράσει ἐσήγαγε.

Interpretis Arriani lapſus.

Correctus Arrianus.

Viceſimæ quintæ vectigal in ſeruis venalibus.

Quinquageſima venalium.

Ayuntamiento de Madrid

ςῆς. Et herclè vti aliarum rerum venalium Centeſima fuit. ſic Quinquageſima mancipiorum. auſimq́; in Tacito reponere,* quinquageſimæ. Alia Quinquageſima eſt, de qua in Symmacho, & infrà, hoc ipſo libro. Fuit & Viceſima hæreditatium, inſtituta ab Auguſto ad ærarium militare: de qua Dio lib. LV. altu anni DCCLIX. τήν τε εἰκοστὴν τῶν τε κλήρων καὶ τῶν δωρεῶν ἃς ἂν οἱ τελευτῶντές τισι, πλὴν τῶν πάνυ συγγενῶν ἢ καὶ πενήτων, καταλείπωσι, κατεστήσατο. Temperauit eam Nerua, & magis Traianus: de quibus multa Plinius in Laudatione. qui omnino videndus, ſi vim intellegere aues eius vectigalis. póſtque illos Antoninus Philoſophus, de quo Capitolinus: Leges etiã addidit (ſiue edidit) de viceſima hereditatũ, de tutelis. Videndus item Paullus lib. IV. Sent. tit. VI. l. vlt. C. De edicto D. Hadrian. toll. De Viceſima legibus primus ſcripſit A. Ofilius, & poſt eum Macer libris duo. Inuenio & in lapidibus, PROCVRATOR. XX. HEREDITATIVM. item, PROMAGISTER XX. HEREDITATVM. qui poſtremus titulus ab eo, quòd, vti è Plinio diſcis, publicani colligebant hoc vectigal: quorum Magiſtri & Promagiſtri. Satis. nec enim Iuriſconſultorum frugem demetere propoſitum nobis.

Factum Sc. vltioni iuxtà & ſecuritati. Quod Piſonianum dictum, in l. Senatuſconſ. De Sc. Silan. & Neronianum à Paullo lib. III. Sentent. Certè conditum vulgatumq́; eſt, Nerone II. & Piſone Coſſ. Latũ ea de re & anteà ſub Auguſto P. Cornelio Dolabella, & C. Silano Coſſ. vnde nomen Sc. Silaniani: ſed minus plenè. Dixerunt plura ante me, Vertranius hoc loco, & I. Cuiacius, I. Obſeru. cap. XVII.

PAG. 375. Pomponia Græcina inſignis femina. Soror filiaue Pomponij Græcini qui conſul ſub Auguſto: & ad quem Elegia Ouidij IV. De Ponto.

Poſt Iuliam Druſi filiã dolo Meſſallinæ inter-

* Niſi tamen in Dione vitiũ, & reſcribi placeat. πεντηκοστῆς.

Viceſima hereditatium.

Promagiſter Viceſimæ.

Conſultum pro ſecuritate dominorum.



Ayuntamiento de Madrid

nuæ Iuliæ.

feſtam. *Duas enim Iulias Claudius ſuſtulit, ſuaſu ſiue iuſſu Meſſallinæ: alteram Druſi, alteram Germanici prolem Sueton. cap.* XXIX. *& Dio* LX. *Seneca in Ludo.*

Numerus vitiatus.

Per quadraginta annos non cultu niſi lugubri, non animo niſi mæſto egit. *Luctum hic, recla rum ob Iuliam interfectam. Ab eius ergo cæde quadraginta anni? Falſum. Nam ea cæſa paullo ante expeditionem Claudij in Britanniam, uti è Dione liquebit tibi. Scribe fideiubente me,* quattuordecim annos. *Mors enim Iuliæ in annum incidit vrbis* DCCXCVI. *à quo ad hunc Neronis conſulatum iuſti* XIV. *anni.*

Coſſutianus Capito.

Coſſutianum Capitionem Cilices detulerant. *Hunc aut alium ſui æui intelligi Iuuenalis voluit ſat.* VIII.

——quàm fulmine iuſto
Et Capito & Tutor fuerint damnante Senatu,
Piratæ Cilicum.

Cuius proauum oratorem. *Vulgò,* autorem, *peſſimè.*

PAG. 376. Oblatis in ſingulos annos quingentis ſeſtertiis. *Hunc ergo Suetonius intellexit cap.* X. Senatorum nobiliſſima cuique annua ſalaria, & quibuſdam quingena conſtituit.

Auitas opes diſſipaſſent. *Vulgò,* habitas, *errore tralatitio.*

Pœna militaris.

PAG. 378. Præfectos militeſque tendere omnes extra vallum iuſſit. *Quod pœnæ militaris genus antiquum. Liuius lib.* X. Cohortes quæ ſigna amiſerant, extrà vallum ſine tentoriis deſtituit. *Valerius lib.* II. *cap.* VII. Néue quis eorum intra caſtra tenderet, néue locum extrà aſſignatum vallo aut foſſa cingeret, néue tentorium ex pellibus haberet. *Vide & Polyb. lib.* VI.

Huc

Ayuntamiento de Madrid

Huc quoque & illuc volitans, plura fama quã pugna extrahere. *Lego primùm*, húcque & illuc. *deinde, vt in libro opt.* pugna exterrere. *Vera ſententia, ſcriptoq. Nam hoc ait, Teridatem oſtendiſſe potius arma, quàm intuliſſe, & plura exterruiſſe aduentus ſui fama, quàm pugna.*

Exterrêre.

Antiochum. *Commagenæ regem, vt ſuprà dictũ.*

Proditore ſuo *Scribe.* ſui.

Iſichi gens haud aliàs ſocia Romanis *Sic emendauimus. Nam libris eſt*, ante alias *pugna cum Taciti verbis manifeſta. Si enim tunc primùm illecti: quomodo ſocij ante alios? At qui hîc Iſichi, Vaticano ſunt*, Inſechi.

Iſichi, gens.

Pag 379. Veteri & prouido duci. *Cuius eruditionis etiam & ſtudij in litteris ſignum, quòd Plinius aliquoties Corbulonem inter auctores laudat, quorum opera vſus, vt in Indice libri* V. *&* VI. *Patrem egregio viro fuiſſe ſuſpicor Pomponium, aut Orfitum, ſuadente Plinio lib.* VII *cap.* V. Veſtilia C. Herdicij ac poſteà Pomponij Orfiti (*ſcribe ex libris*, Pomponij atque Orfiti) clariſſimorum ciuium coniux, ex his quattuor partus enixa, Sempronium ſeptimo menſe genuit, Suillium Rufum vndecimo, Corbulonem ſeptimo, vtrumque conſulem: poſtea Cæſoniam Caij principis coniugem, octauo

Corbulo, inter doctos.

Quis illi pater.

Plinius correctus.

Diſſimulato tamen intellectu. *Ad Taciti phraſim magis*, intellecta.

Pag 380. Ulteo Capitoni. *Et lapidib;* Inſteio. *Mirum ni idem, qui ſuprà Hoſtorius dicitur, vbi de recipiendis obſidibus actũ. Certè Vatic. liber eo loci*, Hiſteus, *non Hoſtorius præferebat. Nec moueor, quòd ibi centurio dicitur, hîc Præfectus caſtrorum. Potuit enim honore eſſe auctus.*

Inſteius Capito.

Libratoribus funditoribúſque attributus locus,

Ayuntamiento de Madrid

Expletus locus auxilio Calepini.

locus, vnde eminus glandes torquerent. *Libratores ergo glandes torquebant? imò tela, lapideſq́;. Integer locus, quod mirêre, apud Calepinum legitur:* vnde eminus lapides & glandes torquerent.

Artexata, quis condiderit.

PAG. 381. Caput gentis Artaxata. *Conditam ab Artaxia rege, ſuaſu Annibalis Pœni. Plutarchum adi in Lucullo.*

PAG. 382. Velut numine oblatum. *Farneſianu ſuperadditum*, velut deûm numine.

Cuncta extra tecta hactenus ſole illuſtria fuere. *Puto*, cuncta extrá, tecta tenus. *Id eſt: extra vrbem vſque ad tecta domuſq́;, omnia ſole liquida.*

P. Suillius Quæſtor Germanici.

PAG. 383. Se Quæſtorem Germanici, illum domus eius adulterum fuiſſe. *Suillius Quæſtor, Germanico bello, Annal.* IV. At P. Suillium Quæſtorem quondam Germanici *Adulterum Senecam in Iulia Germanici filia fuiſſe vult. Dixi antè.*

Dio Senecæ inſenſus.

PAG. 384. Qua ſapientia, quibus philoſophorū præceptis, ter millies ſeſtertiûm parauiſſet? *Summa eadem diuitiarum Senecæ expreſſa à Dione, qui omnes res relictas habet prout culpet virum decuipatum. Ita adulterium illi obiicit cum Agrippina: pullarium cum fuiſſe ait, idemq́; vitium ab illo inputum Neroni: cauſſam auctorémque interfectæ matris: aliaq́;, quæ homo vanus, præter fidem præterq́; omnē mentem conuicíatur velut è plauſtro. Quibus odij cauſſa, aut quo mendacij pretio? Nam Seneca tantò anterior, non iniuria non beneficio cognitus illi. Sed credo, iudicij quadam morumq́; peruerſitas fuit, quæ*

Idem non bonus ſincerúſque virtutum æſtimator.

*eundem illum in Ciceronem exacuit, quæ in Caſſium, Brutum, omnéſque bonos. Caueat ab hu, moneo, iuuentus: & è campis illis ita antiquitatum & hiſtoriæ flores legat, vt non colligat venena. At quod ad diuitias elegantiámque Senecæ attinet, vide lector & lege egregium eius libellum De vita beata: quem*

*ſcripſit*

Ayuntamiento de Madrid

*ſcripſit non alia re, quàm vt ora obſtrueret calumniatoribus iſtis, præſertim à capite* XVII.

Felicitati ſubmittere. *Lege,* ſubmitteret.

Q. Pomponium ad neceſſitatem belli ciuilis detruſum. *Nihil lego, qui ſequuntur, ij ferè nominati Seneca in Ludo.*

PAG. 385. Filio & nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam quæ teſtamento matris, *&c. Ablego te ad Cuiacium, Obſeru.* VI. *cap.* XXIII. *qui ante me abunde dixit.* De bonis damnatorum.

PAG. 386. Se patroni iniurias vltum eſſe. *Malim* vltum eſſe.

Ollium honoribus nondum functum. *Atqui Quæſtorium eum fuiſſe Suetonius autumat, cap.* XXXV. *Sed Quæſtura fortaſſe non tam honor, quàm aditus ad honorem. Ipſe tamen Tacitus lib.* XII *Quæſturã inter magiſtratus recenſuit, Agellius, & alij.* Ollius Poppææ pater.

Velata parte oris, ne ſatiaret aſpectum. *Ad æmulationem credo mulierũ Arabiæ, de quibus Tertullianus in libello De virginibus velandis:* Arabiæ feminæ non caput, ſed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, contentæ ſint dimidiam frui lucem quàm totã faciem proſtituere. *Sed cauſſa in hoc nobili ſcorto, & in illa diſpar.* Arabiæ feminæ facie ſemitecta.

Agentem eam in matrimonio Rufi Criſpini equitis. *Alij,* Criſpi. *Sed Criſpinum ei cognomen Plutarchus in Galba, noſter lib* XV. *& clariſſimè Seneca ſeu quis alius (non enim certè Philoſophus) in Octauia, vbi Poppæa inducitur.* Rufus Criſpinus.

—— venientem intuor
Comitante turba coniugem quondam meum
Gnatúmque. properat petere complexus meos
Criſpinus, & intermiſſa libera oſcula.

*Rufinus Criſpinus filius eius à Suetonio nominatur, cap.* XXXV.

PAG.

Ayuntamiento de Madrid

PAG. 387. Se ire ad illam, ſibi conceſſam dictitans nobilitatem. *Adhæreſco. Fortram*, ſibi conceſſam à dis iactans nobilitatem, pulchritudinē. *Alt*, ſibi conceſſam dis dignam nobilitatem *Badenſi aiunt legi*, vbi conceſſam dictitaret. *ex eo diuinabam*, vbi congeſtam delibaret.

Per genus vitæ quod nemo adæquaret. *Vidi qui legeret*, quod Nero non adæquaret.

Contubernium.

Nil è contubernio ſeruili. *Propriè. Non enim nuptiæ cum ſeruis, ſed contubernium.*

PAG. 388. A Tiberio vſque domum principis edoctus. *Vatic.* Tiberio auoiſque. *ex quo fecerim* Tiberio abuſque.

Abuſque. Relegatio ad certum opidum.

Maſſilienſium mœnibus coerceri iubetur. *Relegandi genus tunc frequens. Sic Iulia opido Rheginorum ab Auguſto clauſa: Silanus à Nerone Barii municipio Apuliæ: Dolabella in coloniam Aquinatem ab Othone ſepoſitus.*

Edictum de numero gladiatorum.

Egredi numerum edendis gladiatoribus ſinitum permittebatur. *Auguſtus edixit anno vrbis* DCCXXXII. μηθ' ὁπλομαχίαν πλεονάκις ἢ δὶς ἐν ἑκάστῳ ἔτει, μήτε πλειόνων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν ποιεῖν, neque ſæpius quàm bis in anno gladiatores dare neque vltra paria ſexaginta. *Dio 54. Simile edictum antea à Senatu, de quo Sueton. Iulij* cap. X.

Senatuſconſultum eidē in re.

Cum multiplici vndique familia comparata inimicos exterruiſſet, cautum eſt de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam habere liceret. *Saturnalia noſtra vide.*

PAG. 389. Quibúſque aliis Romana continentur. *Inſero vocem*, res Romana continetur. *Sequentia emendaui, diſtinxi, ſublata confuſione, quæ in libris.*

Diuinatio in Tacito.

Impetum eius attinuere ſenatores. *Fero, ſed præfero meum illud*, ſeniores.

Le

Ayuntamiento de Madrid

Leges cuiuſque publici. *Publicum hîc non ciuitas aut commune cuiuſque opidi, vti cenſent: ſed τὸ δημόσιον τελωνεῖα. Plautus Trucul.*

Illa, haud ego, habuit publicum, peruorsè interpretaris. *Publicum, quid.*

*Seneca epiſt.* CXX. Iam ego parauceram fiſcos; circunſpiciebam in quod me mare negotiaturus immitteram, quod publicum agitarem, quas acceſſerem merces. *Sueton. Cal. cap.* XL. Additúmque ad caput legis, vt tenerentur publico, quæ meretricium quæve lenocinium feciſſent. *Seneca iterum Epiſt.* CII. Ille qui & mari & terra pecuniam agitabat, qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quæſtus, acceſſerat. *vbi malè ſubſtituunt*, publicanos. *Defenſa & ſtatuminata Senecæ lectio.*

Pag. 390. Manet tamen abolitio quadrageſimæ quinquageſimęque. *At non manſit temporibus Symmachi, qui de his portoriis lib. 5. ep.* Quadrageſimæ portorium non rectè poſcitur à Senatoribus Candidatis: quia noſtri ordinis functiones onerari geminis incommodis non oportet. Quæſo igitur vt humanitatem noſtri ordinis editoribus impartias, & vrſorum tranſuectionem cupiditati mancipum ſubtrahas. *Alia epiſtola.* Quæſtores ordinis noſtri nunquam ferarum ſuarum portorium contulerunt. Nunc à fratre meo Cynegio V. C. quinquageſimæ vectigal exigitur, quod ſolos vrſorum negotiatores, vtpote quæſtui ſeruientes, oportet agnoſcere. *De hac Quadrageſima capio Suetonium Veſpaſ. cap. 1* Huius filius publicum quadrageſimæ in Aſia egit, manebántque (ego, manántque, *quia perueniſſe eas ad ſuum æuum ſubindicat Tranquillus*) imagines ſub hoc titulo: χαλκᾶς τελωνήσαντι *At in Calig. cap. XL. aliæ tertiæ ab iſta, temporaria dumtaxat, & quæ cum*

*Quadrageſimæ vectigal ſub Theodoſ. Arcadio.*

*Quinquageſimæ.*

*Suetonius aliter ac vulgò explicatus.*

*Correctúſque.*

*Alia Quadrageſima.*

*impu*

*impuro illo periit :* Exigebatur quo litibus atque iudiciis vbicumq; conceptis quadrageſima ſummæ de qua litigaretur. *Sed & Quinquageſimam venalium de qua ſuprà, diſparo ab iſta: ſicut Quinquageſimas illas Ciceronis* III. *libro in Verrem, quæ ad aratores pertinuerunt decumanóſque.*

Quinquageſimæ variæ.

Ne cenſibus negotiatorum naues adſcriberentur. *Mutuare huic loco lucem à P. Fabio lib.* I. *Semeſtr. cap.* XXV.

Immunitas mercatorum frumenti.

Sulpitium Camerinum abſoluit Cæſar. *Sed eundem paullo pòſt cum filio interfecit,* ἐγκαλέσας σφίσι, *ait Xiphilinus*, ὅτι πυθικοὶ ἐκ προγόνων ὀνομαζόμενοι, οὐκ ἐπαύσαντο πρὸς ῥῆμα τοῦτ' ἔχοντες, ἀλλ' ἐς τὰς τοῦ Νέρωνος νίκας πυθικὰς ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ἠσέβουν. obiiciens illis, quòd Pythici ab antiquo dicti, non abſtinerent nunc eo cognomine, ſed in Neronis Pythicas victorias ex ſimilitudine nominis iniurij eſſent. *Qui Dionis ſiue abbreniatoris eius corruptus locus, ſcribitur q;* ὅτι ποντικοὶ ἐκ προγόνων, *&c. Sulpitij enimuerò non Pythici, ſed Pontici cognominati, vti liquere poteſt ex Faſtis. Quod cognomen ad iniuriam ſuam trahebat Nero, quia ipſe ſolus victor, ſolus Pythicus. Notabit ergo philologus ſimilitudinem aliquam inter eas voces, veteri germanáque pronunciatione fuiſſe.*

Sulpicius Camerinus.

Dio benè correctus. & ambigua vox notata.

Pontici Sulpicij cognominati.

Ratio vetus pronunciãdi Y psili, & diphthongi œ non abſimilis. Lib. II. Hiſtor.

Pomponium Silianum. *Eſt cùm Pompeium Silianum in Tacito reperias, eſt cùm Poppæum. Librariorum ea varietas ſit, an hominum, alibi videbitur.*

PAG. 391. Inchoatum à Druſo aggerem coercendo Rheno abſoluit. *Intelligitne foſſam Druſianam, Iſalæ hodie cognomine inſignem? quæ Rhenum imminuit, exhauſit, & quaſi coercuit? An potius aliud opus in Gallica ripa, quo tumidum & vagum cum pernicie accolarũ amnẽ reprimeret? Videtur & refero ad aggerem iſtũ, quæ libro* V. *Hiſt ſcripta.* Quin & di

Agger Druſianus. Vbi is?

Eundem videri cum mole Druſi.

& diruit molem à Druſo Germanico factam, Rhenúmque prono alueo in Galliam ruentem, disiectis quæ morabantur, effudit. *Vidi qui molem eam vellent eſſe Druſoburgũ ad Iſalam nunc ſitum. Nec illi falluntur. Nam qui poteſt? In Galliarum ripa ea moles fuiſſe debuit, non in Germaniæ: uti facto cumulo, Tacitiq́; verbis ratio conſtet. Refellere quidem igitur aliena poſſim, firmare ad hæc ipſe nihil.*

Sed nec illa inuenta.

Helius Gracilis. *E libris*, Ælius Gracchus.

Corruptus locus.

Qui nationem eam regebant, in qua tum Germani regnabant. *Suſpectus maioris vitiȷ locus. Tentabam tamen mederi*, germani regnabant: *id eſt, duo illi fratres. aut*, in qua tantùm Germani: *vt dicat Friſiis non alias quàm è vera Germania fuiſſe reges. Sed nos alludimus, manet vlcus.*

Vibius Auitus.

Dubius Auitus. *Labor vt ſcribam*, Vibius Auitus, *inducente me Plinio, qui Neronis temporibus præſediſſe Galliæ Germaniæq́; inferiori, Vibium Auitum ſignificat, lib.* XXXIV. *cap.* VII. Statuam Aruernorum cùm faceret, prouinciæ Vibio Auito præſidente. *Antea ſuſpicabar de Didio: fallebar.*

Mos honeſtandi legatos ſociorũ, conſeſſu orcheſtræ.

PAG. 392. Aduertere quoſdam cultu externo in ſedibus Senatorum. *Armenios & Parthos ſedentes in Senatu, vti eleganter Suetonius loquitur. Morem autem tum fuiſſe, & hunc honorem benè meritis ſociȷs, didici è Iuſtino: qui de Maſſilienſibus, lib.* XLIII. Ob quod meritum & immunitas illis decreta, & locus ſpectaculorum in Senatu datus. *Et etiam ille, in Senatu: & Suetonius alibi, in orcheſtra ſpectare. nec errent vltra, qui apud Suetonium in Claudio*, in Senatoriis, *tentant reponere. Sed quod de legatis his ad Neronis tempora Tacitus retulit, eximium & antiquæ noſtræ ſimplicitatis factum: Tranquillo viſum Claudio attribuere, cap.* XXV. *Errat, me iudice, Tranquillus.*

In Senatu, in Equeſtri eſt inter Senatores, equites. Tranquilli à Tacito nimia diſſenſio.



Ayuntamiento de Madrid

Quinquaginta annorum obſequio. *Libri vet.* quadraginta. *A clade certè Variana ad hoc annum, quadraginta ſex circiter anni ſunt.*

PAG. 393. Quotam partem campi iacere. *Fortè,* Quò tantam. *aut,* quò eam. *Vulgatam etiam tolero, & capio.*

Seruarent ſanè receptos gregibus inter hominum famam. *Scriberem,* exceptos, *&,* famem.

Correctus Tacitus.

Et commotus his Auitus patienda meliorum imperia. Id diis, *&c. Turbata & trunca forſitan. Lego tamen:* Nec commotus h. A. p. m. imperia ait. Dis quos, *&c.*

Terra in qua viuamus. *Addenda vox videtur,* poteſt.

Curtilius Mancias.

Curtilium Manciam ſuperioris exercitus legatum. *Phlegon de admirandis:* Curtilius Mancias legatus in Germania exercitum duxit Q. Voluſio & P. Scipione Coſs.

Sed & fontes hodie ſalſis in Saxonica Halla, ad id flumẽ.

PAG. 394. Dum flumen gignendo ſale fecundum, & conterminum vi trahunt. *Non abhorret certè à fide, vt hoc flumen, Sala fuerit: argumento vel nominis ipſo. Flumen nobile, mihi carum: domicilij olim cauſſa, & Andreæ Ellingeri medici primarij, cuius fides & doctrina, magna mihi dum viuam.*

Ratio parandi ſalis in Germania & Galliis.

Eluuie maris areſcente vnda, ſed ſuper ardentem arborum ſtruem fuſa. *Hac de re Plinius, lib.* XXXI. Galliæ Germaniæque ardentibus lignis aquam ſalſam infundunt. *Varro de re Ruſtica. l.* In Gallia Tranſalpina intus ad Rhenum, cùm exercitum ducerem aliquot regiones acceſſi, vbi ſalem nec foſſitium nec maritimum haberent, ſed ex quibuſdam lignis combuſtis, carbonibus ſalſis pro eo vterentur. *Vbi lego,* intus Rhenum, *particula additítia reiecta.*

Varro forte correctus.

Bellum Hermunduris proſperum, Cattis exitio

tio fuit. *Non diſsimulo alucinationem & παρόραμα viri docti noſtratis, qui ab hac pugna initia derivat Batavæ genti. Cenſet enim victo pulſoq́; eo prælio Cattos, devenisse maritimos locos vbi nunc Batavia eſt, & originem dediſſe inter Belgas nobiliſſimæ genti. Cæcitatem! Batavi noti celebréſque diu ante hanc avo Neronis pugnam: & Cattorum migratio de qua Tacitus in libello de Germania, non dubiè antiquior.* Batavi, *inquit*, non multum ex ripa, ſed inſulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus & ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani Imperij fierent.

Batavi orti à Cattis. Sed diu ante hoc prælium.

Civitas Iuhonum ſocia nobis. *De hoc igne nimia mira. Pighius amicus noſter cenſebat,* Huionum *ſcrib. quoniam in agro cognomini, hodie lapis multus ſub terra foſſilis, idoneus concipere ignem. Sed ego ambigo ne ea gens in Germania ipſa alibi fuerit, non in Belgica.*

Miraculum terrent ignis

PAG. 395. Ruminalem arborem in comitio. *De ficu Ruminali & Navia digna lectu Scaliger in Feſtum, illuſtriſſimum ingenium noſtri ævi.*

Ruminalis ficus.

Quæ ſuper octingentos & quadraginta ante annos Romuli Remique infantiã texerat. *Damno numerum. Nam hic annus vrbis conditæ* 811. *Romulus autem Remúſque* XVIII. *dumtaxat annos nati, cùm facta Roma eſt. Non ergo plures ab infantia eorum ad hunc diem annis tringinta. Facilis putatio ex Dionyſio, Livio, & alijs. Ita ergo hic en eundem, ne Tacitus manifeſta ſit in culpa.*

Falſus in Tacito numerus.



Ayuntamiento de Madrid

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM XIV. ANNALIVM
## COMMENTARIVS.

Vipſtanus.

C. VIPSANIO. *Vulgati,* Vipſano. *Viri docti, Vipſtanum eum nominant. Vide Fuluium in Apronia gente.*

Triumphales auos. *Vnum tantum, Poppæum Sabinum.*

Interpunctus Tacitus.

An fecunditatem & verum animum timeri?
*Diſtinguo,* verum animum? Timeri ne vxor. *Nam*
*quod V. C. Erricus Memmius legebat*, vterum an-
*acutius quam verius cenſeo.*
nuum,

Errant vulgo in conuiuiis tempeſtiuis & intempeſtiuis. Sententiæ variantes.

PAG. 396. Medio diei, cùm id temporis per
vinum & epulas incaleſceret Nero. *Romani ergo*
*epulabantur die medio? Non vulgò quidem: non item*
*viri ſerij, ſobrij, ſicci. Sed deſcribit Tacitus Nero-*
*nis conuiuium adoleſcentis madidi verè Tempeſtiuũ.*
*Tempus enim vt tardè aliquando iuuentus noſtra*
*diſcat, quid tempeſtiua conuiuia, quid intempeſtiua.*
*Diſcat, & dediſcat illa quæ nuper hauſit à magnis*
*magiſtris. Aiunt conuiuium tempeſtiuum eſſe, quod*
*tempore celebretur: verbo réque honeſtum: nec in vi-*
*tio poni vnquam, niſi in libris vitiatis. Ecce alij qui*
*tempeſtiuum nihilum differre dicant ab intempeſti-*
*uo: & in culpa habitum vtrumque. Tertium vidi,*
*qui conuiuia tempeſtiua vellet eſſe, quæſtatis certisq;*
*temporibus præberent ſacerdotes. Inducunt, & ſe-*
*ducunt.*

Ayuntamiento de Madrid

*ducunt. audire me iuuenes, & cum bono Mercurio, inite viam rectam. Legitima conuiuij hora apud Romanos priſcos, Sol occaſus. Saluianus lib.* I. Nunquid parcam illam tunc agreſtémque vitam cum gemitu & dolore tolerabant, cùm viles ac ruſticos cibos, ante ipſos quibus coxerant focos ſumerent, eóſque ipſos capere niſi ad veſperam non liceret? *Poſtea, Decima haberi cœpta. Clarè ex Cornificio ad Herennium, vbi deſcribit hominem vanè glorioſum, lib.* IIII. *Is ad eos quos vocauerat ad cœnam non in ſuas ædes:* Itáne? eamus, inquit, hoſpites. Frater venit ex Salerno. ego illi obuiam pergo, vos huc Decima venitote. Hoſpites diſcedunt. ille ſe raptim domum ſuam conijcit: illi Decima, quò iuſſerat, veniunt. *Imò actuoſi homines & forenſes poſt Decimam ſæpe. quoniam res & iudicia in foro exercita ad Decimam horam, vti ex Miloniana Aſconij diſcas. At labente imperio moribúſque, octaua hora balnei cœpta, nona cœna. Plinius de Spurinna:* Vbi hora balnei nunciata eſt, (eſt autem hieme noua, æſtate octaua) in ſole ambulat nudus. Lotus accubat. *Martialis præter locos alios:*

Hora cœnæ priſcis veſpera.

Poſteà Decima.

Aut ſerius.

Poſteà Nona.

Imperat extructos frangere nona thoros.

*Hanc horam qui præueniebant, tempeſtiuè epulari dicebantur & præmaturè, & conuiuia eorum tempeſtiua. qui in longam trahebant, inque noctem intempeſtam, iure eorum epulæ intempeſtiuæ. Qui de multo die, inquam, epulari incipiebant, in eos gulones hæc nota & nomen. Plautus probroſè in ſenem:*

Tempeſtiua conuiuia, ante horam.

Cum ſuo ſibi gnato vnà ad amicum de die
Potare.

*Hinc apud Catullum,* Conuiuia lauta de die: *apud Horatium,*

—dictus herè illic de medio potare die.



Ayuntamiento de Madrid

*Suetonius de Nerone:* Epulas à medio die ad mediam noctem protrahebat. *Cicero de Piſone:* Qui nunquam Solem Orientem aut Occidentem viderit: *culpátque eum vitij vtriuſque. Vt & Silius Campanos:*

—— medióque dierum
Regales epulæ, atque ortu conuiuia Solis
Deprenſa.

*Hæc tempeſtiua conuiuia ſæpe vſurpari ſolita diebus lætis, feſtiſque. Iuuenalis Perſicum ſuum inuitans:*

Quando ea vſurpata. Iuuenalis explicatus.

—— iam nunc in balnea ſalua
Fronte licet vadas: quanquam ſolida hora ſuperſit
Ad ſextam. ——

*Vult ecce eum ad baleas ire hora quinta, præter morem, & ad epulas venire ſexta ſeptimáve. Saturnalibus item vulgò conuiuia ordiebãtur a multa luce. Tertullianus:* Non lauor diluculo Saturnalibus, ne & diem & noctem perdam: attamen lauor honeſta hora & ſalubri. *Nam lauatio ſemper ante cibum. Item nuptijs. Appuleius apol.* 1. Nuptiæne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an conuiuium tempeſtiuum? *Ea ſunt conuiuia quæ Catoni placita apud Ciceronem:* Ego verò propter ſermonis delectationem tempeſtiuis cõuiuiis delector. *Item Claudio, de quo Tacitus, lib.* XI. Claudius domum regreſſus, & tempeſtiuis epulis delinitus. *Quæ epulæ ſi media nocte fuiſſent, non potuit inter eas Meſſalina eſſe interfecta, ſine querelis aut verbo hiſtoricorum. Alexandro: de quo Curtius, lib.* VIII. Iámque iter parare in poſterum iuſſus, ſollenni & tempeſtiuo adhibetur conuiuio. *Tamen hæc conuiuia è iure in vitio. Cicero ad Attic. lib.* IX. Audio bonis viris hanc cunctationem noſtram non probari, multáque & ſeuerè in me in conuiuiis quidem tempeſtiuis diſputari. *Ibidem:* Quas tu cœnas facere & obire ſcripſit ad me Sextius! quàm

Et Tertullianus.

Reprehenſa ea conuiuia.

Ayuntamiento de Madrid

quàm lautas, quàm tempeſtiuas? *Idem lib.* III. *in Verrem, de Aproni j cæna in foro:* Statuitur Lollius in illo tempeſtiuo gladiatorum conuiuio. *Et de ipſo Verre, lib.* V. *ait eum* diem conuiuiis, noctem ſtupris cõtriuiſſe. *Seneca de ira, lib.* II. *cap.* XXVIII. Aliena vitia in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt. Inde eſt, quòd tempeſtiua filij conuiuia pater deterior filio caſtigat. *Addo Taciti locum lib.* II. *Hiſtor.* Diſcubuerat Vitellius Licini, adhibito ad epulas Verginio Legati Tribuníque ex moribus Imperatorum ſeueritatem æmulantur, vel tempeſtiuis conuiuiis gaudent. *Qui ſolus locus ſententiæ meæ firmandæ. Cedò enim, ſi non de die illud epulum, quomodo ſubiungit de lucta inter milites? quomodo,* Puluis procul & arma adſpiciebantur, *in tenebris! Benéque de Vitellio Xiphilinus,* τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἐδαπάνα. *Diurnum ergo conuiuium (intellego à meridie, aut circiter) tempeſtiuum, quia maturum temperi nimis: nocturnum contrà, intempeſtiuum. Deſcribit, Propertius,* Clarum argumentum è Taciti contextu ad tempeſtiua conuiuia.

Si noctem patera, ſic ducam carmine, donec
Iniiciat radios in mea vina dies.

*Suetonius Calig. cap.* XLV Senatum populúmque obiurgauit edicto, quòd Cæſare præliante, intempeſtiua conuiuia, circum & theatra, & amœnos ſeceſſus celebrarent. *Cicero pro Muræna:* Intempeſtiui conuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. *Curtius lib.* VI. Intempeſtiua conuiuia & perpotandi peruigilandíque inſana dulcedo. *Et exempla plura, ſed iis qui cor habent, hæc ſatis: μωρὸν autem ὅτι πεῖσαι οὐ ῥᾴδιόν ἐστι, ait verbum vetus.* Intempeſtiuum conuiuium.

Stuprum cum Lepido ſpe dominationis admiſerit. *Qui Lepidus antea maritus Druſillæ, conuictus poſtea coniurationis in Caium. Sueto. Cal. cap.* XXIV. Lepidus, quis.



Ayuntamiento de Madrid

*Dio* L I X. *itémque ſtupri in Agrippinam & Liuillam. Rutilius in Itinerario, de Lepidis:*

Rutilij verſus ſuper Lepidis hiſtoria, iiſque data lux.

Haud procul hinc petitur ſignatus ab Hercule portus:
Vergentem ſequitur mollior aura diem.
Inter caſtrorum veſtigia ſermo recexit
Sardoam, Lepido præcipitante, fugam.
Litore namque Coſæ cognatos depulit hoſtes,
Virtutem Catuli Roma ſecuta ducis.
Ille tamen Lepidus peior, ciuilibus armis
Qui geſſit ſociis impia bella tribus.
Inſidias paci moliri tertius auſus,
Triſtibus excepit congrua fata reis.
Quartus Cæſareo dum vult irrepere regno,
Inceſti pœnam ſoluit adulterij.

Quatuor Lepidi infauſti maliqùe.

*Primum mali fati Lepidum intellegit, qui cum Q. Catulo diſſenſit poſt obitum Sullæ, & in Sardinia periit. Alterum, qui Triumuir. Tertium, qui conſpirauit in Auguſtum, illius filium. Quartum, de quo hic. Sed cur Poeta ait, inceſtum eius adulterium cum Agrippina & Liuia? Ideò quia maritus Druſillæ Lepidus & cum Agrippina etiam ſanguine iunctus. Credo enim hunc Lepidum natũ ex Æmilio Paullo & Iulia nepte Auguſti. At Iulia ſoror Agrippinæ, quæ mater C. ij, & ſororum. Hinc clarum cur Caius ſucceſſorem illum imperij deſtinauerit, & quinquennio maturius quàm per leges magiſtratum capere voluerit: quod Dio tradidit, lib.* L I X. *Erat enim ſanguinis gentiſq́; Auguſtæ, pari cum Caligula gradu. Præter rem hæc dixi, ad Suetonij hiſtoriæq́; lucid.*

Verum ſtemma huius Lepidi, adhuc ignotum. Dioni & Suetonio lux.

Tempore etiam infa. *Ita libri manuſ.*

Quinquatruus ſacri mineruæ dies, & lux.

P A G. 597. Quinquatruum feſtos dies apud Baias frequentabat. *Suetonius, ſollennia Quinquatruum vocat: Horatius item Quinquatrus feſtas. Cauſſa, quia ij dies Mineruæ, læti pueris, viriſq́;*

De

*De pueris, Horatius:*

— puer vt feſtis Quinquatribus olim.
Exiguo gratóque fruaris tempore raptim.

*Feriæ ergo pueris: at viris etiam ludi, & ſpectacula gladiatorum. Ouidius, de quinque his diebus.* Pugnæ gladiatorum, per illos.

Sanguine prima vacat: nec fas concurrere ferro.
Cauſſa, quòd eſt illa nata Mineruа die.
Altera, tréſque ſuper raſa celebrantur arena,
Enſibus exſertis bellica læta dea eſt,

*Hinc diſce, ſecundum Quinquatrium diem, natalem eiuſce Poetæ fuiſſe. Lib. IV. De triſtib.* Natalis Ouidij Poetæ.

Lucifer amborum natalibus adfuit idem,
Vna celebrata eſt per duo liba dies.
Hæc eſt armiferæ de feſtis quinque Mineruæ
Quæ fieri pugna prima cruenta ſolet.

*Natus ergo, ſexto poſt Martias Idus. Sed & moris vt ij dies iucundè hilariterq́, traducerentur. Auguſtus ad Tiberium,* Nos, mi Tiberi, Quinquatrus ſatis iucundè egimus. Luſimus enim per omnes dies, forúmque aleatorium calfecimus. Quinquatrus conuiuiis latæ.

PAG. 398. Ducítque Baulos. id villæ nomen eſt, quæ promontorium Miſenum inter & Baianum lacum flexo mari alluitur. *Antiquà Hortenſij villa: tunc in Principum bonis. De ea non inelegantèr Symmachus, eius poſſeſſor:* Bauli, villa & eius poſſeſſores.

Huc Deus Alcides ſtabulanda armenta coëgit
Eruta Geryonis de lare tergemini.
Inde recens ætas corrupta Boaulia Baulos.
Nuncupat, occulto nominis indicio.
Ab Diuo, ad proceres dominos fortuna cucurrit,
Fama loci obſcuros ne pateretur heros.
Hanc celebrauit, opum felix Hortenſius, aulam
Contra Arpinatem qui ſtetit eloquio.

*Fuit etiam Antoniæ Druſi, vti è Plinio diſces, lib. IX. cap. LV.*



Ayuntamiento de Madrid

Geſtamen, ἁπλῶς, pro ſella geſtatoria.

Geſtamine ſellæ Baias peruectam. *Priſcis libri abeſt vox* Sellæ. *Atque ita ſanè* XI. *libro locutus.* In eodem geſtamine ſedem poſcit, ſumitque. *D. Geſtatoria ſella, in Electu. Libri yidem,* Baulos, *non Baias. Malè, ex Sueton cap.* XXXIV. *Nam Dio hic parum claré, & olim mihi impoſuit.*

Superior locus honeſtiſsimus in accubitu.

Comiter excepta, ſupérque ipſum collocata. *Ergo is locus in conuiuio honeſtior, qui tiens duo accumberent. idque rectè (diſſentiant licet) ſcio monuiſſe olim. Non feſellit me alter Taciti locus, lib.* III. In cõuiuio Germanici cùm ſuper eum Piſo diſcumberet, infectos cibos manibus eius atguentes. *Scrita enim tres diſcubuiſſe, med ûmqu inter eos Germanicum.*

Adductus, pro ſerio & graui.

Et rurſus adductus. *Id eſt, ſeuerus, compoſitus, grauis. In hiſtoriȷs ſuper hac voce.*

Dio criminatur Senecam.

PAG. 400. Quos ſtatim acciuerat, incertum an & ante ignaros. *Fides tibi, Corneli, magis cura, quàm Dioni: qui Senecam auctorem impulſorémque vnicum Neroni eius criminis facit. idque a fide dignis multis traditum eſſe.* Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθε.

Moles Puteolanæ.

PAG. 401. Hi molium obiectus ſcandere. *De his molibus ad Baias. Caſsiodorus Variar.* IX. Quantis tibi molibus termini decenter inuaſi ſunt? quantis ſpatiis in viſceribus æquoris terra promota eſt? *Strabo lib.* V. ἡ δὲ πόλις ἐμπορεῖον γεγένηται μέγιστον, χειροποιήτους ἔχουσα ὅρμους διὰ τὴν εὐφυΐαν τῆς ἄμμου. διόπερ τῇ χάλικι καταμίξαντες τὴν ἀμμονίαν, προβάλλουσι χώματα εἰς τὴν θάλατταν. *Virgilius:*

Pilæ in aquis è lapide, vt ſublicæ, è ligno.

Qualis in Euboico Baiarum litore quondam
Saxea pila cadit.

Auſonius correctus.

*Auſonium in ea re corrigo,*

Vel quæ Baianis pendent fluitantia pilis.

Ma

Ayuntamiento de Madrid

*Male enim hactenus*, palis. *Enimuerò pila illa è ſaxo, vt Virgilius: in eadémque voce Liuius corrig. lib.* I. Modo intra illam pilam, & ſpolia hoſtium. *malè vulgò*, illa pila. *intellegit columellam, quam Dionyſius* ςυλίδα *dixit, ſpolitijs Curiatiorum inſignem.* Horatia peila, *apud Propert. telæ ipſæ ſunt: nequis eo me refutet. At de pilis his ad Baias, etiam Seneca, epiſt.* LXXVIII. Omnis in pilis, Puteolorum turba conſiſtit.

Liuius XL. Portam & pilas pontis in Tiberim locauit, quibus pilis fornicer p ſt Scipio addidit.

Multíſque vulneribus confecta eſt. *Suſtuli inſigne gloſſema aliquot verſuum, qui huc tranſſcripti è Senecæ Octauia verbatim. Eáque omnia iure deſunt Vaticano. Non viſum id ante me, ne ab eo quidem qui codices Vaticanos inſpexiſſe iactat, miror & indignor. Hæc Agrippinæ mors. At Philoſtratus lib.* IV. *De vita Apollonij, adfirmauit naufragio perijſſe Agrippinam ſolutili illa naue. Adeò ille & genere & partibus ſcriptionis ſuæ nugator eſt.*

Gloſſema egregium indicatum.

Philoſtrati ſupinus error.

PAG. 402. Conuiuali lecto. *Non funebri, & legitimè parato.*

Villam Cæſaris Dictatoris, quæ ſubiectos ſinus editiſſima proſpectat. *Ape ad hunc locum Seneca epiſt.* LI. C. Marius, & Cn Pompeius, & Cæſar exſtruxerunt quidem villas in regione Baiana, ſed illa impoſuerunt ſummis iugis montium. Videbatur hoc magis militare, ex edito ſpeculari longè latéque ſubiecta.

Villa Cæſaris in Baiano.

PAG. 403. Poſteaquam fruſtra oblata ſint. *Perſpicuum mendum. Farneſ.* ablata. *Forte interciſæ voces explendæ:* fruſtrà ab illa tentata ſint. *Mens quidem ea eſt.*

Temporum Claudianorum obliqua inſectatione. *Vulgò, & libris ſcriptis*, oblita. *Ferretur*, obita. *Noſtra emendatio certa videtur, ex ratione priſca ſcribendi*, oblica.

Aduerſo

Ayuntamiento de Madrid

Senecæ oratio.

Aduerſo rumore Seneca erat, quòd oratione tali confeſſionem ſcripſiſſet. *Quinctilianus* VIII. Facit quaſdam ſententias ſola geminatio: qualis eſt Senecæ in eo ſcripto quod Nero ad Senatum miſit occiſa matre, cùm ſe periclitatum videri vellet. Saluum me eſſe adhuc nec credo, nec gaudeo.

Quinquatria ludis annuis celebrarentur. *Non-ne iam antè celebrabantur? Dixi enim de gladiatoribus. Sed puto hîc intellegi ſcenicos ludos annuos, aut Circenſes.*

Reſtitutio in Tacito.

PAG. 404. Exitium Senatui ac ſibi cauſſam periculi fecit. *Locus qui mutilus videatur, & non eſt. Nihil enim narratur in quo Thraſeas offenderit. At ſcribe mecum fidenter:* exiit tum Senatu. *Hæc enim ſola ſibi diſcrimen peperit magnus ille vir, quòd Senatu egreſſus eſt, cùm de Agrippina referretur. Xiphilinus.* ὁ Πέπλιος δὲ Θρασέας Παῖτος ἦλθε μὲν ἐς τὸ συνέδριον, καὶ τῆς ἐπιστολῆς ἐπήκουσεν, διαγνωσθείσης δὲ αὐτῆς ἐξανέστη εὐθὺς πρὶν καὶ ὁτιοῦν ἀποφήνασθαι, καὶ ἐξῆλθε, διότι ἃ μὲν ἤθελεν εἰπεῖν οὐκ ἠδύνατο, ἃ δὲ ἠδύνατο, οὐκ ἤθελε. *Tacit.* XVI. *hunc ipſum locum reſpiciens.* Olim vtriſque infenſus, & accedentibus cauſſis in Thraſeam, quòd Senatu egreſſus eſt, cùm de Agrippina referretur, vt memoraui.

Tacitus in Epicuri caſtris.

Quæ adeò ſine cura deûm eueniebant. Ἐπικουρίζει *& hic & alibi noſter.*

Iuniam. *Caluinam, de qua lib.* XII. *De Calpurnia, eodem etiam libro. Statim,* Prætura functos *lego.*

PAG. 405. Vetus illi copia erat. *Ita libri priſci. Subſtituerunt,* cura: *ad ſententiam non malè. Neſcio an,* copido, *ſiue,* cupido.

Cithara ludicrum in modum. *Non etiam diſpliceat,* lupiorum. *Nummos certè cuſit illa bellua, in* qua

Ayuntamiento de Madrid

*quibus ipſe citharœdico habitu, in tunica oblonga, citharam percutiens. Deſcribit eum habitum graphice Appuleius* I I. *Florido, in perſona Bathylli.* Eique habitus citharœdicus ſtatus; deam conſpiciens Ganymeti ſimilis, tunicam picturis variegatam deorſus ad pedes deiectus ipſos, Græcanico cingulo, chlamyda velat vtrumque brachium adusque articulos palmarum. Cetera decoris inſtrumentis dependent. Cithara balthco cælato apta, ſtrictim ſuſtinetur, manus eius teneræ, procerulæ, læua diſtantibus digitis neruos molitur, dextra pallentis geſtu ſuo ſabulum (*neſcio an*, ſuum ambulum, *an verò* ſubſabulum, *aut*, pulſabulum) citharæ admouet, ceu parata percutere. *Ita enim locum eum legimus, diſtinguimus. Et quod ait de chlamyda, deq́ cingulo, etiam illa apparent in Neronianis nummis, excipio quòd non brachia velat, ſed ab humeris dependet chlamys.* Habitus verus in citharœdi.

Quod regibus & antiquis ducibus factitatum memorabat. *Ita in Panegyrico illo ad Piſonem, qui vbi eius ſcriptus, inſerta eadem defenſio:* Appuleius transitu correctus.

Nec pudeat pepuliſſe lyram, cùm pace ſerena.
Publica ſecuris exſultent otia, terris,
Ipſe fidem mouiſſe ferox narratur Achilles.

Prisci duces citharœdi.

*Quem Ouidio ablatum viri docti tribuunt Lucano. Neutri ego. Ab Ouidio ætas abiudicat: ab Lucano, conditio ſcribentis: Nam ille quicunque poeta, ignotus fuit, obſcura domo, fortuna tenui: & humilius blanditur Piſoni, quàm vt decuerit Lucanum. Ait ecce:*

Lucanum nō eſſe auctorē eius Panegyrici.

——tu Piſo latentem
Exere nos humilis domus, at ſincera parentum
Sed tenuis Fortuna ſita caligine cælat.

Ei rei argumenta.

*At Lucanus certè notus, celeber: per ſe, perq́ vxorem pradines. Adde Senecam patruum in aula: qui huic humili & tenui protendere manum potuiſſet præ Piſone.*

Vide Tacit. li. xvi. de diuitiis Mellæ & Lucani.

Ayuntamiento de Madrid

*ſone. Sed & decimonono ætatis anno ſcriptum h[...] carmen nam ait:* (nulla[...]

Quamuis nunc iuuenile decus mihi pinge[...]
Cœperit, & nondum viceſima venerit æſtas.

Nec Statius huius carminis mentionē facit: cùm omnia minima ſcripta eius recenſeat. x I. Silu.

*Quod non conuenit in ætatem Lucani, præſertim cum ſcriptum ſit diu poſt conſulatū Piſonis, & paulo ante detectam, ni fallor, coniurationem. Certè poſt conſulatum diu, quoniam & eloquentiæ eius ſpecimē Neapoli præbitū celebrat. quod ſcimus contigiſſe nos quinquennali certamine, cùm Nero in eâdem vrbe Græconica copiam fecit ſuæ vocis, annis aliquot poſt Piſonis conſulatum, quem iniit, anno vrbis* D C C C I.

Clauſumque Vaticana valle ſpatium. *Credo ab Plinio ſenatore lib.* x x x v I. Tertius obeliſcus Romæ in Vaticano, Caij ac Neronis principum Circo.

Circus propriꝰ Neronis.

Iuuenales Ludi, priuati.

PAG 406. Inſtituit ludos Iuuenalium vocabulo. *Qui priuati, & per domum celebrati aut in hortis. Tacitus lib.* x v. Acriore indies cupidine Nero agitabatur promiſcuas ſcenas frequentandi: nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Iuuenalibus ludis. *Manſit nomen ludorum poſteriori æuo, & Imperatores quos in Palatio ludos dabant Kalendis noui anni (de quibus à Iuliano monui ad lib. I I I.) Iuuenalia videntur appellaſſe: ab exemplo hoc Neronis. Sidonius:*

Iuuenales Imperatorū paulùm diuerſi.

Ianus fortè ſuas bifrons Kalendas
Sumendas referebat ad curules.
Mos eſt Cæſaribus die bis vno
(Priuatos vocitant) parare ludos.
Tunc cœtus iuuenum ſed aulicorum
Elæi ſimulacra torua campi
Exercet ſpatiantibus quadrigis.

*Et addit poſt deſcriptionem curulium ludorum,*

Iam verò Iuuenalibus peractis.



Ayuntamiento de Madrid

*Vt videantur ij ludi, tunc quidem, ſcenicũ nihil habuiſſe. Atque ita diſtinguit etiam, niſi fallor, Capitolinus in Gordianis:* Cordus dicit in omnibus ciuitatibus Campaniæ, Piceni, Vmbriæ, de proprio illum per quatriduum ludos ſcenicos & Iuuenalia edidiſſe. *Quod notari volo. Neronis tamen auo & inſtituto, ſcenici: ex Tacito hîc, & Plinio qui ad hos ludos reſpiciens ait Neronem* peculiari theatro in hortis primum cantaſſe, & Pompeiano præluſiſſe. *Non prætereo notam Xiphilini, qui hos ludos inſtitutos vult per cauſſam poſitæ à Nerone primæ barbæ. Et hercle ea nominis cauſſa. Iuuenalia enim dicta, quia vt Tyro iij die pueros exuebant: ſic barba raſa iuuentutem. tranſibantq́, tunc in viros. Vnde illud Domitiæ amitæ blandientis Neroni votum:* Simul hanc accepero, mori volo, *Sueton. cap.* XXXIIII. *Itaque is dies Romanis pariter feſtus. De Octauiano, Dio lib.* XLVIII. ἀμέλει τὸν πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε πρῶτον ξυράμενος, αὐτός τε μεγάλως ἑώρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοτελῆ ἑορτὴν παρέσχε. καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐπελεαίνετο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι. *id eſt:* Cæſar tum primùm barbam radens, & ipſe diem eum planè feſtum habuit, & aliis publicam feſtiuitatem indixit. atque ex eo etiam ipſe genas ſuas læues habuit, ad exemplum reliquorum. *Sed & munera peti, dariq́; ſolent eo die ad barbam. Ammianus lib.* XVII. Cæſar cùm petenti, ex vſu, gregario cuidam vt barbas detonderet, dediſſet aliquid vile, contumelioſis calumniis appetitus eſt à Gaudentio. *Iuuenalis.*

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati,
Plena domus libris vænalibus.

*Quin etiam deo alicui ſacrari ſolita, vt apud Græcos virginum puerorumq́, comæ. Suetonius de Nerone:* Barbam primam poſuit, conditamq́ue in auream

Ij tunc ciuiles, non ſcenici.

Aliter quàm ſub Nerone.

Iuuenalia cur appellata.

Dies poſitæ barbæ lætus

Munera tunc data.

Barba deo ſacrabatur.



Ayuntamiento de Madrid

pyxidem & precioſiſſimis margaritis adornatam Capitolio conſecrauit. *vbi emendo*, Capitolino, *Ioui ſcilicet, ex Dione. Et rmus apud Martialem primam lanuginem comámque.*

Suetonius emendatus.

Pergameo poſuit dona ſacrata deo.

*Tertullianus, De anima.* Quis non exinde aut totum filii (*lego*, filij) caput reatui vouet, aut aliquid excipit crinem, aut tota nouacula proſecat, aut ſacrificio obligat, aut ſacro obſignat pro publica aut priuata deuotione? *Cenſorinus. De die natali cap. I.* Quidam etiam pro cetera bona corporis valetudine, crinem deo ſacrum paſcebant. *Quando mos Romæ cœperit (nam antiques barbam aluiſſe ſatis conſtat) quæro. Liuius cum agnoſcere videtur ſub annum vrbis* CCCLXIX. *ſatu claro, vbi de Manlio Capitolino in carcerem coniecto:* Satis conſtat magnam partem plebis veſtem mutaſſe, multos mortales capillum ac barbam promiſiſſe. *Si intellectu promiſerunt barbam, ergo aliàs raſa. Refert tamen eum Varro lib. II. De Re ruſt.* Omnino tonſores in Italia primùm veniſſe ex Sicilia dicuntur poſt R. C. A. CCCCLIIII. vt ſcriptum in publico Ardeæ in litteris exſtat, eoſque adduxit P. Ticinium Menam. Olim tonſores non fuiſſe adſignificant antiquorum ſtatuæ, quòd pleræque habent capillum & barbam magnam. *Nec ambigo quin ex ritu ſui ſuperiorisq́, aut aberrauerit Liuius aut manus. Cicero certè pro M. Cælio etiam Ap. Claudium Cæcum barbatum inducit, aliquot ita notatum Varroni. enum annis Bellis Punicis in crebro iam raſuram fuiſſe docent Annalium primi verba, quæ de Scipione * Agellius rettulit, & mirabundus parum cepit Iuuenes ergo alebant barbam & ideò à Cicerone I. ad Attic.* Comeſſatores coniurationis barbatuli iuuenes, *appellati ſine* ...

Mos radēdæ barbæ quādo cœperit Romæ.

Liuius & Varro diuerſi.

Aberraſſe Liuiū videri.

* Lib. III. cap. IIII.

Iuuenes ſoli olim barbati

Ayuntamiento de Madrid

*laſciuiæ, vt volunt, nota. & pro M. Cælio ad iuuenes alludens,* Non hac barba qua iſta delectatur, *inquit, iuuenémque à barba deſcripſit Iuuen.* Iam ſenior, cuius barbam tua ianua vidit. *Ponebant eam ſerius, citius, plerumque ſub* XXI. *annum. Macrobius certe in Somnium Scipionis* ter ſeptenarium numerum requiri ad radendam barbam. *adfirmauit.* Quo anno ab iis poſita. *Atque ita Neronē poſuiſſe colliges ex Faſtis, anniſq́; a Caligula tamen* XX. *anno poſuit, Suetonij cap.* X. *At Cæſar Octauianus anno demum* XXV. *vti clarum ex Dione. Natus enim M. Tullio C. Antonio Coſſ. poſuit, L. Marcio C. Sabino. Mutauit ab hoc more primus Rom. Imperatorum Hadrianus. adnotante Xiphilino, & oſtendentibus Nummis. Hæc Romæ. Apud Græcos quid? Barbam in pretio manſiſſe ad tempora Alexandri Athenæus ex Cryſippo aſſerit lib.* XIII. *cap.* VI. *ſub eo rege radē repertum. Inter philoſophos primus barbam aluiſſe traditur Antiſthenes Suidæ, in voce* καθεῖναι. *Hæc propemodum aliena à Tacito: ſed nec eum non abſurde, vt ſpero, nec in gratiis tuis lector, mihi nata.*

Hadrianus primus redux barbam. In Græcia, quando radi cœpere. Antiſthenes primus barbæ auctor philoſophis

Apud nemus quod nauali ſtagno circumpoſuit Auguſtus. *Ad Tiberim. deq́; eo ſtagno ſuprà:* Auguſtus ſtructo cis Tiberim ſtagno. *Et Suetonius. At nemus illud eſt, quod Cæſarum nemus appellatum. Vide & hic Xiphilinum.* Stagnum nauale.

Dabanturq́; ſtipes, quas boni neceſsitate, intemperantes gloria conſumerent. *Cui rei datæ ſtipes ad ludos fuere? Ita olim ſanè Apollinaribus ludis factum reperio.* Prætor edixit, *ait Liuius lib.* XXV. *vt* populus per eos ludos ſtipem Apollini, quantum commodum eſſet, conferret. *Plinius lib.* XXXIII. Populus Romanus ſtipem ſpargere cœpit. Sp. Poſtumio, Q. Marcio coſſ. Tanta abundantia pecuniæ erat, vt eam conferret L. Scipioni, ex qua is Stipes ad ludos.



Ayuntamiento de Madrid

ludos fecit. *Quæ verba ne te fallant. Nam ſtipes de qua Liuius, multis annis prior notatione Pliniana. Sed voluntariam, credo, Plinius intellexit: illa fuit ex edicto. Sed & Auguſtus ſtipem Prætoribus dari ad ludos voluit, innuente Dione LIII. initio.* τοῖς μὲν ςρατηγοῖς τὰς πανηγύρεις πάσας συνέταξεν, ἐκ τοῦ δήμου δίδοσθαί τι αὐτοῖς κελεύσας. *niſi tamen* τὸ δημόσιον *intellegi voluit potius, quam* δῆμον. *Stipes alias vſitatè dabantur dijs, & ad res ſacras. Seneca De Benef.* VII. Omnia deorum ſunt: tamen diis poſuimus domum, & ſtipem iecimus. *Et epiſtola* 116. Colitur autem non taurorum opimis corporibus contrucidatis, nec auro argentoque ſuſpenſo, nec in theſauros ſtipe infuſa, ſed pia & recta voluntate. *Ita in capita fontium, quæ ſacra, ſtipem iaciebant. Plinius lib.* VIII. *epiſtolar. de Clitumno:* Fons purus & vitreus, vt numerare iactas ſtipes & relucentes calculos poſſis. *Seneca lib.* 4. *Quæſt. Natural. de Nili venis:* In hæc ora ſtipem ſacerdotes, & aurea dona Præfecti, cùm ſolenne venit ſacrum, iaciunt.

Stipes diis pones.

Et ad capita fontiũ iactæ.

Ipſe ſcenam incendit. *Reſtitui e libris. Vulgò* ipſe ſcenas incendit.

Aſſiſtentibus familiaribus. *Falsò. Nam Vatic.* abſiſtentibus facie. *Farneſ.* aſſiſtentibus facies. *Sed miſſa, lectio Budenſis: quod facile adoraris e Romano coniectante,* abſiſtentium facie. *Vt omne,* aſſiſtentibus facibus? *Certè noctu & ad lumen etiam hi ludi exerciti, ſequitur que:* Illi dies ac noctes plauſibus perſonare. *& ait, poſtremum in ſcenam veniſſe Neronem. Ergo ad lumen. Infrà etiam,* Noctes quoque dedecori adiectas. *Vos diuini conferte operam, ſi mihi Phœbus hic non fauit.*

Ad faces Nero cantauit.

Acceſſerat cohors militum. *Ita legend. non quia Sueto. cap.* XXII. *ita narrare videatur, ſed quia res*

pſ

*poſcit. Nam Suetonius de alio ibi & publico theatro.*

Mærens Burrus, ac laudans. *Vnus ergo hic tãtùm Præfectus Prætorio. nec pugnat Suetonius qui duos nominat: quia Tacitus de Iuuenali ludicro adhuc loquitur, de publico theatro Suetonius, capite dicto.*

*In cõcordia eſt Tacitus cum Suetonio, aliter quam cenſent.*

PAG. 407. Carminum quoque ſtudium affectauit. *Plinius lib.* 37. Domitius Nero in ceteris vitæ ſuæ portentis, capillos quoque coniugis ſuę Poppææ in hoc nomen adoptauerat, quodam etiam carmine Succina appellando. *Intellexit & Seneca hunc poetam lib.* 1. *Quæſt. Natur.* Vt ait Nero Cæſar diſertiſſimè, Colla Cytheriacæ ſplendent agitata columbæ. *Laudat eum Martialis lib.* VIII. Carmina qui docti nota Neronis habet. *& lib.* IX. Ipſe tuas etiam veritus Nero dicitur aures, Laſciuum iuueni cùm tibi luſit opus.

*Nero inter poetas.*

*Vt quidã volunt, bonos.*

Necdum inſignis * ætatis nati. *Fortè leg.* quibus aliqua pangendi facultas, necdum inſignis. Ij alternatim conſidere ſimul. *Ceterùm ab hoc Cornelij iudicio Tranquillus diſſentit, cap.* LXI. *quem vide.*

*Diſſenſus ſuper verſibus Neronis.*

Opidana laſciuia inuicem inceſſente. *Lege,* inceſſentes.

P. 408. Quos regis Apionis quondam habitos. *Lego,* regi Apioni. *Rufus hac de re*: Cyrenas cũ ceteris ciuitatibus Libyæ Pentapolis Ptolemæi antiquioris liberalitate ſuſcepimus. Libyam ſupremo regis Apionis arbitrio ſumus aſſecuti. *Factum hoc anno vrbis* DCLX *C. Cælio L. Domitio Coſſ.*

*Apion rex.*

Et elegantia vitæ, quam clariorem effecit. *Traiecerim,* & quem elegantia vitæ clariorem eſſ.

Nerone IIII. Com. Coſſo coſſ. *Quorum mentio in lapide Romæ:*

I. O. M. ET. GENIO
VENALIC
P. ACILIVS. CERDO



Ayuntamiento de Madrid

VOTVM. SOLVIT
NERONE. CAESARE.
AVG. IIII.
COSSO. LENTVLO. COSSI. F. COS.

Quinquenna le certamen Neapoli.

Quinquennale ludicrũ, ad morem Græci certaminis. *Traducto exemplo à Neapolitis, de queis Strabo lib.* v. Νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ' αὐτοῖς, μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα. *id eſt* Nunc autem quinquennale ſacrum certamen apud eos celebratur. Muſicum & gymnicum in plures dies: quod æmulum eſſe poteſt illuſtriſsimis Græcorum ludis. *Nota quod ait,* νυνὶ δέ. *Inſtitutum enim id certamen eius æuo, in honorem Augusti. Suetonius clarè, Aug. cap.* 88 *& in Claudij cap.* XI. *Herodes etiam Iudeæ rex theatrum & certamen quinquennale condidit, ad honorem gratiamq; Auguſti, vt Ioſephus narrat libr.* XV. *Sunt & nummi Neroniani, in quibus menſa cum corona & lebete, inſcripti.* CERTA. QVINQ. ROM. CO. S C. *id eſt,* Certamen Quinquennale Romæ conſtituit.

Quando ibi inſtitutum.

Etiam in Iudæa fuit.

Pompeium accuſatum, quòd manſuram ſedem theatri poſuiſſet. *Perpetuum ſanè theatrum Pompeius condidit primus, anno vrbis* DCLXXXXIX. *Antea ſubitaria erant, & Cenſorum iuſſu plerumque diſiecta. Tertullianus libello De ſpectaculis*: Sæpe Cenſores renaſcentia theatra deſtruebant moribus conſulentes, quorum ſcilicet periculum ingens de laſciuia prouidebant. Itaque Pompeius Magnus ſolo theatro ſuo minor, cùm illam arcem omnium turpitudinum exſtruxiſſet, veritus quandoque memoriæ ſuæ cenſoriam animaduerſionem, Veneris ædem ſuperpoſuit. *Donec præcipitantibus moribus, exſtruxerunt ipſi Cenſores.*

Pomponius primus auctor manſuri theatri.

Cẽſores antea tollebãt.

*V. le*

Ayuntamiento de Madrid

*Valerius lib.* II. *cap.* IV. Theatra inchoata quidem ſunt à Meſſalla & Caſſio cenſoribus, ceterùm auctore Scipione Naſica, omnem apparatum operis eorum ſubiectum haſtæ vænire placuit. *Appianus Ciuil.* I. τοῦ δὲ αὐτοῦ χρόνου Σκιπίων ὕπατος καθεῖλε τὸ θέατρον ὃ λεύκιος κάσσιος ἤρκτο, καὶ ἤδη που τέλος ἐλάμβανεν, ὡς καὶ τόδε στάσεων ἄρξον ἑτέρων, ἢ οὐ χρήσιμον ὅλως Ἑλληνικαῖς ἡδυπαθείαις ῥωμαίους ἐθίζεσθαι. *Eamq; in rem S.C. interpoſitum, quod legis nomine Tertullianus intellexit in Apolog.* Quónam illæ leges abierunt, quæ theatra ſtupandis moribus orientia, ſtatim deſtruebant? — Et Scipio Naſica. — Tertullianus illu-ſtrior factus.

Antea ſubitariis gradibus & ſcena in tempus ſtructa ludos edi ſolitos. *Auſonius:* — Temperaria ſcena.

Ædilis olim ſcenam tabulatam dabat
Subitò excitatam, nulla mole ſaxea.

PAG. 409. Si vetuſtiora repetas, ſtantem populum ſpectauiſſe *Valerius ait*, S.C. cautum, nequis in vrbe, propiúſue paſſus mille, ſubſellia poſuiſſe, ſedénſue ludos ſpectare vellet. *Seſſionem tamen adſtruere Liuius & Dionyſius videtur lib. ſub Tarquinio rege:* Loca diuiſa patribus equitibúſque, vbi ſpectacula ſibi quiſque facerent, fori appellati. Spectauere furcis duodenos ab terra ſpectacula alta ſuſtinentibus pedes. *Sed tantùm in Circo.* — Sederūt Ro. in Circo, at non theatro.

Quoties P.R. ſederet. *Libri ſcripti,* Prætor ſederet. *Facilè & verè emendes*, Prætores ederent. *Enimuerò editionem ludorum magiſtratibus incubuiſſe, præſertim Prætori, notum iis qui in veſtibulo verſantur antiquitatis. Facit huic parti illa reſponſio.* Nec proinde magiſtratus rem familiarem exhauſturos, *&c.* — Prætores editores ludorum.

Nulla cuiquam ciuium neceſſitate certandi. *Secutus ſum manuſcriptos. Vulgata ſcriptio tamen recta adæque,* ſpectandi. *Vtrunque enim falſitatum*

*ſub his comœdis principibus, vt viri illuſtres & ad certandum cogerentur & ad ſpectandum. Nec diſplicet geminari,* neceſsitate ſpectandi aut certandi.

Abolitos paullatim patrios mores funditus euerti per accitam laſciuiam. *Libris meis abeſt* τὸ, euerti. *& omiſerunt rectè. Scribi etiam poſſit, &* verti.

Specie orationum & carminum. *Ad Muſicum certamen.*

An iuſtitiam augurij, & decurias equitum. *Vitium: cui medendo impar ego.*

Non abhorruiſſe ſpectaculorum oblectamentis. *Farn.* oblectamenta. *verè.*

Equeſtres ludi, à quibus petiti.
A Thuriis, vult Tacitus: ab Etruſcis Liuius.

A Thuriis equorum certamina. *Atqui Liuius lib. I. etiam equos à Thuſcis deriuat.* Ludicrum fuit, equi pugileſq; ex Etruria maximè acciti. *Et cùm equorum certamina antiquiſſima Romæ ſint, vix videntur ea petijſſe tam longinquè Magna Græcia certè & illa ora in qua Thurij, non iā pernota tunc Romanis. Quæ tamen frons mea à Tacito diſſentiendi? Thurij vicini Tarentinis ab iiſq; euerſi, vt Strabo narrat, quorum olim Sybaris opidum, celebre deliciis. Ab Auguſto colonia illuc deducta, Copiæ.*

Ludos curatiùs editos. *Germana Cornelij vox, non,* accuratiùs, *ex libris.*

PAG 410. Ducentis iam annis à L. Mummij triumpho. *Et paullò pluribus. quoniam triumphauit de Achæis & Corinthijs Memmius anno vrbis* DCVIII.

Athletas quis primus dederit.
Val. lib. II. cap. IIII.
Ludi Græci.

Qui primus id genus ſpectaculi in vrbe præbuerit. *Quod genus? gymnicóſne? inclinabam. ſed primus athletas dediſſe legitur in ædilitate Aemilius Scaurus, multis poſt annis. Capio ergo ludos Græcos. Nam antea noti tantum Oſci & Latini. Cicero ad Marium lib.* VII. Non enim pro te Græcos aut

Oſcos

Oſco's ludos deſideraſſe: præſertim cùm Oſcos vel in Senatu ſpectare poſſis, Græcos verò ita nó ames, vt nec ad villam tuam via Greca ire ſoleas. *Hos triplices ludos Tranquillus in Iulio intellegit, cap.*XXXIX. Ludos regionatim vrbe tota dedit, & quidem per omnium linguarum hiſtriones. *&* *Aug.cap.*XLIII. Ludos fecit nonnunquam vicatim, ac pluribus ſcenis, per omnium linguarum hiſtriones. Ludi trilingues.

Efflagitandi certamina Græca. *Certamina vox ad gymnaſium ſpectare potius videtur, quàm ad ſcenam. Sed & in ſcena ipſa certamen quoddā victoria.*

Totius quinquennij. *Scripſimus, non,* potius.

Redditi quanquam ſcenæ Pantomimi certaminibus ſacris prohibebantur. *Certamina ſacra, ſiue* ἱερὰς ἀγῶνας, ὧν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ, *definit Pollux lib.*III. *Tale hoc Neapolitanum, quod & ἱερὸς ἀγὼν à Strabone dicitur.* Certamina ſacra.

Eloquentiæ primas partes nemo tulit. *Farneſiano abeſt,* partes, *rectè.*

Græci amictus quos per eos dies plerique inceſſerant. *Libri leuiter aberrant. Nam Farneſ.* Ciraetiam iactam quo. *Vatic.* Gręciam iactus ea quo. *Dixi aberrant. nam vera lectio hæc:* Græci etiam amictus, quis per eos dies p. inceſſerant. *vel,* quos p e.d.p. ingeſſerant. *Græcanicum ſcilicet hoc certamen fuit, & ideò amiciebantur plerique ad morem Græcum, palliati crepidatique. Hiſi olim: ſed expediuit me planè Dio libro* LX. *de hoc ipſo ſpectaculo, Neapoli.* ἐπεὶ ἔν γε τῇ Νεαπόλει καὶ παντάπασιν ἰδιωτικῶς ἔζη. τά τε γὰρ ἄλλα Ἑλληνικῶς καὶ αὐτὸς καὶ οἱ συνόντες οἱ διῃτῶντο, καὶ ἐν μὲν ταῖς τῶν μουσικῶν θεωρίαις, ἱμάτιον καὶ κρηπῖδας, ἐν δὲ ταῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι πορφυρίδα καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐλάμβανεν. *Id eſt:* Deinde & Neapoli plane priuatum ſe geſſit. Græcis veſtibus vſi vulgò, per ludos Græcos.

Nam cùm in aliis, & ipſe & qui cum eo erant, Græcorum ritu vixerunt, tum etiam in Muſico ſpectaculo pallium & ſoleas induit, & in Gymnico agone veſtem purpuream & auream coronam accepit. *Et ſimile quod in Commodo tradit, quoties theatrum ingrederetur ſolitum ſumere* χλαμύδα ὁλοπόρφυρον τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον, καὶ στέφανον ἔχειν λίθων ἰνδικῶν καὶ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον. *Ex his facilè intelligo reſtituóque Suetonij locum Domitiani cap.*

Suetonij lectio & distinctio restituta. XV. Certebant etiam & proſa oratione Græcè Latinéque, ac præter citharœdos chorocithariſtæ quoque & pſilocithariſtæ. In ſtadio verò curſu etiam virginum certamini præſedit crepidatus purpureáſque amictus toga Græcanica, capite geſtans coronam auream. *Corrigo & distinguo:* & pſilocithariſtæ: in ſtadio verò curſu etiam virgines. Certamini præſedit, &c. *Vera lectio, vera mens: Certaſſ. præter citharœdos, etiam chorocithariſtas, & in ſtadio, certamine curſus, etiam virgines. At certamini toti quinquennali præſediſſe Domitianum in ritu Græco purpurea toga, & corona ornatum. Dixit enim Togam: mallem chlamydem, vti idem ſcriptor Neronis cap. XXV. reditum in vrbem deſcribens habitu Græcanico:* in veſte purpurea diſtinctámque ſtellis aureis chlamyde. *vbi*, veſte, *gloſſematiam puto, deleóque. Item Dio ſuprà, & Capitolinus in Pertinace:* Purpureáſque chlamydes Græcanicas.

PAG. 411. Apud Simbriuina ſtagna, cui Sublaqueum nomen eſt, &c. dapes. *Plinius lib.* III. Anio lacus tres amœnitate nobiles, qui nomen dedere

Sublaceum Sublaqueo (*ita enim potius ſcrib. quia à lacu*) defert in Tiberim. *Addubito num vox Taciti deſit legendú* q. *&c.* villa cui Sublaceum nomen *Certè Ne-*

Villa Sublacensis. *ronis villa Sublacenſis Frontino de Aqua duct. cognita*

Ayuntamiento de Madrid

*gnita. Philoſtratus lib.* IV. *De vita Apollonij ad hanc rem addit, calicem Neronis, quem iam ori admouerat, fulmine excuſſum.*

Conſuleret ſibi & turbis. *Vel,* ſibi & vrbi.

Quia fontem aquæ Martiæ nando inceſſerat. *Vera lectio fruſtrà turbant libri, qui partim,* aquæ marginæ, *partim,* morgio, *referunt.*

Videbatúrque potus ſacros & cærimoniam loci corpore toto polluiſſe. *Imò,* corpore loto. *Fontes & capita aquarum priſcis ſacra: in iiſque natare nefas. Plinius lib.* IIX *de Clitamno:* Pons terminus ſacri profaníque: in ſuperiori parte nauigare tantum infrà etiam natare conceſſum. *Imò in quibuſdam aquis nauigare etiam vetitum. Idem libro eodem, de lacu Vadimonis:* Nulla in hoc nauis (ſacer enim eſt) ſed innatant inſulæ, *&c. Seneca epiſt.* XLI. *de his cærimoniis:* Magnorum fluminũ capita veneramur, ſubita ex abdito vaſti annuis eruptio aras habet: coluntur aquarum calentium fontes, & ſtagna quædam vel opacitas vel immenſa altitudo ſacrauit.

Fõtes fluminum ſacri. Inque iis natare nefas.

Sicut in quibuſdam lacibus.

Pag. 412. Alterum impetu captum. *Vox addita auctore Vatic.*

Pag. 414. Pars Armeniæ vt cuique finitima, pars * Nipolíque & Ariſtobolo atque Antiocho parere iuſſæ ſunt. *Latet in corruptione nomen alicuius regis. Fortè,* Thraſcypolíque. *qui dynaſta alibi in finitimis Armeniæ locis.*

Vetus opidum Puteoli ius coloniæ & cognomentum à Nerone adipiſcuntur. *Puteoli, ais, adipiſcuntur ius coloniæ? Ego vero aduocationem peto, vt deliberem. Nónne enim iampridem id opidum eo iure? Liquet ex Liuio, Velleióque, qui coloniam Puteolos deductam volunt anno vrbis* DLX. *P. Scipione Africano* II. *Ti. Sempronio Coſ. Sed & lapides te-*

Puteoli, quãdo deducta.



Ayuntamiento de Madrid

*ſtantur hodie.* AB. COLONIA. DEDVCTA. ANNO. XC. *&c.* AEDILIS. COLON. PVTEOLANORVM. *&* GENIO. COLONIAE. PVTEOLANORVM. *An colonis eorúmque poſteris intermortuis, colonia eſſe deſiit? an tempore interiecto tranſiit ad municipale ius? Ciceronis certe æuo municipium fuit, non colonia. Oratione pro M. Cælio:* Nam quod eſt obiectum municipibus adoleſcentem non eſſe probatum ſuis, nemini vnquam præſenti Puteolani maiorem honorem habuerunt *&c. Concutit mi tamen iterum Frontinus in Catalogo coloniarum, cuius verba è manuſcripto:* Puteoli, colonia Auguſta, Auguſtus deduxit. ex vno latere iter populo debetur ped. XXX. Ager eius in iugeribus veteranis & Tribunis legionariis eſt adſignatus. *Colonia ergo adhuc recenti æuo: Recreat Agellius. lib. XVI. cap. XIII. qui oſtendit ſæpe commutari ſolere colonias in municipia, & contrà. Niſi tamen Corneli⟨us⟩ v. rbis ea vis, vt velit vniuerſum opidum incolaſq. (plures autem inquilini eius loci, ob commercia & mare) præter eos qui reſtabant ex colonis Auguſtianis colonico iure donatos. Alterum horum niſi ſit, tu videris: mea in his ſalebris hæret nauis.*

Neque coniugiis ſuſcipiendis, neque alendis liberis ſueti. *Milites itaque olim ſine vxore, vt apparet. nec ritu, ſed lege id vetitum ait Dio lib. LX.* τοῖς στρατευομένοις ἐπειδὴ γυναῖκας οὐκ ἐδύναντο ἔκ γε τῶν νόμων ἔχειν, τὰ τῶν γεγαμηκότων δικαιώματα ἔδωκε. *Id eſt:* Militibus quoniam ex legibus vxorem habere non poterant, iura indulſit maritorum. *Reſoluiſſe hoc ius Seuerus Imp. videtur, ſi rectè capio Herodianum lib. III.* τοῖς στρατιώταις, *inquit,* πολλὰ συνεχώρησε, ἃ μὴ πρότερον εἶχον· καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρήσασθαι ἐπέτρεψε, γυναιξί τε συνοικεῖν. *Cum enim de coniugio legitimo capiendum videtur. quia coniu-*

Nodus in ea re quem implicat Tacitus.

Coloniæ in municipia, & contrà mutant.

Milites ſine coniugibus.

Ideò iura maritorum iis tribuit Claudius.

Seuerus tamen admiſit eos ad nuptias.

Ayuntamiento de Madrid

*contubernij militibus, opinor, ſemper ius. A Iunone arcebant eos, non à Venere Romanæ leges. Teſtis Liuius lib.* XLIII. *qui quattuor millia hominum à Senatu petiſſe opidum vbi habitarent, ait, qui nati in Hiſpaniis ex militibus Romanis, & mulieribus Hiſpanis cum quibus nullum connubij ius. Imò peregrini milites, id eſt, non ciues, non amicas modò habuiſſe videntur ſed vxores. niſi me inducunt fruſtrà tabulæ Veſpaſiani & Domitiani æuo: quibus inſculptum* ciuitatem datam militibus è claſſe Rauennate, & cohortis III Alpinorum, itémque connubium cũ vxoribus quas tunc habuiſſent cùm eſt ciuitas iis data, aut quas poſteà duxiſſent. *Tamen pugnat in eam ſententiam Tertullianus, qui ſuo etiam æuo cælibes fuiſſe milites oſtendit. Æuum autem eius, ſub Seueri. Ait in Exhortatione ad Caſtitatem:* Scilicet ſolis maritorum domibus bene eſt? Perierunt cælibum familiæ, ſpadonum, militum, aut peregrinatium ſine vxoribus? Non enim & nos milites ſumus? *Seueri ergo permiſſus aut ad Prætorianos tantùm pertinuit, aut verba aliè capienda, vt tantum permiſerit συνοικεῖν γυναιξί, cohabitare feminis, ſub eodem tecto agere: & contubernales habere, non legitimas vxores.*

Contubernij ius ſemper militi, in prouinciis.

Ambiguus intellectus verborum Herodiani.

Non enim, vt olim, vniuerſæ legiones deducebãtur. *Exprimit deductionem veterẽ Hyginus:* Multis legionibus contigit bellum feliciter trãſigere, & ad laborioſam agriculturæ requiem primo tyrocinij gradu peruenire. Nã cum ſignis & aquila & primis ordinibus ac tribunis deducebantur.

Ratio deducendi colonias.

Vt qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocauiſſent, eiuſdẽ pecuniæ periculum facerent, cuius ij qui principem appellauêre. *Lucis cauſſa, rem appellationũ à capite deducam ad hoc æuũ. Olim in populi libertate, non frequens appellationum vſus:* non

De appellationib. quid olim.

Ex antiquis ius infrequentes.

*non certè in cauſſa ciuili: (nam prouocationem ad populum, in re maiori criminúmque, frequentem ſcimus.) Ipſus tamen. A Prætore eum appellatum reperio, aliàs ad collegam eius aliàs ad Tribunos. Ad collegam, Cicero vno loco ſed claro, in Verrem, de Prætura vrbana:* L. Piſo, *inquit,* multos codices impleuit earum rerum quibus ita, interceſſit, quòd iſte aliter atque vt edixerat decreuiſſet. quod vos oblitos eſſe non arbitror, quę multitudo, qui ordo ad Piſonis ſellam iſto Prætore ſolitus ſit conuenire. quem iſte collegam niſi habuiſſet, obrutus in foro lapidibus eſſet. *Aſconiúſque ibi:* Intercedere, vt vides, etiam Prætor Prætori ſolet, vt Piſo Verri, appellatione cauſſæ ad collegam facta. *Ad Tribunos appellatum, docet idem Cicero pro P. Quinctio:* Appellantur Tribuni, à quibus cum eſſet certum auxilium petitum *&c. Clarius infrà:* Cuius procurator à Prætore Tribunos appellare auſus ſit. *Hæc olim: nec appellatum reperio ad Senatũ. At Auguſtus imperium adeptus,* Appellationes quotannis vrbanorum quidem litigatorum * Prętori delegauit vrbano: at prouincialium, conſularibus viris, quos ſingulos cuiuſque prouinciæ negotiis præpoſuiſſet, *ait Suetonius cap.* XXXIII. *Quem ita intellego, vt appellationes à minoribus magiſtratibus iudicibúſue Romæ ad Prætorem fierent, in cauſſis dumtaxat ciuilibus: è prouinciis, ad conſulares. Nam quin Auguſtus ipſe firmandæ dominationi, & iure poteſtatis Tribuniciæ, grauiorum rerum appellationis ſibi ſeruarit: ambigendum vix puto è Dione verbis lib.* LII. *Vbi Mæcenas ad Auguſtum:* δίκαζε δὲ αὐτὸς ἰδίᾳ τά τε ἐφέσιμα καὶ τὰ ἀναπόμπιμα, ὅσα ἂν παρά τε τῶν μειζόνων ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐπιτρόπων, τοῦ τε πολιάρχου καὶ τοῦ ὑποτιμητοῦ καὶ τῶν ὑπάρχων, τοῦ τε τὸν σῖτον ἐπιτάττοντος καὶ τοῦ νυκτοφυλακοῦντος ἀφικνῆ

A Prætore ad Prætorem appellatum.

Item ad Tribunos.

*Timidè ambigo, num ſcrib. in Tranquillo, Præf. delegauit vrbis. Auguſti ſcitum in appellando.

Cauſſas pleraſque ſibi ſeruauit.

Ayuntamiento de Madrid

ἀρχικῶν). etſi quædam ibi miſcet. magis ex ritu ſui anni Dij, quam Auguſti. Certè à Senatu ad Principem appellatum Tiberij imperio, vti exempla in noſtro ſcriptore, vti lib. IV. iiſque inſtantibus ad Imperatorem prouocauit: & alibi. poſt cum Caius magiſtratibus liberam iuriſdictionem permiſit, ut Suetonius cap. XVI. id eſt, ſine appellatione plena iuriſ dictione: ſed id non diuturnum fuit, non magis quam permiſſa ab eo comitiorum libertas. Dio mihi auctor lib. LVIII. ſub Caio receptum, vt iudicia quædam Senatus tractaret, ita tamen vt ab eo Princeps appellaretur. Sed appellatio Principis, vt apparet, nõ ſine pœna fuit. pœna, dico, in eos qui temerè appellaſſent. Quo exemplo nunc Nero auctum honorem Senatus it, ſtatuitq. vt eadem pœna, qui illum temerè à priuatis iudicibus appellaſſent, tenerentur, quâ qui Principem. Sententiam hanc ſatis capio: confirmationem quæro & exempla. Nihil enim præ manu mihi quod iſtuc faciat, niſi fortè quæ de pœna præiudiciali eorum qui à Præfecto vrbis appellaſſent, Symmachus ſcribit lib. X. duobus locis. Quem tu cupide lector vide. Mihi à latere tragulam inicit Trãquillus, qui hanc ipſam rem tangens, cap. XVII. nihil eorum quæ Tacitus, ſed hoc tantum dicit, Cautum vt omnes appellationes à iudicibus ad Senatum fierent. Hæret id ſpiculum, & non euello.

Ad Principẽ à Senatu appellatũ ſub Tiberio.

Caius aliquid mutauit: ſed id vanum fuit. Iterumque ad Principẽ appellatum. Pœna temerè appellantium.

Præiudicialis pœna.

Suetonij diſſenſus à Tacito: & res cogitanti intricata.

PAG. 415 Repetundarum damnatur, atque Italia exigitur, ne grauiore pœna afficeretur, Vibij Criſpi fratris fauore enixus. An ergo crimine repetundarum pœna grauior, quàm relegatio? Attentè legas. quia nec relegatio quidem. Olim ſanè exſilium fuit, & æſtimatio, vti Aſconius notat in Verrem, & Cicero ſubindicat non ſemel ſed ſecuta lex Iulia immutauit. Ex ea pœnam fuiſſe adfirmo. Amiſſionem ordinis, & Æſtimationẽ: nihil vltrà id eſt, qui damnatus

Quæ pœna in crimine Repetundis. Olim Exſilium & Aeſtimatio. Sub Principibus Amiſſio ordinis & Aeſtimatio.

Ayuntamiento de Madrid

*natus eo crimine eſſet, Senatu moueretur, & iudices acciperet ad æſtimandam litem. Hauria ex Tacito infra,* Exin à Coſſutio Capitone, qui nuper Senatorium ordinem precibus Tigellini ſoceri ſui reciperauerat. *Is autem repetundarum lege damnatus, lib. XIII. Et I. Hiſtoriar.* Redditus Cadio Rufo, Pedio Blæſo ſenatorius locus, qui repetũdarum criminibus ſub Claudio aut Nerone ceciderant. *Apertius ex Plinio lib. II. epiſtolar. vbi Marius Priſcus, accuſantibus Afris, ſponte Senatu abiit, & iudices petiit, omiſſa defenſione: ſcilicet quaſi ea ratione ſatis factũ lege. & lib. IV. cùm Baſſum Bæbius Macer lege repetundarum teneri cenſuiſſet, mitigãs Cæpio, ſalua dignitate iudices dandos pronunciauit, id eſt, vt is in Senatu remaneret, facta ſaltem æſtimatione. Vide epiſtolas ipſas, & volens fauebis ſententiæ huic. Ab hac re Suetonianis verbis lumen, Othonis cap. II.* Tantum potentia, *inquit,* valuit, vt damnatum repetundis conſularem virum, priuſquam planè reſtitutionem ei impetraſſet, non dubitarit in Senatum ad agẽdas gratias introducere. *Motus enim ille quicumque Senatu erat: ſed Otho quaſi plenè reſtitutum in Senatum introduxit. Hæc ergo ordinaria pœna, ſed grauius & plerumq. extra ordinẽ in id crimen animaduerſum, pro delicti modo. Atque ea Macri mens l. VII. Ad leg. Iul. repet.* Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur, à plerumque vel exſilio, vel etiam durius, prout admiſerint. quid enim ſi ob hominem necandum pecuniam acceperint? vel interfecerint innocentem? *&c. Eademq; ratione Plinius ſcripſit,* exceſſiſſe Priſcũ immanitate & ſæuitia crimina, quibus dari iudices poſſent, cùm ob innocentes condẽnandos, interficiendos etiam pecunias accepiſſet. *lib. II. epiſt. XI. Nec aliter capies, quòd hic Vilius rele-*

Suetonius explicatus.

Extra ordinem etiam pœna inflicta in hoc crimine.

Iuriſc. Macer illuſtratus.

gatus

Ayuntamiento de Madrid

*gatus eſt: exſi'ij etiam pœnam meritus, niſi frater interceſſiſſet. ſicut & lib XII. Annal. C. Silano proconſuli Aſiæ repetundarum damnato, aqua atque igni interdictum, ob inſignem ſcilicet ſæuitiam.*

Auitus legatus, vt memoraui. *Atqui A. Didium eum vocauit lib.* XII. *& Didium Gallum in Agricolæ vita. Vt ambigere poſſis nū reſcribend.* A. Didius. *Plura tamē cognomina habere potuit, more ſui ſæcli.* A. Didius.

Modicis excurſibus ſiluas populatus. *Emendo,* Siluras populatus. *cum ea enim Britannia gente* Silures populi teſtitu-
*tum. maximè bellum. Conſule Tacitum lib.* XII. ti Tacito.

Supremis teſtamenti verbis. *Gloſſematium eſt,* τὸ, verbis. *& ſtatim,* ſubiecturum ei prouinciam fuiſſe, *lego: capteúq; Britanniam ipſam, quæ nondum perdomita.*

Pag. 416. Nam cruore captiuo adolere aras, & Britannorũ
hominum fibris conſulere deos fas habent. *De hac* crudelitas.
*Britannis, Gallis, Germanis, communi immanitate, dicam ad libellum De moribus Germaniæ.*

Longa opulentia clarus. *Scribo,* longè. *vt ſit, lon-* Longè cla-
*gè notum clarumq; fuiſſe, propter opes. Iceni autem,* rus.
*in libris ſcriptis, Tigeni ſunt.*

Bood cia. *Dioni,* Βουδουίκα *eſt: Tacito infrà,* Baudicea, *in vita Agricolæ.* Voadica, *ſcriptum*

Seruitio aſſuefacti. *Scripta veráque lectio,* ſeruitio facti.

Templum Diuo Claudio, conſtitutum, quaſi Templum
ara æternæ dominationis aſpiciebatur. *De eo Se-* Claudii.
*neca in Menippæa:* Parum eſt quod templum in Britannia habet, quod nunc (*lego,* hunc) barbari
colunt & vt deum orant. *Quod in Tacito eſt,* ara Coniectura
dominationis, *libenter ſcripſerim,* arra. *quaſi id* in Tacito.
*templum pignus & arrabo æternæ ſeruitutis.*

Pag. 417. D. lectiúq; ſacerdotes ſpecie religionis, Sacerdotes
omnes fortunas effundebant. *Legebantur enim* Claudiani,
*Pon*

*Pontifices Flaminesq́, Claudio, ex prouincialibus ipsis: quibus in ſacra victimaſque eius diui multi faciendi ſumptus. Vide Arriani verba, quæ adduxi libro I.*

Prodigia ante euerſam coloniam.

Externóſque fremitus in curia eorum auditos, conſonuiſſe vlulatibus theatrum, viſámque ſpeciem in æſtuario, notam eſſe ſubuerſæ coloniæ. *Prodigia eadem recenſet Dio:* ἔκ τε τοῦ βουλευτηρίου θροῦς νυκτὸς βαρβαρικὸς μετὰ γέλωτος, καὶ ἐκ τοῦ θεάτρου θόρυβος μετ' οἰμωγῆς ἐξηκούετο, οἰκίαι τέ τινες ἐν τῷ Ταμέσᾳ ποταμῷ ἔφυδροι ἑωρῶντο, *ordine etiam eodem. Ex quo in Tacito facilè adducor vt emendem,*

Vox reſtituta aut ſubſtituta.

viſámque ædium ſpeciem in æſtuario. *Deeſſe enim vocem, clarum, quæ probabiliter admotam, me indice, reſtituta è Dione.*

Notam eſſe ſubuerſæ coloniæ. *Imò,* ſubuertendæ.

Perilius Gerialis.

Pæto Ceriali. *Scribe*, Perilio. *ita enim ſtatim dicitur: éſtque ille qui bellum Germanicum ſub Veſpaſiano adminiſtrauit.*

Londinium nobiliſsima vrbs: & vitali Genio condita.

PAG. 418. Londinium copia negotiatorum & commeatu maximè celebre. *Etiam hodie, eóque nomine princeps Britanniæ vrbs. Commeatum propriè accipit, vti Suetonius, Neronis cap.* XX. Alexandrini qui de nouo commeatu Neapolim confluxerant. *Ammianus lib.* XXVII. *de hac vrbe:* Londinium vetus opidum, quod Auguſtam poſteritas appellauit.

Tacitus correctus.

Quod vberrimum ſpoliant, & defenſantes intutum. *Repone lectionem ſcriptam*, & defendentibus intutum *quæ in prima recenſione, mea culpa me fugit. Barbari, inquit, ſpoliant quicquid extra munitiones obuium, & quæ loca defenſoribus parum tuta. Sequentia, per me, manent in mendo.*

Numerus victatus.

Septuaginta millia ciuium & ſociorum. *At*

*Dio in pleraque hac hiſtoria Taciti velut interpres, periiſſe ait, μυριάδας ὀκτὼ τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν. vt hic* LXXX. *fortaſſe verior ſcriptura ſit.*

Tanquam reddituri ſupplicium. *Potius, reddituris.*

PAG. 419. Ne ſtrepitum quidem & clamorem tot millium. *Fuiſſe enim in acie hoſtili δώδεκα μυριάδας, id eſt, centum viginti millia hominum, Dio adnotauit. Noſter omiſit, ut pleraque alia in hac narratione: non incuria aut culpa ſua, ſed, quod facile odorére, librariorum exſcriptorúmve qui hos libros peſſimè admutilarunt.*

Copiæ Britannorum.

Spernerent ſonoras Barbarorum. *Vatic.* ſonores. *atque ita ſcripſiſſe Tacitum contendo. Alibi:* ſonorem alterius prælij non audirent.

Sonor.

PAG. 420. Velut cuneis erupit. *Vatic.* cuneo.

Boudicca vitam veneno finiuit. *Dio, morbo. ἀποθανούσης, ait, ἐν τούτῳ τῆς Βουδουίκης νόσῳ.*

PAG. 421. Nullum prælio finem exſpectarent. *Ἀκύρας. legerim,* bello *aut certè,* præliorum.

PAG. 422. Vicio Rufino. *Vet.* Vincio.

Antonium Primum. *Illum qui poſtea acerrima fax Veſpaſiano ad ciuile bellum: cuius multa in Hiſtor. libris mentio.*

Antonius Primus.

Fabianus tabulas iis quos nominaui, & aliis minus illuſtribus obſignat. *Manuduxit me ad veram hanc lectionem Vaticanus, qui* Tabulaliis, *refert. Reliqui omnes,* Tabulariis. *Quantillus error, quantas tenebras? Nam Ic. noſtri in ſege torquentur in Tabulariis iſtis eruendis. Alciatus eos putat, quos nunc Tabelliones vocamus: contra Ferretus obſignatores & ſcriptores teſtamenti. Vertranius poſtremò, tanquam fornicum oculos, reſcribendum cenſet:* Fabianus tabularius iis.

Tabularum obſignatio in teſtamento.



Ayuntamiento de Madrid

Legis Corneliæ de falſo pœna duplex. Ordinaria. Extraordinaria.

Lege Cornelia damnantur. *Id eſt, ordine Senatorio mouentur. Nam quamuis legis Cornel. ordinaria pœna deportatio ſit, & bonorum publicatio: tamen in honeſtioribus ſubmotio etiam ordinis admiſſa eſt. Tacitus lib.* 11. *Hiſtor.* Primus Antonius legibus nocens & tempore Neronis falſi damnatus, inter alia belli mala ſenatorium ordinem reciperauerat. *Paullus lib.* V. *Sentent.* Hi qui falſum vel alia teſtimonia dixerunt, aut in exilium aguntur, aut in inſulam relegantur, aut curia ſubmouentur.

Prætor qui de falſo cognoſcit.

Pag. 423. Quòd reos ne apud Præfectum vrbis arguerentur, ad prætorem detuliſſet. *Quem Prætorem? vrbanúmne? Non opinor. nec enim eius in criminis cognitio. Olim ſanè proprius peculiarisq. Prætor, qui conſtitutis Quæſtionibus perpetuis cognoſceret de falſo. Eum hic intellegi credo. Etſi enim pleraque iudicia in Senatu aut apud Præf. vrbis, & Prætorum poteſtas imminuta: manſit tamen, opinor, veteris ritus imago quædam & vmbra. quam Pontius hic pro re amplexus, non ſine ſua fraude. At Præfectum vrbis omnia crimina omnino ſibi vindicaſſe ab Vlpiano traditum eſt l.* 1. *De off. præf. vrbis. non quidem ab Auguſto, (falluntur qui id cenſent, & Auguſtus ius tantum ei dedit in ſeruos, & quod ciuium audaciæ turbidum niſi vim metuat) ſed creſcente paulatim, conceſſu Principum vt ſolet, noua poteſtate.*

Præfecti vrbis lata poteſtas.

Calumniæ pœna.

Perinde, pœna teneretur, ac ſi publico calumniæ iudicio notatus. *Eum qui præuaricatus ſit, quive præuaricatorem emerit, fecerit: punit hoc SC. calumniæ pœna. Ea eſt ratio. & infamia, vti colligas ex l. penult. & l.* IIII. *De præuaricat.*

Serui pactio cum domino de libertate.

Negata libertate, cui pretium pepigerat. *Moribus receptum, vti ſeruus interdum cum domino quaſi paciſceretur in certum pretium: quod ſi exſoluiſſet*

*liber*

Ayuntamiento de Madrid

*liber eſſet. Id pretium è peculio ſerui, vel aduentitio lucro. Seneca in Epiſtolis:* Mancipia quoque conditionis extremæ, & in his ſordibus nata omni modo exuere conantur ſeruitutem, peculium ſuum, quod comparauerunt ventre fraudato, pro capite numerant. *Virgilius eò reſpiciens:*

Redimebant de ſuo peculio.

Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.

*Et vetus ſanè ille mos, cuius veſtigia plura in Plauto. ut Aſinaria, Strobilus reperto theſauro,*

Plautinis aliquot locis lux.

Quin ergo illi inueniſſe me hanc prædam dico, atque eloquor?
Igitur orabo vt manu me mittat, ibo atque eloquar.

*Gripus ſeruus, Rudente:*

— ad herum veniam doctè atque aſtutè,
Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, vt ſim liber.

*Et in hanc ſententiam ſcripſit Hermogenianus aduerſus dominum conſiſtere ſeruo licere*, ſiqui ſuis nummis redemptos ſe. & non manumiſſos cõtra placiti fidem adſeuerent, *l. LIII. De iudicijs. Item Vlpianus,* Qui ſe dicit ſuis nummis redemptum, ſi hoc probauerit, exinde liber erit ex quo redemptus eſt. *Interdum vero imaginaria quædam emptio, interpoſita perſona tertia, adhibebatur. de qua l. IV. De Manumiſſion. Quòd ſi dominus non ſeruaret fidem querela ſeruo Romæ apud Præſ. vrbi, apud Præſidem in prouincijs ex conſtitutione Diuorum fratrum fuit. l. V. De Manumiſſion.*

Idem Iuriſconſultorũ.

Pactio inter poſita perſona alia.

Cum veteri ex more familiam omnem, quæ ſub eodem tecto manſitauerat, ad ſupplicium agi oporteret. *Bene, veteri ex more. Nam etiam libera rep. id obtinuit, ex epiſtola Seruij Sulp. l. iij de cæde Marcelli:* Ego tamen ad tabernaculũ eius perrexi;

Olim domino cæſo, omnes ſerui ani maduerſi.



Ayuntamiento de Madrid

inuéni duos libertos & pauculos ſeruos. reliquos aiebant profugiſſe metu perterritos, quòd domi- nus eorum ante tabernaculum interfectus eſſet. *Hunc priſcæ ſeueritatis ritum firmauit poſtea SC.*

SC. Silanianum.

*Silanianum ſub Auguſto, itémque nunc Neronia- num: de quibus Cuiacium vide Obſeruat. lib. I. cap.* XVIII *& lib.* X. *cap.* XXXIII. *Addo ne feminas quidem immunes exceptaſque fuiſſe: ſuaſit Taciti*

Etiam ad feminas pertinuit.

*infrà verba*, Numerum, ætatem, aut ſexum in ſe- rantium. *item reſcripto Hadriani l.* . *De SC. Silaniano.*

Senatúſque, in quo ipſo erant ſtudia. *Expeditior ſententia*, Senatúque in ipſo.

P AG. 424. Quia de paterna pecunia transfe- gerat, aut auitum mancipiũ detrahebatur. *Alia & ſiniſtra manu: nihil mutandum.* εἰρωνικῶς *iſta* ἐξ ἀντιςρόφως *capienda ſunt.*

Noctu excubiæ ſeruorũ ad cubiculum.

Num excubias tranſiret. *Nocturnas ergo ad li- men excubias ſeruorũ habuerunt domini potentiores.*

P AG. 425. Accuſatum ab eò Statilium Tau- rum. *Suprà lib.* XII.

P AG. 426. Præbitúmque oleum equiti ac Se- natui, Græca facilitate. *Si oleum populo tantum*

Oleum in congiario datum.

*præbitum, nihil nouum aut Græcanicum: præbuit an- te P. Scipio, quem Ædilem dediſſe congium olei in vicos ſingulos Liuio credo, lib.* XXV. *Dedit & C. Cæ- ſar poſt victoriam Africanam,* τὸν τε δῆμον, *inquit, Dio,* λαμπρῶς εἱςίασε, καὶ σῖτον ἔξω τῶν τεταγμένων καὶ ἔλαιον προσέδωκεν. *Etiam M. Agrippa in ædilitate oleum & ſaltem, vt auctor idem Dio.* XLIX. *Sed nemo eorum ad gymnaſium, quod hic Nero. Plinius*

Nero primus ad gymnaſia dedit.

Vſum olei ad luxuriam vertêre Græci, in gymna- ſiis publicando. *Adde Sueton. cap.* XII.

Quem licenter egiſſe in Tribunatu memoraui. *Libro* XIII.

Inter

Intercesſione Tribunitia morti eximeretur. *Intercesſione ipſius Cæſaris.*

PAG. 427. Cenſuitque Iunius Marullus conſul deſignatus. *Inter ſuffectos non dubiè Conſules. Sed in hunc ipſum annum, Annæum Senecam & Trebellium Maximum Coſſ. referunt viri docti in opere Faſtorū: & loca ſūt, quæ annuūt. Auſonius tamē in Panegyrico, Senecæ conſulatū apertè detrahit:* Diues Seneca, nec tamen conſul, arguetur rectiùs quàm prædicabitur non erudiiſſe indolem Neronis, ſed armaſſe ſæuitiā, *nec vſquam tribuit noſter.*

Annæus Seneca an, & quando conſul.

Carnificem & laqueum pridem abolita. *Reſpondent illi decreto:* more maiorum necandum. *Ex quo clarè diſcis, quid puniri Tacito, more maiorum.*

Supplicium more maiorum.

Silentium aliorum rupit. *Vet.* ſeruitium. *At velim conſideres ſatin' ſana hæc tota narratio ſit. Antè prædixit.* Tum primùm reuocata ea lex credebatur, quæ haud perinde exitium Antiſtio, quàm Imperatori gloriam quæſiuit, vt condemnatus è Senatu, intercesſione Tribunitia morti eximeretur. *Quid? condemnatúſne Antiſtius à Senatu? Contrà video in inſulam ſeponitur. Idem intercesſione Cæſaris morti eximitur? Falſum. nec quidquam in tota re quod Neroni clementiæ gloriā: ſæuitiæ potius inuidiam parere poſſit. Ego ſanè æſtuo: nec cuneum reperio huic nodo.*

Non plena nec conſequa Taciti narratio.

PAG. 428. Fabricius Veiento. *Puto illum eſſe, qui A. Fabricius Dioni dicitur: quique Prætor, canes Circenſibus ad currus adiunxit pro equis.*

Fabricius Veiento, canes ad curram.

Multa probroſa in patres & ſacerdotes compoſuiſſet, iis libris quibus nomen Codicillorum dederat. *Noto fuiſſe morem, vt in teſtamentis conuicia quædam & probra liberius ſcriberent: quæ ante Auguſtum in obſeruata & permiſſa. Scilicet quia ſupremis illis tabulis & votis, danda videbatur aliqua*

Licentia in teſtamentis.



Ayuntamiento de Madrid

*libertas. Frenum inycere Senatus voluerat, ſed ille idem princeps, vt Suetonius ait,* de inhibenda teſtamentorum licentia ne Senatus quidquam conſtitueret, interceſſit. *Ea enim germana lectio, germana mens eius loci: non vt vir doctus ſubſtituit,* ſcomatorum *Exempla in Tacito paſſim, de iis qui ſupremis tabulis multa atrocia in Macronem, in Tiberiū, alióſque potentes compoſuerint. Hæc exempla ergo maledicentiæ ſuæ cauens Veiento, inſcripſit opicos & oſcos eos libros, Codicillos.*

Suetonij lectio firmata & explicata.

Sofonius Tigellinus.

Pag 429. Sofonium Tigellinum veterem impudicitiam atque infamiam in eo ſecutus. *Tigellinum libri appellant, & Græci quibus ſemper* Τιγελλῖνος. *Sophronium corruptè epitoma Dionis: Ofonium Tac. l. 1. hiſtor. Quod ait de vetere infamia, intellegit credo ſtuprum eius cum Agrippina matre Neronis: ob quā cauſſā à Caio in exſilium pulſus. Dio,* ἐν τούτοις δὲ πόλε φεύγουσι, καὶ ὁ Τιγελλῖνος ὁ Σωφόνιος ὡς καὶ γυναῖκα αὐτὴν μεμοιχευκὼς ἐξέπεσεν.

Coniecturæ parum ſtabiles.

Ac quæ illi pro cognatis moribus fuere. *Non diſplicet Farneſiana ſcriptura,* Atque illi procognitis moribus fuére. *id eſt, præſcitum antea, qui mores vtriuſque. Vatic. refert,* progenitis moribus. *tentabam,* pro gentis maioribus, *quaſi commendatione vitiorum pro natalibus vſus. Humilitatem quidem generis eius notat idem Tacitus 1. Hiſtoriar.* Sophonius Tigellinus obſcuris parentibus, fœda pueritia. *Fortè & ſic leg.* vt qui illi pro geminis moribus faueret. *Geminum, ſimile. Emeritus ergo Tigellinus fauorem Neronis ſimilitudine morum vitiorū nunc.*

Tigellinus illi domo.

Ex intimis libidinibus adſumptus. *Vatic.* in intimis. *eſſet, ad intimas libidines electus.*

Carmina crebrius factitare. *Tragœdiáſne, quæ eius nomine feruntur? Non opinor, & alibi videro.*

PA

Ayuntamiento de Madrid

PAG.430. Atauus tuus Auguſtus. *Imò*, abauus.

PAG.431. Quomodo in militia aut via feſſus adminiculum orarem. *Intellegit Optiones, qui adiutores Centurionibus dati. Feſſum corrigo*, Optio qui nunc dicitur, anteà appellabatur accenſus. Is adiutor dabatur centurioni à Tribuno militum, qui ex eo tempore, quem velint, centurionibus permiſſum eſt optare, & nomen ex facto ſortitus eſt. *legóque*, à Tribuno, militémque ex eo tempore.

Optiones adminicula Centurionum.

Correctus Feſſus.

Poſſumus ſeniores amici quiete reſpondere, *Non vſque quaque placet. Vatic.* quietem. *præfert, Fortean*, poſſumus ſeniores amici quietem iure ſpondere. *Fuit cùm inculcatam vocem è ſequenti linea putarem, legerémque reiecta*, poſcimus ſeniores amici quietem. *Vertranio placet*, Poſſimus ſeniores animum quieti per te ſpondere.

Auus meus Auguſtus. *vt ſuprà*, abauus.

PAG.432. Niſi fortè aut te Vitellio ter conſulis aut me Claudio præponis. *Si quid video, aut negatione inſita ſcribendi.* non præponis: *aut mutandum in* poſtponis. *Certè & Nero iudicio ante Claudium, & Seneca omni re ante Vitellium.*

Negatio reposita, è ſenſu.

Quantum Voluſio longa parcimonia. *Dixi ſuprà: addo hoc nomen in Vatic. conſtanter ſemper ſcribi*, Voluſio.

Diuitiæ Voluſij.

Factus natura. *Libri ita. Vulgò* facetus.

PAG.433. Nec minus ſuſpectos Aſiæ populos. *Scribo*, ſuſpenſos.

PAG.434. Otium, ſuffugium *S ſpecta.*

Cœranum Græci, Muſonium Thuſci generis. *Cœranus mihi irrepertus. Muſonius notior, qui Vulſinijs in Etruria natus*, equeſtris ordinis, ſtudium philoſophiæ & placita Stoicorum æmulatus eſt, *ait noſter lib. III. Hiſtoriar. Nomina illi, C. Muſonius*

Muſonius Philoſophus



Ayuntamiento de Madrid

*In morte eius Suidæ iteratus error.*

*Rufus, vti ex Tacito & Plinio colliges, lib. III. epiſt. Supervixit ad Imperium Veſpaſiani: vt iure culpem Suidam, interfectum eum à Nerone, bis adfirmãtem. Vide eum in voce, μυσώνιος, & κορνοῦτος. Melius veriusq́ Philoſtratus, lib. VII. qui Muſonium Tyrrhenum in Gyaram inſulam proiectum à Nerone ſcripſit. Vnde redijt, cum ille abijſſet.*

*Rubellius Plautus diſcretus ab illo de quo Suetonius. Et rei argumenta plura.*

Caput interfecti relatum, cuius aſpectu ipſa principis verba referam. *Non ergo idem hic ille Plautus, cuius necem Suetonius retulit, cap. XXXV. Non herclè idem, multa obſtant. Primum ille inter pueros, aut certè ætate inferior quàm Nero (ſtupro enim ante mortem illi cognitus.) At iſte grandior. Ille Romæ fuiſſe debuit, cùm caſus eſt: in Aſia iſte. Ille viua Agrippina, hic mortua pridem interfectus.*

*A. Plautius.*

*Itaque illum cum libris aliquot verius eſt, A. Plautium vocari: filium fortaſſe eius qui de Britannis triumphauit. (Cum noſtro iſto ſi confudiſ) quod faciunt plures) quomodo vel hac parte Tacitum cum Suetonio iunges, qui diuerſiſſima Neronis verba depromunt? Dio an de hoc Plautio locutus ſit neſcio.* τὸν γὰ οὖν πλαῦτον (*ſcribo*, πλαῦτον) ἀποκτείνας, ἔπειτα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ προσενεχθεῖσάν οἱ ἰδὼν Οὐκ ᾔδειν, ἔφη, ὅτι μεγάλην ῥῖνα εἶχεν. *Nam & in verba diuerſa ab iſtis. Quis tamen neget, quin & hæc potuerit adiungere?*

PAG. 435. Ex quibus vna. *Nomen liberrimæ ancillæ, Pythias, ex Dione.*

Ciuilis diſſidij ſpecie. *Id eſt, diuortij.*

His haud quaquam Nero pœnitentia flagitij. *Mutila, fracta: & in quibus reſtituendis, ſine libris fruſtra allaborem. In eadem noxa ſequentia.*

*Spargere flores in aliquē honoris.*

PAG. 436. Octauiæ imagines geſtant humeris, ſpargunt floribus. *Sparſio illa florum recepta in eos, quos honore honeſtos volebant, quósque beniuo-*

*lentia*

*lentia proſequebentur. Liuius lib.* XXXIII. Omnes tendere ad Imperatorem Romanum, vt ruente turba in vnum, adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniſcóſque iacientium, haud procul periculo fuerit. *Capitolinus in M. Antonino:* In Saliari carmen accepit imperij, coronis omnibus in puluinar ex more iacentibus, aliæ aliis locis hæſerunt, huius velut manu capiti Martis aptata eſt. *vbi rectè ſcripſeris*, coronas, &, iacientibus. *Herodianus lib.* 1. *de Commodi aduentu in vrbem* πρῶτον δὲ θεασάμενοι τ̄ βασιλέα οἱ Ῥωμαῖοι ἀνθεμίαις τε παντοδαπαῖς καὶ στεφάνων καὶ ἀνθέων βολαῖς ἀπεδέχοντο. *Virgil.* — Aut iacere coronæ. Capitolinus emendatus.

Purpureos ſpargam flores, animámque nepotis
His ſaltem accumulem donis.

At ſi deſperent Neronis vxoré fore Octauiam. *Si integrè lego:* An ſi deſperent? *interrogandi nota.*

P A G. 437. Inſuláque Pandataria Octauiam claudit. *Quid ergo in mentem illi Poetæ ignobili venit (non enim Senecæ: cùm certis argumentis poſt mortem eius ſcripta ea Tragœdia ſit) qui relegare Octauiam in Ægyptum videtur?* — Octauia an in Aegyptu relegata?

— date vela fretis,
Ventíſque petat puppis rector
Tandem Phariæ litora terræ.

*Niſi ſi hoc vult Alexandrino dumtaxat naui auectam Octauiam. Id enim contentioſus aliquis poſſit parum ἀλόγως dicere. Aliàs repoſuerim ego*, Pandatariæ litora terræ. — Nō videtur, potius corrigendus verſus.

Eáque ſibi comperta dicto memorat. *Vox redundat: aut corrigend.* comperta dimemorat.

P A G. 439. Veneno interfeciſſe creditum eſt. *Vel*, creditus eſt.



Ayuntamiento de Madrid

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM XV. ANNALIVM
## COMMENTARIVS.

PAG. 441 LEGIONES duas cum Verulano Seuero & Vettio Bolano ſubſidium Tigrani mittit. *Scribe*, Vettio, *ex lapide:* C. CALPVRNIO. PISONE.

Vettius Bolanus. M. VETTIO. BOLANO. COS. *De huius Bolani bellica gloria, Statius lib.* v. *Silu. ad filium eius Criſpinum:*

— rigidi ſummam Mauortis agebat
Corbulo, ſed comitem belli ſociumq; laboris
Ille quoque egregis multum miratus in armis
Bolanum, atque illi curarum aſperrima ſuetus
Credere.

PAG. 442. Omitteret potius obſidionem. *Lego*, ocius, *non* potius.

Equus conſularis, vel Imperatorius. PAG. 444. Turbatus equus qui inſignia conſularia geſtabat, retro euaſit. *Mos infrequens & inobſeruatus, de hoc equo. Geminum tamen locum habes in* Plutarchi *Craſſo, qui inter prodigia pariter futuræ cladis ſic narrat:* ἵππος δὲ τῶν στρατηγικῶν ἐπιφανῶς κεκοσμημένος, βίᾳ συνεπισπάσας τὸν ἡνίοχον εἰς τὸ ῥεῖθρον, ὑποβρύχος ἠφανίσθη. *Id eſt.* Equus verò ex Imperatoriis inſigniter ornatus, tracto

Cui impoſita ornementa. per vim rectore in flumen, ſubmerſus diſparuit. *Vt appareat equum vnum pluréſve cum ornatu im-*

pera

Ayuntamiento de Madrid

*peratorio, & conſulari (ſi eum magiſtratum Duc geſſiſſet) ſolere transduci: non aliud, quàm ad ſplendorem dignitatis. Tacitus hic conſularia inſignia ait: quia Cæſonius Pætus (malè in noſtris libris* Cæſennius) *ille ipſe eſt qui ante annum Conſul cum Petronio Turpiliano fuerat.*

PAG. 447. Pactium primipili centurionem. *At ſuprà lib.* XIII. *perfunctum eo honore ait:* Curam præſidiorum Pactio Orfito primipili honore perfuncto mandat.

Pactius primipilus, aut primipilaris, inconſtanter dicitur.

Vbi par eorum numerus adipiſceretur. *Malo,* adſpiceretur. *etſi non ignorem Plautum & Tacitum ipſum alibi Adipiſcendi verbum* παθητικῶς *eſſe uſos.*

PAG. 448. Adiecisſe deos … dignum Arſacidarum. *Locus de quo tria verba non poſſum biſcere.*

Deſperatus locus.

PAG. 449. Addidit rumor ſub iugum miſſas legiones. *Cui rumori Suetonius etiam fidem habet, cap.* XXXIX.

Contraq; prodiderit Corbulo. *In commentarijs opinor, aut hiſtoria harum rerum. Plin. certè Corbulonem inter ſcriptores cenſuit, Indice libri* V. *&* VI.

Corbulo hiſtoriæ ſcriptor.

Iureiurando Pæti cautum apud ſigna. *Spectat iuuenis. iuramenta Romanorum apud ſigna: id eſt, ut ego interpretor, apud principia. Illic enim ſigna. & pleroſq; caſtrorum ſollennes actus apud principia notabis celebrator. Dabo exempla, & labore meo leuabo tuum. Ius in Principiis dictum Liuius lib.* XXVIII. Tribunos tamen iura reddere in principiis ſinebant. *Edicta ibi propoſita. Vulcatius in Auidio Caſſio:* Nam ſtatim & ad ſigna edici iuſſit, & programma in parietibus fixit, vt ſiquis cinctus inueniretur in Daphne, diſcinctus rediret. *Litteræ lectæ, & habitæ allocutiones. Spartianus in Peſcennio:* Itaq; miſi literas recitandas ad ſigna, quibus, &c.

Iuramenta apud ſigna ſic ti ſoluta.

Et pleriſque ſollennes militiæ actus.

Vt ius dicere.

Edicta vulgare.

Literas publicas legere.

Alloqui militer,

TA

Alloqui milites.

Caſtigare & animaduertere.

*Tacitus*, Cōtractos in principia milites iuſſit cum ſilentio audire. *Caſtigatis & interdum animaduerſis ibi. Suetonius Othone, cap.* 1. Auſus eſt milites quoſdam capite punire, & quidem ante principia, ſe coram. *Frontinus lib* IIII. *Stratag.* M. Cato memoriæ tradidit in furto comprehenſis dextras eſſe præciſas, aut ſi lenius animaduertere voluiſſent, in principiis ſanguinem miſſum. *Signum etiam pugnæ propoſitum, Iſidorus:* Ruſſata pridie quàm dimicandum eſſet, ſolebat ante principia poni, quaſi admonitio & indicium futuræ pugnæ.

Signum pugnæ proponere.

Coniectura in Tacito.

PAG. 450. Hæc conquerentium * irritum laborem *Reddere ſententiam poßis, neſcio an verba, ſi legas:* Hic conqueri, tantum irritum laborem. *Breuis ſermo ducum, inquit. Corbulo querebatur, fruſtra ſe preparaſſe & laborem cū ſumpſiſſe, cùm ille auxilium non exſpectaſſet: Patus contrà, integra omnia &c.*

Siſtentare, pro oſtentare.

PAG. 451. Frumentum plebis veſtuſtate corruptum in Tiberim iecit, quò ſecuritatem annonæ ſiſtentaret. *Ita ſcripſi, nec pœnitet. Libri omnes,* ſuſtentaret. *Suſpicor antiquu vſurpatum Siſtentare pro Oſtentare, argumento etiam Plautini verſus*

Apud Plautū.

—tu verò plurimum pecus Aduenisti huc ſiſtentatum cum exornatis oſſibus. *Sic enim duo manuſcripti in Vatic. tertius,* Suſtentatum. *Et in eodem poeta alibi,* Extentatum, *reperio. Siquis tamen,* oſtentaret, *hic malit, liceto.*

Extentare.

Ducennius Geminus.

Ducennium Geminum. *Qui ſub Galba præfectus vrbi lib.* 1. *Hiſtor.*

Ficta adoptio.

Etiam olim vſurpata.

Propinquis comitiis aut ſorte prouinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus adſciſcerent filios. *Quæ fraus olim etiam vſurpata & reprehenſa à Scipione his verbis:* In alia tribu patrem, in alia filium ſuffragium ferre. Filium adoptiuum tam

pro

Ayuntamiento de Madrid

procedere, quàm ſi ſenatum habeat. *Quanquam cenſeo Scipionem non aliud intellexiſſe, quàm notionem Cenſoriam: & cum ij inquirerent, qui vxores quique liberos haberent, malo quodam more, eos qui adoptaſſent non habuiſſe pro improlibus. Addo ad Taciti lucem l.11 De vacat. muner.*

Scipio apud Agellium explicatus lib. v. cap. xix.

P A G. 452. Ne vſurpandis quidem hereditatibus prodeſſet. *Ne ad ſolidi capacitatem, argumento l.t. 1. De legatis 11.*

Adoptiui liberi nulla in parte priuilegia parentum dant.

P A G. 453. Decernatúrque & maneat prouincialibus, *Si non fractus locus, ſcribo ſententia durante,* decernaturque & maneat.

Ambitio cohibetur. *Legerim,* cohibebitur.

Non tamen SC. perfici potuit, abnuétibus conſulibus ea de re relatum. *Atqui,* licere patribus, quoties ius dicendæ ſententiæ accipiſſent, quæ vellent expromere, relationémq; in ea poſtulare. *Suprà lib.* XIII. *ſcripſit Tacitus, ſimiliq; ſententia lib.* II. *lego,* A maioribus conceſſum egredi aliquando relationem, & quod in commune conducat loco ſententiæ promere *Licuiſſet ergo conſulibus referre ea de re ad patres: ſed iis aliter viſum. Ius relationis autem ſolis conſulibus: nec ſine relatione perfici potuit vllum Sc. Ideò Veſpaſiano conceſſum,* VTI. EI. SENATVM. HABERE. RELATIONEM. FACERE. REMITTERE. LICERET. *id à ſequentibus principibus honoris cauſſa ductum. Ius tertiæ, quartæ, quintæ relationis: id eſt, me interprete, quoties conſules ipſi non eſſent, tres nihilominus, quatuor, aut quinque relationes facere poſſent quia de re cumque iis viſum. Sollennia relationum verba e Suetonij Cal. cap.* XV. *hæc didici:* Quod bonum felixque ſit C. Cæſari. de N. Patres conſcripti, quid fieri placet?

Senatoribus ius fuit quod vellent pro ſententia dicere.

Conſules ſoli ius relationis habent: aut iis abſentibus, prætor &c. Relationem facere Principi conceſſum.

Ius relationis tertiæ, quartæ.

Verba ipſa relationum.

Sanxere, nequis ad concilium ſociorum referret

Ayuntamiento de Madrid

rei agendas pro prætoribus proue conſulibus grates. *Reperio iam ante ſanxiſſe id Auguſtum. de quo Dionis verba in lib.* LVI. τοῖς ὑπηκόοις προσπαρήγγειλε μηδενὶ τῶν προστασσομένων αὐτοῖς ἀρχόντων μήτε τῷ τῆς ἀρχῆς χρόνῳ, μήτε ἐντὸς ἑξήκοντα ἡμερῶν μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι σφᾶς, τιμήν τινα διδόναι, ὅτι τινὲς μαρτυρίας παρ᾽ αὐτῶν καὶ ἐπαίνους προπαρασκευαζόμενοι, πολλὰ διὰ τούτων ἐκακούργουν. *id eſt.* Prouincialibus interdixit, ne cui Præſidum quandiu in prouincia eſſet, neque intra ſexageſimum à diſceſſu eius diem, vllum honorem haberent: quoniam nonnulli teſtimonia ſibi & laudationes à prouincialibus comparantes, multa ea occaſione peccabant. *Sed diuerſum tamen hoc Neronianum conſultum: quoniam illud Auguſti poſt diem permittit laudationes, hoc plane & penè tollit.*

Edictum Auguſti in prohibendis gratiis.

Paullò aliud ab iſto.

Motu terræ celebre Campaniæ opidum Pompei, magna ex parte proruit. *Diſſentit Seneca, qui ad ſequentes Coſ. refert hunc terræ motum expreſſim:* Pompeios celebrem Campaniæ vrbem deſediſſe terræmotu, Lucili virorum optime, audiuimus. & quidem diebus hibernis, quos vacare à tali periculo maiores noſtri ſolebant promittere. Nonis Februarij fuit hic motus, Regulo & Verginio Coſ. *Et herclè tam adſeuerat id diſtinctè, vt credam vitium eſſe non Taciti (non id conuenit in pedei & diligentiæ vnicæ ſcriptorem) ſed Aegyſthi alicuius, cuius adulteria, & traiectiones complures agnoſco in hac regia verè ſponſa.*

Senecæ & Taciti manifeſta pugna.

Obſerua. Ergo ſtatim conſulibus nouis, vt anni totius neceſſario in alterutro error ſit.

Memmio Regulo & Verginio Rufo coſ. *Reſtitue iis prænomina vera ex lapide, præter mentem Onufrij Faſtorum ſcriptoris:*

VOTVM. SOLVERVNT. L. M.

L. VERGINIO. RVFO

C. MEM

C. MEMMIO. REGVLO COS.

PAG.454. Certamen ad exemplar Atticæ religionis decretum. *Panathanæa Athenienſium intelligi volunt, de quibus apud Græcos obuij loci. Non placet. Panathanæis reſpondebant Romanæ Quinquatrus: non hoc certamen nouum. Farneſianus liber,* atticiatæ. *Vatic.* acciciæque. *littera ſuperius immiſſa, vt fieret Acciacæ. Lego ego,* Actiacæ * regionis. *non, Religionis. & refero ad ludos quinquennales Actiacos, quos,* quò celebratior memoria eius victoriæ eſſet, Nicopoli inſtituit Auguſtus, *vt Sueton. cap.* XVIII. *Mamertinus Panegyrico:* Vrbs Nicopolis quam D. Auguſtus in monumentum Actiacæ victoriæ trophæi inſtar exſtruxerat, in ruinas lacrimabiles propè tota conciderat: certamen ludicrum luſtris omnibus ſolitum frequentari intermiſerat temporis mæſti deforme iuſtitium. *Fuit autem certamen Gymnicum, Muſicum & Equeſtre, vt Dio tradit lib.* LVI. *Videntur idem tralati Romani ex Dione* LIII. *& Suetonij Tiber. cap.* VI. *etſi ibi quoque fœda vacillatio librorum.*

Actiaci ludi. Tacitus correctus.

* Neque enim vlla religio in his ludis, magis quàm in aliis.

Ludicrum Circenſe vt Iuliæ genti apud Bouillas. *Libro* II. *Annal.* Sacrarium genti Iuliæ, effigieſque Diuo Auguſto apud Bouillas dicantur.

PAG.455. Syriæque executio Cincio. *Executionem pro adminiſtratione vſurpat fortaſſe, vti alibi,* Negotij eius executionem libens ſuſcepit. *Secundò* Differam hæc in præſenti. Deſiderant enim [illegible] & propriam executionem. *Addubito num* [illegible] Syriáſque Sex. Cincio.

Executio, pro adminiſtratione.

PAG.456. Apud Melitenem. *Ptolem.* eo, μελιτηνὴ, [illegible] *pars.*

Iter L. Lucullo penetratum. *Plutarchum lege.*

PAG. 457. Tiberius Alexander. *Qui procura-*

Tib. Alexander.



Ayuntamiento de Madrid

*tor Iudææ poſt Caſpium Fadum. idem antea Alexandriæ Alabarches. Ioſephus lib. x x.*

Nondum Senatoria ætate. *Quæ eſt annus vigeſimuſquintus, vt alibi monui.*

Dextra data apud Perſas magnum fœdus.

Pedes vterque dextras miſcuêre. *Quod apud Perſas ſanctiſsimi fœderis. Ioſephus:* ὁ δὲ Ἀρτάβανος τούς τε πατρῴους θεοὺς ἐπώμνυτο, μηδὲν κακὸν διαθήσειν αὐτοὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου, ὅπερ μέγιστον παρὰ πᾶσι τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις παράδειγμα τοῦ θαρσεῖν γίνεσθαι τοῖς ὁμιλοῦσιν. οὐ γὰρ ἂν ψευσάμενός τις δεξιὰν ὑπ' αὐτοῦ δόσεως γενομένης, οὐδὲ πιστεύειν ἐνδοιάσειεν εἰ τοιᾶσδε ἀσφαλείας δόσις γένοιτο, περὶ τῶν ἐν ὑποψίᾳ ἀδικεῖσθαι καθεστηκότων.

De ſignis Ro.

P A G. 458. Agmina legionum ſtetere fulgentibus aquilis, ſignisque & ſimulacris deûm in modum templi. *Vt capias, compendio explicandæ mihi res ſignorum. In legione Romana, Aquila vna: ſigna tot, quot cohortes, id eſt, decem. Aquilæ forma diſſita mihi pro nuper: ſigna non aliud olim, quàm oblongæ haſtæ, quibus in ſummo breue tranſuerſim appoſitum lignum: tanquam iam ad formam crucis. In medio titulus, C O H. VI. aut quintæ &c. pro numero. Docet Tertullianus:* Omnes illi imaginum ſuggeſtus in ſignis (*ita emend.*) monilia crucium ſunt: ſipara illa vexillorum & labarorum ſtolæ crucium ſunt. *Iuſtinus Martyr Apol.* II. καὶ τὰ παρ' ὑμῖν δὲ σύμβολα τὴν τοῦ σχήματος τούτου (*σταυρὸν ſiue crucem intelligit*) δύναμιν δηλοῖ. λέγομεν, καὶ τῶν τροπαίων δι' ὧν αἵ τε πρόοδοι ὑμῶν πανταχοῦ γίγνονται, τῆς ἀρχῆς καὶ δυνάμεως τὰ σημεῖα ἐν τούτοις δεικνύντες, εἰ καὶ μὴ νοοῦντες τοῦτο πράττετε. καὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἀποθνησκόντων αὐτοκρατόρων εἰκόνας ἐπὶ τούτῳ τῷ σχήματι ἀνατίθετε. *Hæc credo antiquitus fuiſſe, & additas, ſi forte in victoriis gratulantis, vti oculis obijcere videntur nummi. Imagines*

Signa cohortium.

Titulus in ſignis.

Formâ crucis referebant.

Iuſtini egregius, ſed mutilus locus.

Coronæ in ſignis.

Subprincipibus etiam imagines.

Ayuntamiento de Madrid

*illa clypeoſa, quæ itidem in Nummis vbique apparent, vix eſt vt habuerit libera reſpublica (quorum enim Imperatorum?) & auctor mihi qui adferit eſſe ab Auguſto. Iſidorus lib.* XVII. *cap. De ſignis* Pilam in ſigna conſtituiſſe fertur Auguſtus, propter nationes ſibi in cuncto orbe ſubiectas, vt magis figuram orbis oſtenderet. *Pilam profectò appellat rotundas illas imagines, quas innexas à ſummo ad medium videbis in ſignis. Ideò appoſitè ſatis Tertullianus dixit,* imaginum ſuggeſtus. *ideò noſter hic,* ſignis & ſimulacris in modum templi. *Ea ſimulacra, neque aliud fuiſſe quàm Cæſarum ex auro argentóue imagines, vt quiſque imperabat Sueton. Cal. cap.* XIIII. Artabanus tranſgreſſus Euphratem, aquilas & ſigna Romana. Cæſarumque imagines adorauit. *Arrianus,* τὰ σημεῖα τῆς ἐπιλέκτου στρατιᾶς, ἀετοί, εἰκόνες βασιλέων, στέμματα πάντα χρυσᾶ ἀνατεταμένα ἐπὶ ξυστῶν ἠργυρωμένων. *Tacitus lib.* I. *Hiſtor.* Vexillarius comitantis cohortis dereptam Galbæ imaginem ſolo adflixit. *Lib.* III. Primores caſtrorum nomen atq; imagines Vitellij amoliuntur. *Ob has imagines illatas orta Iudæorum ſeditio, de qua Ioſephus Zonaraſq; & Suidas* Σημαίας, σίγνα, προβόλια. Πιλάτος εἰς τὴν Ἰουδαίαν τὰς Τιβερίου εἰκόνας, αἳ σημαῖαι καλοῦνται, κεκαλυμμένας εἰσήνεγκεν. οἱ δὲ ἐσπλάγχνησαν ὡς πεπληρωμένων αὐτοῖς τῶν νομίμων. *Plinius argentum ijs materiam dat lib.* XXXIII. Color, *inquit,* argento clarior eſt, magiſque dici ſimilis, & ideò militaribus ſignis familiarior, quoniam is longius fulget. *Sed vide ne intelligendus ſit de haſta lignóque ipſo quod argento inductum, vti ex Arriani ſuprà verbis diſcutare. Magis erga eſt, vt ex auro factæ. Herodianus lib. 4. de Antonino Imp.* καὶ τὰ μὲν στρατοπέδων σύμβολα, ἐπιμήκη ὄντα καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασι πεποικ-

Quod cœpit ab Auguſto, Iſidorus explicatus in hanc rem.

Ea imagines, Cæſarū vultus.

Seditio ob eas illatas in Iudæa.

Factæ ex argento.

Vel verius auro.

κεκοσμημένα, μόλις ὑπὸ τῶν ἰσχυροτάτων στρατιω-
τῶν φερόμενα, ὑποθεὶς τοῖς ὤμοις ἔφερεν αὐτός. *id eſt:* Militaria ſigna, quæ oblonga ſunt & multis aureis ornamentis grauia, quæ vix à robuſtiſſimis militum ferrentur, ipſe humeris ſubiens portabat. *Hæc ergo ſignorum ferè forma. niſi quòd interdū etiam dextræ duæ complexæ in cacumine appoſita, ſidei ſignum: & alia quædam parerga, quæ pete & diſce ex M. Antonij præſertim nummis. Taciti deſcriptionem iam, credo, capis: & cur comparauerit ſignorum illum apparatum cum templo. Hærebis fortaſſe, cur,* ſimulacris deûm, *dixerit. Etiam ego. nam deorum ſimulacra appoſita ſignis nondum legi. Me ſi audis, inducatur additicia ea vox: aut iungatur diſtinctione locus,* ſimulacris, deûm in modum templi. *vt ſit.* Templum deûm.

Dextræ implexæ in ſummo ſignorũ.

Tacitus correctus, vel aliter interpunctus.

Sedes effigiem Neronis ſuſtinebat. *Dico in lib. 1. Hiſtor.*

Teridates cæſis ex more victimis. *Eum morem ſuggerunt Claudianus lib. 1. De laudib. Stilic.*

Mos Parthorum in victimis & ſacris

—penetralibus ignem
Sacratum rapuêre adytis, rituque iuuencos
Chaldæo ſtrauêre Magi. rex ipſe micantem
Inclinat dextra pateram, ſecretáque belli
Et vaga teſtatus voluentem ſidera Mithram

*Et Sidonius Panegyrico Leonis:*

—Magis iuratur ab illis
Ignis & vnda deus. nec non rata pacta futura
Hic diuos teſtatur auos. Chaldæus in extis
Pontificum de more ſenex arcana peregit.
Mi[illegible]mitra —

*Strabo etiam aliquid de ritu victimas immolandi:* μελίσαντες δὲ τοῦ μάγου τὰ κρέα τοῦ ὑφηγουμένου τὴν ἱερουργίαν ἀπίασι διελόμενοι, τοῖς θεοῖς οὐδὲν ἀπονείμαντες μέρος· τῆς γὰρ ψυχῆς φασι τοῦ ἱερείου δεῖσθαι

τὸν

Ayuntamiento de Madrid

τὸν θεὸν, ἄλλου δ' οὐδενός. ὅμως δὲ τοῦ ἐπίπλου τι μικρὸν τιθέασιν, ὥς λέγουσί τινες, ἐπὶ τὸ πῦρ. *id eſt*: Vbi autem magus qui ſacrum peragit carnes in partes tribuit, ſua quiſque accepta abeunt: diis nihil impartientes. Animam enim ſolam hoſtiæ deum velle aiunt, nihil prætereà. Tamen omenti partem aliquam exiguam flammæ imponunt, vt quidam tradũt. *Doctè ergo de omento Catullus inſeruit,* Catullus explicatus.

Gnatus vt accepto veneretur carmine diuos,
Omentum in flamma pingue liquefaciens.

*Vt autem me vulgauit magnus filiarum Mnemoſynes antiſtes*

Initia vigiliarum per centurionem nuntiari. Centuriones ſingillatim vigilias obibant. *Qui vigilias ordine obibant. Tacitus lib.* II. *Hiſtor.* Varus, deflagrante paullatim ſeditione, addit conſilium, veritis obire vigilias centurionibus, omiſſo turbæ ſono, quo miles ad belli munia cietur. *Obibat ergo centurio & rediens nuntiabat Duci rectè habere. Polybium vide lib* VI.

Conuiuium buccina dimitti. *Propriè ad hunc ritum nihil legi. Neſcio an aliquid iuuare poſſit Liuius lib.* XXVIII. *vbi Aſdrubal ſuſpicione oborta de aduentu Conſulis, obſeruari iubet*, ſemel bíſne ſignum canat in caſtris. *&* illud veterem ducem Buccina in Imp. conuiuio. Signũ apud duces caſtris. allicitúmque Romano hoſti mouit, quòd ſemel in Prætoriis caſtris ſignum, bis in Conſularibus refereb int cecinisſe. *Quæ ſub veſperam geſta, & non incommodè id hunc in Prætorio buccinæ cantum referantur. Cauſſa, quia id inſigne imperij, ait Vegetius.* Claſſicum appellatur, *inquit*, quod buccinatores pro cornu indicunt. Hoc inſigne veri imperij, quia claſſicum canitur imperatore præſente. Buccina, vel claſſicũ imperij ſignum *Germanorum Principum mos neſcio an originem trahat iſtinc. Certè receptum dij noſtis etiam hodie, vt conuiuium ineant ad ſonum tubæ. Quod ipſum* Germanorũ more, buccina ad cõuiuium.



Ayuntamiento de Madrid

*Alexandrum Macetam feciſſe obſeruo, ex Athenæo, lib. 12.* ἐγίνετο δὲ τὰ δεῖπνα πρὸς σάλπιγγα, τότε ἐν τοῖς γάμοις. καὶ ἄλλως δ' αἰεὶ ὅτε τύχοι αὐτὸς σπενδόμενος, ὥστε πᾶσι εἰδέναι τὸ στρατόπεδον.

Etiam apud Græcos.

* Ambiguũ leg. *ante aram Auguralem.* Nec enim ante arã cubitur quidquam mos. Ita Fabiũ Pi-ctorem cortẽ[?] gẽ apud Macrob. *Ex te pericitantis diẽ dantis in arã altaria, ſtatim*, rx. lego, *duos enas aram.*

Structa * ante aram Auguralem ſubdita face accendi. *Mos mihi iuxta cum Teridate notus. De ara tamen Augurali, facile capio ex iis quæ dicta libro II.*

Poſtremo die. *Forte,* poſtero. *Nam noctem iam manſit, uti apparet ex Vigiliis nunciatis.*

PAG. 419. Neu ferrum traderet. *Perſæ enim & Parthi omnes ſemper de more cincti. Ammianus lib.* XXIII. Omnes promiſcuè vel inter epulas feſtoſque dies gladiis cincti cernuntur. quem Græcorum veterum morem primos abieciſſe Athenienſes Thucydides eſt auctor. *At de ritus ponendi apud Magiſtratus ferri, in Electis mihi dictum. cap. de Lictoribus.*

Proconſules, proprætores Legatos neſas amplecti.

Aut complexu prouincias obtinentium arceretur, foribúſue eorum aſſiſteret. *Duplex rarioré illuſtro è Spartiani Seuero: de quo Legato Africæ,* In ea legatione, cùm eum quidam municipum ſuorum Leptitanus, præcedentibus faſcibus, vt antiquum contubernalem ipſe plebeius amplexus eſſet, fuſtibus eum ſub elogio præconis cecidit. Legatum Populi R. homo plebeius temerè amplecti noli. *Interdicti ergo prouinciales complexu. Sed nec in fores ſtatim illis aditus, vti eleganter Saluianus lib. III. de Gubernat.* Intra ianuas

Nec ad ædes eorum ſtatim ingreſſus.

non modo illuſtrium poteſtatum, ſed etiam Præſidum aut Præpoſitorum, non omnes paſſim intrare præſumunt niſi quos vocauerit, aut negotium traxerit, aut ipſa honoris proprij dignitas introire permiſerit: ita vt ſi quiſpiam fuerit inſolenter ingreſſus, aut cædatur, aut propellatur, aut

Ayuntamiento de Madrid

aut aliqua verecundiæ atque exiſtimationis ſuæ labe multetur. *Quod augendæ dignitati vſurpatum a Præſidibus, vti priuatim à quibuſdam per ſuperbiam Romæ.*

Equitum Rom. locos ſedilibus plebis antepoſuit apud Circum. *Rectè & ordine capienda hæc legendaq́, ne cum aliis abeas errabundus. Ita autem in Circo ſedendi (nam de Theatro & Amphitheatro alius mihi locus) res fuit. Ad Auguſti æuum ſpectaculum id, Senatus, Eques, Plebes ibant indiſcreti. Nã Roſcia lex & Iulia Theatralis, de ſcena tãtum cauerant, non de Curulibus ludis. Qui quoniã antiquiſſimi, religione quadam, cenſeo, & ſimul non alienandæ plebis, ſeruatus in iis mos priſcus. Cornelio Cinna demũ & Valerio Meſſalla Coſſ. anno vrbis* DCCLVIII. *mutauit Auguſtus. Dio lib.* LV. καὶ τὰς ἱπποδρομίας χωρὶς μὲν οἱ βουλευταὶ χωρὶς δὲ οἱ ἱππεῖς ἀπὸ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἶδον, ὃ καὶ νῦν γίγνεται. *Sed ita, vt ſaltem iuberet ſeorſim ſpectare ſenatũ, ſeorſim Equitem: non tamen loca illis certa adſignaret ſtataq́. Itaque in alia atque alia regione Circi ſpectabant (ſedilibus videlicet his aut illis à plebe occupatis) donec tollendæ confuſioni, Claudius Imp. Senatui attribuit certam ut iuſtamque ſedem. Suetonius cap.* XXI. Circo maximo marmoreis carceribus auratiſque metis exculto, propria Senatoribus conſtituit loca promiſcuè ſpectare ſolitis. *Ait, promiſcuè: magis vere propter æquè, vagè. Eam enim Suetonij mentem eſſe, libens Dioni concedo rem eam explicanti cum cura lib.* LX. ἑώρων μὲν οὖν καὶ πρότερον ἐν αὐτῷ (*de Circo prædixit*) ἴδια καὶ κατὰ σφᾶς ὡς ἑκάστοις τό, τε βουλευτικὸν καὶ τὸ ἱππικὸν καὶ ὁ ὅμιλος, ἀφ' οὗπερ τοῦτ' ἐνομίσθη· οὐ μέντοι καὶ τεταγμένα σφίσι χωρία ἀποδέδεικτο· ἀλλὰ τότε ὁ Κλαύδιος τήν τε ἕδραν ἀφωρισμένην ἔχειν τοῖς βουλευταῖς ἀπένειμε, καὶ προσέτι τοῖς

Ratio ſedẽdi in Circo.

Roſcia lex, tantum de theatro.

Primus Auguſtus ordines diſcreuit in Circo.

Quomodo id intelligendum.

Claudi⁹ primus ſedilia certa Senatui dedit.



Ayuntamiento de Madrid

Nero deinde equiti.

ἐθέλωσι σφῶν ἑρασθῶσι πᾶσι καὶ ἔν γε ἰδιωτικῇ ἐσθῆτι θεάσασθαι ἐπέτρεψε. *Sed Claudius Senatui tantum, equiti ecce nunc Nero Sueton. cap.* XI. Circenſibus loca equiti ſecreta a ceteris tribuit. *Plinius lib.* VIII. *cap.* VII. *ſatis oſtendit noua exædificata ea loca fuiſſe.* Cæſar Dictator, *inquit*, euripis arenam circumdedit, quos Nero princeps ſuſtulit, equiti loca addens. *Quod in fine verborum Dionis eſt, nolim negligas. Nam etiam poſt loca diuiſa, promiſcuè licuit ſpectare Senatoribus, ſed in veſte, vt ait, priuata. Exemplum in Plinio, lib* IX. *epiſt. vbi Cor. Tacitus hic ipſe noſter en Equeſtribus ſpectat, etſi Senator.* Nunquam maiorem, *ait Plinius*, cepi voluptatem, quam nuper ex ſermone Cor. Taciti. Narrabat ſediſſe ſe Circenſibus proximum equiti Rom. *&c. Hæc ſatis ad Taciti mentem: nam de linea, de cancellis, de loco feminarum alibi dico vberrim.*

Promiſcuè licitum ſpectare in vulgi veſte.

Plinius explicatus.

Feminarum illuſtrium ſenatorúmque plures per arenam fœdati ſunt. *Cur inuertitis cenſores? Non enim, inquiunt, probabile feminas deſcendiſſe in arenam. Boni viri, quàm bene ſentiũt de ſexu, quod nihil abruptius cùm ſemel frenum excuſſit ingeniti pudoris? Sed diſcite, & credite priſcis, non in caueam ſolùm feminas veniſſe, ſed in arenam. Iuuenale omitto ſatyra* VI. *Suetonius ecce in Domitiano cap.* IV. Venationes gladiatoréſque & noctibus ad lychnuchos dedit: nec virorum modò pugnas, ſed & feminarum *Et Statius de iiſdem ludis* I. *Sil.*

Feminæ ad ludos gladiatorios deſcendunt.

Stat ſexus rudis inſciúſque ferri,
Et pugnas capit improbus viriles.
Credas ad Tanaim ferúmque Phaſim
Thermodontiacas calere turmas.

*Adeoq́, id verum & vulgatum, vt Seuero imperante cauendum* SC. *fuerit μηκέτι μηδεμίαν γυναῖκα μονομαχεῖν.* non vltrà feminam vllam ad gladium depugna

Edicto id vetitum.



Ayuntamiento de Madrid

pugnare, *ait in Seuero Xiphilinus.*

Pag 460. Vatinius inter fœdiſſima eius aulæ oſtenta. *De hoc ſutore Vatinio, Martialis:* Vatinius ſutor.

Vilia ſutoris calicem monumenta Vatini
Accipe, ſed naſus longior ille fuit.

*cuius Epigrammatis argutiam non cepit Turnebus.* *Ego ſententiam puto, cùm quattuor naſos oblongos haberet ille Vatinianus calix: tamen longiorem fuiſſe Vatinij naſum. Notátque callidè eum, vt acrem & ſagacem inquiſitorem, & criminatorémq. Ita enim fuit. Xiphilinus eum ait adeò hoſtem optimatibus fuiſſe, vt ſemper in ore haberet* μισῶ σε Κᾶισαρ ὅτι συγκλητικὸς ει. *De populo ipſo, Iuuenalis:* Noua argutia in Martia li.

Tu Beneuentani ſutoris nomen habentem
Siccabis calicem naſorum quattuor.

Nomina ſummæ curæ & meditamenta *Ambigas an vox deſit,* meditamenta imperandi. *Si non, ſcribe,* medicamenti. *Simile crimen obiectum Metio Pompoſiano, apud Sueton. Domit. cap.* x.

Omiſſa in præſens Achaia. *In quam cantandi cauſſa iuit, & libertate eam donauit, vti Suetonius aliique tradidêre. Illud Pauſaniæ mirum, lib.* VII. Neronem Græciæ libertatem reddidiſſe, ſine vllo imperij detrimento: quoniam pro ea Sardiniam prædiuitem inſulam in prouinciæ formam redegerit. *Aberrat. & intellegi voluit Alpes Cottianas, quæ ſola cum Ponto Polemoniaco in prouinciam a Nerone redactæ. Sardinia quidem, vnà cum Sicilia, prima prouinciarum.* Pauſaniæ de Sardinia inſula ſupinus error.

Pag. 461. Ipſe quò fidem faceret nihil vſquam perinde lætum ſibi. *Mihi hoc luret. Vertranium malle,* nihil vſquam periculoſum ſibi? *inſipientia eſt. Clarè hoc ait, Nero vti reipſa oſtenderet nullum ſibi locum præ Roma eſſe: ſtruxit in publico conuiuia, &c.* Malè corrigunt.



Ayuntamiento de Madrid

Publicis locis ſtruere conuiuia. *Suetonius*, Cœnitabátque nonnumquam & in publico, Naumachia præcluſa, vel Martio campo, vel Circo maximo.

Agrippæ ſtagnum. Et nemus.

In ſtagno Agrippæ. *Cuius mentio Straboni, itẽ, nemoris ac quo hic, li. XIII. de Lāpſaco:* Ἐντεῦθεν δὲ μετήνεγκεν Ἀγρίππας τὸν πεπτωκότα λέοντα Λυσίππου ἔργον. ἀνέθηκε δὲ ἐν τῷ ἄλσει τῷ μεταξὺ τῆς λίμνης καὶ τοῦ Εὐρίπου. *Id eſt:* Illinc tranſtulit Agrippa Leonem cadentem Lyſippi opus. poſuit vero in nemore, quod ſtagnum interiacet & Euripum. *Ammianus puto idem intellexit,* Inter quæ porticum excitauit ingentem * lauacro Agrippæ contignam Boni euentus cognomine.

* Aut certè ei ius thermas intellegit.

Suetonius adiutus. Inſtitoria.

PAG. 462. Lupanaria adſtrabant, illuſtribus feminis completa. *Corrigo in hac ſententia Suetonium, cap.* XXVII. Inſignes ganeæ & matronarum inſtitorio copas imitantium. *legóque* inſtitoria, *pro locis ipſis.*

Scorta proſtabant nudis corporibus.

Scorta viſebantur, nudis corporibus. *Ita receptum in proſtitutis, vt nuda oſtenderent quidquid ſue, Iuuenalis:*

—tum nuda papillis
Conſtituit auratis.

*Lampridius Algabalo:* Et cùm ad meretrices habitu muliebri proceſſiſſet papilla eiecta. *O tum omnium Dij, in eadem monſtra:* γυμνὸς τὴν αἰεὶ ἐπὶ τῆς θύρας αὐτοῦ ἑστὼς, ὥσπερ αἱ πόρναι, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κρίκοις ἐξηρτημένον διασείων, τούς τε παριόντας ἁβρῶς τε καὶ κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ προσαγορευόμενος.

Suetonij ſorte error.

Cui nomen Pythagoræ fuit. *At Doryphorum vocat Suetonius, facit pac cũ Nerone libertũ. Enimverò errare Tranquillum ait, quoniam Doryphorus ante mortuus. Tacitus lib.* XIV. Eodem anno po-



Ayuntamiento de Madrid

tiſſimos libertorum veneno interfeciſſe creditus eſt: Doryphorum, & aduerſarum nuptiis Poppææ. *A Tacito etiam Deo ſtat.*

Miſſi auſpices duo, & genialis thorus. *E Sulpicio Seuero, qui locum hunc transſcripſit aperte, leg. videtur*, auſpices, dos, & gen. *Melius etiam*, viſi, *quam*, miſſi. *Verba Sulpicij:* Inditum Imperatori nammeum, duos & genialis thorus, & faces nuptiales: cuncta denique quæ vel in fœminis non ſine verecundia conſpiciuntur, ſpectata. *Sed & in Suetonio mentio dotis: nec hercle in his legitimis nuptiis omitti debuit.*

Tacitus tranſcriptus a Sulpicio.

Per tabernas quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur. *Nam ibi, id eſt, in Velabro olearij Plautus:*

Tabernæ oleariorum.

De compacto rem gerunt, quaſi in velabro olearij. *Ideò a Victore in regione* XI. *Circi maximi, locata ædes*, Herculis Oliuari. *Sed & Thurarius vicus iſtic.*

Hercules Olearius.

PAG. 465. Enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. *Liuius lib.* V. *poſt Gallicum incendium, id excuſat.* Feſtinatio curam eximit vicos dirigendi, dum omiſſo ſui alieníque diſcrimine, in vacuo ædificant. *& addit*, formam vrbis eſſe occupatæ magis, quàm diuiſæ ſimilem.

Roma olim non ad normam.

Feſſa ætate aut rudis pueritiæ ætas. *Sentio corruptionem & emolior:* Feſſa, aut rudis pueritiæ ætas, *ſuperfluente voce inducta. Deſcribit in incendio infirmi ſexus pauorem, & ætatis. Ætas infirma duplex, Pueritia, Senectus. Hanc noſter vocat Feſſam. ſupra lib.* XIV. Siquos imbellis ſexus, aut feſſa ætas attinuerat. *Lib.* I. *Hiſtor.* Feſſa iam ætate Galbæ. *lib.* I. *Annal.* An Auguſtum feſſa ætate toties in Germaniam commeare potuiſſe?

Feſſa ætas, pro ſenecta.

Qua palatium & Mæcenatis hortos continua-

Prior Neronis domus.



Ayuntamiento de Madrid

verat. *Horti Maecenariani in Exquiliis. Bis autem à Nerone ædificata domus, productáq; ad Exquilias ipſas. Suetonius,* Domum à Palatio Eſquilias vſque fecit. quam primò Tranſitoriam, mox incendio abſumptam reſtitutámque, Auream nominauit. *Priorem ergo nunc intellege.*

Campum Martis, ac monumenta Agrippæ *Qua plura in eo campo vide Dionem* LIII.

Frumentum an plebi planè gratuitũ. Cauſſa aliqua ambigendi: quæ tamen delui poteſt.

Pag. 464. Preciumque frumenti minutum, vſque ad ternos nummos. *Apparet ergo non planè gratuitum frumentum fuiſſe: niſi tamen intelligit de eo, quod ſupra annonarium modum ſupráq; menſtruam teſſeram capiebant, Sanè & antea mentio præty fuit,* Frumenti pretio nihil additum eſt, quamuis ducentas ferè naues *&c.* item*que* ... *eſt hoc libro*. Addiditque militibus ſine precio frumentum, quo antea ex modo annonæ vtebantur. *Hæc autem ratio conciliandi fauoris, pulchrè & ex ſui ſæcli ritu deſcripta Lucano lib* II. *in Iulij perſona.*

Frumenta in plebem ad fauorem vnica.

> Quóque modo vanos populi conciret amores
> Gnarus, & irarum cauſſas, & ſumma fauoris
> Annona momenta trahi. namque adſerit vrbes
> Sola fames, emitúrque metus, cùm ſegne potentes
> Vulgus alunt neſcit plebes ieiuna timere.

Quot dierũ incendium Neronianũ. Sententiæ variantes in re tam inſigni.

Sexto demum die apud Eſquillias quis incendio factus. *At Suetonius ait, ſex dies ſeptémque noctes ea clade ſæuiruns. Vterque longè abit à lapide priſco, qui nouenos commemorat dies, Romæ ad Baſilicam Petri.*

EX. VOTO. SVSCEPTO QVOD. DIV ERAT. NEGLECTVM. NEC. REDDITVM INCENDIOR. ARCENDORVM. CAVSA. QVANDO. VRBS. PER. NOVEM. DIES. ARSIT. NERONIANIS TEMPORIBVS. ET. HAC. LI...

Ayuntamiento de Madrid

GE. DEDICATA. EST. NE. CVI. LICEAT. INTRA. HOS. TERMINOS. AEDIFICIVM. EXTRVERE.

*Conciliari facilè noſter poteſt, quia mox addit ignem rediſſe. Primum vt incendium ſex dierum fuerit, alterum, trium. Suetonium, aut lapidem certè non excuſo.*

Redibat * Leuis rurſum graſſatus ignis. *Iuſſi notam tamen legi poteſt, ſententia incolumi:* rediit, ac leuiùs rurſum graſſaturus ignis.

Prædiis Tigellini Æmilianis proruperat. *Puto leg.* in Æmilianis. *Æmiliana enim locus extra vrbem, ad campum Martium, coniunctus tamen continénſque vrbi. Varro lib.* III *De re ruſt.* Eorum ædificia qui habitant extra portam Frumentariam, aut in Æmilianis. *Sueton. Claudio cap* XVIII. Cum Æmiliana pertinacius arderent. *Eſt tamen in ipſa vrbe & Vicus Æmilianus regione* VII. *nominatus Sex. Ruſo.*

Aemiliana ad vrbem.

Vetuſtiſſima religione quod Ser. Tullius. Lunæ. *Templum Lunæ in Auentino reperio, apud Liuium lib.* XL. Forem ex æde Lunæ quæ in Auentino eſt raptam tulit *&c. Rufus in regione* XII. Templum Lunæ in Auentino magnum. *Sed auſim ego in Liuio Tacitóque & Rufo reſcribere,* Luæ, *non Lunæ. Luna & Sol inter priſcos non ſunt Romanorum deos: nec culti temporibus regum. At eſt Lua mater, & eius religio antiqua. Liuius lib.* VIII. Armorum vis magna cùm inter cæſa corpora hoſtium, tum in caſtris inuenta eſt. Ea Luæ matri dare ſe conſul dixit. *Lib.* XLV. Precatus Martem, Mineruam, Luamq; matrem, & ceteros deos, quibus ſpolia hoſtium dicare ius fáſque eſt. *ita enim eum locum emendatum, magno Turnebo debemus. Lua autem dea litationum, opinor, expiationúmque, à luen*

Lunæ templum vetus.

Vel potius Luæ, atque ita correctus noſter, Liuiúſque. Lua mater, à luendo, expiandóque.

Ayuntamiento de Madrid

Litare ſiue luare, à Luere.

à luendo. Varro: Habes qui & cuius rei cauſſa fe-
cerim Hecatombé, in quo ego, vt puto, quoniam
eſt luere ſoluere, luaui. *vbi acutè & ambiguè lu-*
*dit in verbo ſoluendi.*

Inexplicabilis curioſitas, de interuallo inter vtraque incendia.

PAG. 465 Totidem annos, menſéſque, & dies
inter vtraque incendia numerent. *Trica curioſo-*
*rum hominum, quas non extrico. Computem ab vr-*
*be condita? diſpar ratio. A Troia incenſa? æquè di-*
*ſpar. Facile collectu tibi ex Faſtis. Vt mihi nunc vi-*
*dentur, tenebræ ſunt, quas non illuſtret ipſe Phœbus.*

Arua & ſtagna domus Neronis.

Arua & ſtagna *Suetonius cap.* XXXIV. *& Mar-*
*tialis magis diſtinctè loca ipſa deſcribat, lib.* I.
*epigr.* I.

Hic vbi conſpicui venerabilis Amphitheatri
Erigitur moles, ſtagna Neronis erant.
Hic vbi miramur velocia munera thermas.
Abſtulerat miſeris tecta ſuperbus ager.

Foſſa Neroniana.

Lacu ab Auerno nauigabilem foſſam vſque ad
oſtia Tiberina. *Plinius lib.* XIV. Anteà Cæcubo
erat generoſitas, quod iam intercidit, & incuria
coloni locíque anguſtia: magis tamen foſſa Ne-
ronis, quam à Baiano lacu Oſtiam vſque nauiga-
bilem inchoauerat.

Coniectura ad Tacitum.

Ceterum vrbis quæ domus ſupererant. *Pu-*
*gnat in ſe ſententia. Si enim ſupererant, quomodo*
*erectæ? quod in dirutas inſenſáſque conuenit. Pu-*
*rim legend.* quæ domus perierant.

Modus ædificiis ab Augusto impoſitus.

Cohibita ædificiorum altitudine. *Quod iam an-*
*te Auguſtus fecerat, eâdem fine: id eſt, ad incendia*
*arcenda, & maximè ruinas. Strabo lib.* v. πρὸς δὲ τὰς
συμπτώσεις τὰ ὕψη τῶν καινῶν οἰκοδομημάτων κα-
θέλων, καὶ κωλύσας ἐξαίρειν ποδῶν ο. τὸ πρὸς τὰς ὁδοὺς
τῆς δημοσίας. *Sed & ante Auguſtum Rutilius ora-*
*tionem dixerat, De modo ædificiorum. Et Auguſtus*
*quidem pedes* LXX. *tollere permiſit. Traianus dumta-*
*xat*

Ne tollere vltra LXX. pedes liceret.

Ayuntamiento de Madrid

*uat I.x. vt notat Sex. Aurelius. qui modus fortaſſe & Neronianus fuit.*

Pag. 466. Saxo Gabilo Albanóque ſollidarentur quòd is lapis imperuius igni eſt. *Eadem vis Sabino lapidi tributa ab Iſidoro lib.* XVI. Sauinus lapis, *inquit*, fuſcus addito oleo etiam lucere fertur. Eſt & quidam viridis lapis vehementer igni reſiſtens. *Sed corrigo*, Gabinus, *è Strabone*, Γάβιοι μὲν ἐν τῇ πραινεςίνῃ ὁδῷ κείμενοι λατόμιον ἔχουσι ὑπουργὸν τῇ ῥώμῃ μάλιςα τῶν ἄλλων. *Id eſt*, Gabij in via Prænestina vrbs, latomias habet, quibus non aliæ vtibiliores Romanis.

Gabinus lapis.

Iſidorus correctus.

Aquæ, priuatorum licentia intercepta, cuſtodes. *Puto cuſtodes iſtos, caſtellarios appellatos, quia diuidiculis (vt veteres dicebant) ſiue caſtellis aquarum Præfecti. Lapis Romæ:*

CLEMETI. CAESAR.

VN. N. SERVO. CASTE

LLARIO. AQVAE. CL

AVDIAE

*De caſtellis Heſychius, Vitruuius, Plinius, & Iuriſconſulti, tit. De aqua cotidiana.*

Cuſtodes in vrbe aquarum, Caſtellarij.

Nec communione parietum, ſed propriis quæque muris ambirentur. *Hoc eſt vt non domus, ſed inſulæ extruerentur. Diſce hinc Antiquarie, cur poſt hæc tempora plures Romæ inſulæ, quàm domus. Nam P. Victor ecce, in quaque regione vrbis multo ampliore numero inſulas enumerat. Cur? Non quia domus illuſtriorum hominum, inſulæ tenuiorum: ſed quia Romam deſcribit, qualis poſt Neronem fuit, & ex hoc, atra incendia edicto. At ante Neronem, certus ſum domus, quàm inſulas, altero tanto Romæ fuiſſe plures. Argumento, libri lintei Pontificum, in quibus ſcriptum:* INCENDIVM. IN. COELIOLO. INSVLAE. DVAE. ABSVMPTAE. SOLO. TENVS. ET. AEDES.

Romæ nouæ plures inſulæ quàm domus.

Contra in veteri ſuit.

Ayuntamiento de Madrid

AEDES. QVINQVE. AMBVSTAE. QVATTVOR.

PAG. 467. Vulgus Chriſtianos appellabat. *Sine*, Chreſtianos, *vt ſcripſere per inſcitiam* illi. Quod nomen ortum demum obſeruo imperio Claudij extremo. Suidas:* ἐπὶ Κλαυδίου βασιλέως Ῥωμαίων, Πέτρου τοῦ ἀποστόλου χειροτονήσαντος Εὐόδιον ἐν Ἀντιοχείᾳ, μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζωραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι, Χριστιανοί. *Sed & Iudæi appellati anteà, quòd fruſtra negitant quidam. Apertè Arrianus lib. II. cap. IX.* ὅταν τινὰ ἐπαμφοτερίζοντα ἴδωμεν, εἰώθαμεν λέγειν, οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος, ἀλλ' ὑποκρίνεται. ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος, τὸ τοῦ βεβαμμένου καὶ ᾑρημένου, τότε καὶ ἔστι τῷ ὄντι καὶ καλεῖται Ἰουδαῖος. *Ait,* τοῦ βεβαμμένου. *qui ergo tincti & baptiſati præter Chriſtianos? Sueton. Claud. cap.* XXV. Iudæos impulſore Chreſto aſſiduè tumultantes Roma expulit.

* Tertull. Apolo. id notat: & Lactãtius.

Chriſtiani, Galilæi & Nazaræi dicti. Etiam Iudæi.

In vſum nocturni luminis vrerentur. *Pro lychno & lucerna. Credo Iuuenalem ad hoc ſeuitiæ genus ſpectaſſe;*

Pone Tigellinum: tæda lucebis in illa
Qua ſtantes ardent qui fixo gutture fumant.

*quos verſus ſcio & vulgus interpretum, & egregium Turnebum, longè ſecus accipere. Ceterùm prima hæc exercita in noſtrum nomen crudelitas. ſanguinis dico. Nam Claudius anteà tantùm expulerat. Sueton. cap.* XXV. *Tertullianus.* Conſulite Commentarios veſtros, in illis reperietis Neronem primum in hanc ſectam tum maximè Romæ orientem Cæſariano gladio ferociſſe.

Chriſtiani accenſi pro lucernis tædiſque. Iuuenalis aliter explicatus.

Nero primus in Chriſtianos ſæuiit.

Habitu aurigæ permixtus plebi vel circulo inſiſtens *Ego perſeuero legere,* vel curriculo, *ſententia planè volente Nero, inquit, interdum quaſi ſpectator immiſcebatur plebi, interdum curriui inſiſtebat viam*

Tacitus correctus.

*rigatur*

rigator. *Propriè inſiſtebant. Plinius lib.* I X. *epiſtol.* Quo magis miror tot millia virorum, tam pueriliter, identidem currentes equos, inſiſtentes curribus homines videre. *At Neronem currus rexiſſe, nimis notum. Plinium leuiter emendo lib.* XXVIII. *cap.* XVII. Ferunt que & Neronem Principem hac potione recreari ſolitum, cùm ſic quoque ſe trigario (*imò* trigar um) approbare vellet. *Approbare trigarium, valet, oſtendere ſe legitimum aurigam & agitatorem equorum.*

Aurigarum propriè inſiſtere.
Nero trigarius.
Plinij leuiuſcula emendatio.

PAG. 468. Egeſtoque auro quod triumphis, quod votis. *Aurum e triumphis, Coronarium capio: quod iam per alios innotuit. E votis, quod Senatus in re trepida Ioui aliiſque dijs vouebat. Petronius,* Ipſe Senatus recti bonique præceptor, millepondo auri Capitolio promittere ſolet. *Aut ipſi Conſules, Prætoréſue in prouincias & ad bellum ituri. Liuius lib.* XXXI. Ludos Ioui, donumque vouere conſulem, cui prouincia Macedonia euenisset, iuſsit. *Alibi:* Tum P. Sulpicius ſecundum vota in Capitolio nuncupata paludatus cum lictoribus profectus. *Et exempla in Liuio ſparſim.*

Aurum triũphale, ſiue Coronariũ.
Aurum votiuum.

Per Aſiam atque Achaiam ſimulacra numinum abripiebantur. *Pauſanias lib.* X. Non poſtremò Neronis impietatem dei donaria effugere potuerunt. Is enim æneas quingentas, partim deorum, partim hominum, ſuſtulit imagines. *Plinius ait lib.* XXXIIII. *clariſsima quæque ſignorum* violentia Neronis in vrbem conuecta, & in ſellariis domus aureæ diſpoſita fuiſſe.

Nero quot ſtatuas è Græcia abſtulerit.

Secundo Catinnate. *Suſpicari poſsis Rhetorem illum eſſe, quem Dio ſcribit a Caio in exſilium miſſum, quia contra Tyrannos declamitauerat, quémque Iuuenalis tangit:*

Secũdus Catinas declamator.

Si

LIBROS DEL LIB. L. MARCO

Ayuntamiento de Madrid

Sicut Thraſymachi probat exitus, atque Secundi
Cariunatis.

*Tinctum cum eloquentia litterarúmque ſtudiis, Taciti conſequa verba indicant.*

Animum bonis artibus non induerant. *Tinctam,*imbuerat. *Nunc adfirmo vulgatam ſcripturam & perplacet metaphoræ honeſtas. Qua ipſa vſus A gellius lib* II *de Æſopo fabulatore:*qui, *inquit,* ſalubriter ac perſpicienter animaduerſas,in mentes animóſque hominum cum audiendi quadam illecebra induit *non vt corrumpunt,* induxit.

Inducere animũ artibus, eleganter. Agellij lectio firmata.

Dum ſimplici victu & agreſtibus pomis, ac ſitis admoneret, profluente aqua vitam toleraret. *In tantis opibus magna & rara abſtinentiæ laus. Ipſe de ſe epiſt.* LXXXIV. Panis deinde ſiccus,& ſine menſa prandium,poſt quod non ſunt lauandæ manus. ; Dormio minimum. Conſuetudinem meam noſti. breuiſſimo ſomno vtor,& quaſi interuigilo.*vbi ex veteri libro adſero,* & quaſi inſtigo,*ab aurigis metaphora. Epiſt.* CIX.Inde in omnem vitam vnguento abſtinemus:quoniam optimus odor in corpore eſt nullus. Inde vino caret ſtomachus.inde in omnem vitam balneum fugimus. *& plura ibidem.*

Senecæ mira & philoſopho digna frugalitas.

Seneca leuiter correctus.

Dum promuntorium Miſeni ſuperare contendunt *Vti Puteolos ſcilicet venirent. Illic enim Alexandrinarum nauium portus, vt Strabo lib.* XVII. *indicat. Promuntorium hoc infame naufragiis, vti è Seneca colligas epiſt.* LXXVIII. *de his ipſis Alexandrinis nauibus:* Cùm intrauere Capreas, & promuntorium,ex quo.

Alta procelloſo ſpeculatur vertice Pallas.

cæteræ velo iubentur eſſe contentæ. *Statius,*

Prima ſalutauit Capreas, & margine dextro

Promontorium Miſeni.

Infame naufragiis.

Pallas ibi, ſeu Minerua culta. Statius illuſtratus.

Spir

Ayuntamiento de Madrid

Sparſit Tyrrhenæ Mareotica vina Mineruæ,
*Bibunt ergo procelloſa illi Palladi nautæ, periculo maris defuncti.*

PAG. 469. In ſacrificijs quibus grauidas hoſtias immolari mos eſt *Piaculum ſuperest ſacrorum ritu. Trahere huc poſſis illud Feſti.* Contera ſus, quæ cum omni fetu adhibebatur ad ſacrificium. Grauidæ hoſtiæ.

Ineunt deinde conſulatum Silius Nerua *E Faſtis & lapidibus,* Silianus Nerua.

Namque facundiam tuendis ciuibus exercebat. *Has omnes laudes eius cecinit quicunque ille ad Piſonem poeta, in Panegyrico ad Piſonem.*

PAG. 470. Subrium Flauium. *Dum dicitur, Σούβριος Φλάβιος, & ſtatim Σουλπίκιος Ἄσπρος, qui noſtro eſt Aſper.*

Quòd famam carminum eius premebat Nero, prohibueratque oſtentare, vanus aſſimulatione. *Quinquennali iudicio, cum Orpheum Lucanus recitaſſet, coronatus contra Neronem eſt, quod ægrè tulit eius rei Princeps. Statius:* Lucanus ſupra Neronē Poeta.

Ingratus Nero dulcibus theatris,
Et noſter tibi prælatus Orpheus.

*Vbi forte ſcrib.* Ingratis. *O Nero, vel inuito tibi in theatris prælatus erat noſter Orpheus. Sed quid ſibi vult* hic, Vanus aſſimulatione? *An quod Nero vane & ſtulte conatus eſt æmulari & reddere Lucani verſus, vel ipſe ſcribere,* aſſimilatione. *Sed non placet mihi. Farneſianum quidem ſeri, tam,* vana aſſimulatione. *Lego cæteris,* vanus æmulatione. Vana æmulatio in illum Neronis.

Quinctianus mollitie corporis infamis. *Farneſ.* mollitie corporis. *Ita Lucanus dicta ἡ θηλεία νόσος. Ouidius:* Mollis erat, facilisque viris Pæantius heros. Mollities, quibus Latro. Natalis quidam ſuppremus.

Antonium Natalem *Non arbitror illum eſſe, quem Seneca in probro deſcribit.* Nuper Natalis tam ma-

probæ linguæ, quàm impuræ, in cuius ore feminæ purgabantur.

Senecio è præcipua familiaritate Neronis. *Ergon' ille, qui lib.* XIII. *vna cum Othone familiariſſimus Neroni oſtenditur libidinum eius in Acte adminiſter & interpres? Putem. ſed ibi Claudius Senecio dicitur, hic Tullius. Itaque me ſuſtineo.*

Senecio, quis.

Super Subrium. *Libri mei,* per Subrium.

PAG. 471. Cunctantibus prolatantibúſque ſpem ac metum. *Nec male,* ſpe ac metu.

Incertum quodammodo ſciſcitata. *Id eſt, vnde aut per quem odorata de coniuratione. Sperne Veteranū.* ſuſcitata.

Chiliarchi in claſſe.

Erat Chiliarchus. *Ita libri. Vulgò,* nauarchus. *Bene Chiliarchus, pro Tribuno, ſicut & Centuriones reperies plus ſemel in claſſe.*

Coniectura inſtabilis in Tacito.

PAG. 472. Neque Senatui quid manere *ſed prouiſum. *Vatic. codicis ſcripturam expreſſi. nec diſſentit Farneſianus, niſi quod refert,* quod manere. *Quis Caſtor aut Pollux liberat me ab hoc æſtu? Forte,* Neque ſe nautam quidem manere. *quaſi attollens coniuratorum numerum ſplendoremq́; id dicat mulier. etiam ipſo ceſſante, prouiſum viris militaribus quomodo nefarius ille pœnas daret.*

Ne L. Silanus eximia nobilitate. *De quo inferius, lib.* XVI.

Correctus Tacitus.

PAG. 473. Ne à libertate moueretur, vel dilecto Imp. alio. *Vatic.* ne ad libertatem moraretur. *Ducit me ſententia vt legam,* ne aut libertatem moliretur. *Duplex videlicet à Veſtino metus, ne aut homo acer ad libertatem populum vocaret aut alium à Piſone Principem diligeret.*

Circenſia Cereri.

Circenſium ludorum die qui Cereri celebratur. *Qui dies pridie Id. April. ita notatus Kalendario veteri.* LVDI. CERERI *& biduo ante* LVDI.

Ayuntamiento de Madrid

LVDI IN CIRCO. *Infra, noſter:* vtque Circenſium Cerealium ludicrum, pluribus equorum curſibus celebraretur.

Audentia, pro audacia.

Vt quiſque audentiæ habuiſſet. *Lectio à Vatic. eſt. Farneſ.* audaciæ habuiſſet. *corruptè triti libri,* audiuiſſet.

PAG. 474. Donec proditio cœpit è domo Scæuini. *Plutarchus libello de Garrulitate, longè aliter ortam & apertam narrat coniurationem. Sed ne tibi imponat, non iſtam. Duplex enim in Neronem coniuratio, Piſoniana, & Viniciana, vt auctor Suet. cap.* XXXVI. *Ad Vinicianā ergo refert illa Plutarchi.*

Coniuratio Viniciana, poſt illam Piſonis.

PAG. 475. Ad libertum Neronis Epaphroditum. *Qui à libellis fuit. de quo Suet. Ner. cap.* XLIX. *& Domit. cap.* XIV. *Eſt ille ipſe, cui nobilis ſeruus Epictetus fuit. Suidas, & Arrianus.*

Epaphroditus, nomine Epicteti dominus: re, ſeruus.

Ac ſecretò collocutum *Farneſ.* ſecreta, *& ad iram.* Seneca. *non probo. Statim è libris editis,* An cuncta iam patefacta credens. *non vt obtinuerat, ante. Notum & creberrimum Tacito dicendi genus.*

Libertæ conſtantia.

PAG. 477. Senatoréſque intacti tormentis. *Iſta Farneſ. optimè Vatic.* intactis, *littera vna redundante. Ex quo forte vulgatus error,* in tantis. *Res clara. Inſigni laude, ait dignanda libertina mulier. quæ toties preſſa conſtanter indicare abnuerit ignotos: cum viri & Senatores etiam proxima pignora ſua proderent, ſine tormentis.*

PAG. 478. Roſtra eſcendere, *Libri ſcripti.*

PAG. 479. Non illud breue mortis arbitrium permitteret. *Profectò breue. Nam Nero mori iuſſis* non amplius quàm horarium ſpatium dabat.

Breuis ad mortem paratus.

Raptus in locum ſeruilibus pœnis ſepoſitum. *Diſce ergo clarè, Lector, locum certum fuiſſe in pœnam ſeruorum viliúmque capitum. Quem illum? Seſtertium, vt opinor. Ita enim locus, non Romæ, ſed*

Locus ſupplicijs ſeruilibus. Seſtertium dictus.



Ayuntamiento de Madrid

*extra vrbem, vbi cruces, patibula defixa, cadauera abiecta, aliáque quæ ad supplicia plebis. Plutarchus in Galba,* Τὴν δὲ Γάλβα τοῖς Πατροβίου καὶ Οὐιτελλίου δούλοις ἐδωρήσαντο. λαβόντες δὲ ἐκεῖνοι καὶ πάντα τρόπον αἰκισάμενοι καὶ καθυβρίσαντες, ἔρριψαν ἢ τοὺς ἀπὸ τῶν Καισάρων κολαζομένους θανατοῦσι· ὁ δὲ τόπος Σηστέρτιον καλεῖται. *id eſt:* Galbæ caput Patrobij & Vitellij ſeruis donarunt. quod illi acceptum omni contumeliarum & ludibriorum genere afficientes abiecerunt in locum, vbi occidi ſolent, in quos Cæſar iuſſit animaduertere. Locus Seſtertium dicitur. *Extra vrbem, dico, id loco (errant qui de Gemonijs ſuſpicantur) vel nominis argumento. Sic enim dictus, quia ſemitertio ab vrbe miliari. Ea quidem ratio appellandi, recepta Romanis. Via Septimum, palatium ſub vrbe, Iuſtiniani, leg.* XXXIV. *C. de donation. Decimum, ſuburbanum Carthaginis Procopio. Septimū Hoſtienſe, Symmachi villa, lib.* VI. *epiſt. Quartum Latinis, apud eundem lib.* IX. *Cælo fuiſſe extra portam * Eſquilinam: & id erari video ex raptionem eius verbi in Commentatore Horatij, vti Cruquius ſedulo induſtriè interpres emendauit.* Eſquilinus mons Romæ ex ſeptem montibus. hinc Eſquilina porta Romæ dicitur, adſedorium, vbi certus erat locus ſepulchrorum ad corpora pauperum aut ſceleratorum vilúmque comburenda, aut canibus proijcienda. *Ligeria,* ad ſeſtertium. *Sic quoque in vita Cypriani:* Cùm veniſſet ad eum locum qui dicitur Sextus, quarto ab vrbe miliari. *emendatum ab aliquo rectè,* Sextertius.

35 extra vrbem.

Cauſſa eius nominis.

Loca multa a diſtantia appellata.

* Puticulos ultra Eſquilias Varro locat. Commentator Horatij correctus.

Manu Statij Tribuni trucidatur, plenus conſtantiæ ſilentij. *Egregij viri mortem plenius Arrianus deſcripſit, lib.* I. *cap.* I. Λατερανὸς ἐν Ῥώμῃ καταδικασθεὶς ὑπὸ τοῦ Νέρωνος ἀποκεφαλισθῆναι ἐπειδὴ

Plautij Laterani viri his mors



Ayuntamiento de Madrid

τράχηλον, καὶ πληγεὶς, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν πληγὴν ἀσθενῆ γενομένην ἐπ' ὀλίγον συνεκλυσθεὶς, πάλιν ἐξέτεινεν ἀλλὰ καὶ ἔτι πρότερον, προσιόντι ποτὲ Ἐπαφροδίτῳ τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νέρωνος, καὶ διακρίνοντι αὐτὸν ὑπὲρ τῆς συγκινήσεως, ὅτι θέλω, φησὶν, ἐρῶ τῷ κυρίῳ. *O excelſum animum! & ſupra omnem hanc terrenam ſortem.*

Cum Pompeia Paullina *Quam nobiliſſimam fœminam Dio appellat, filiam fortean Pompeij Paullini, qui ſuprà Conſularis dicitur, & vectigalibus publicis præpoſitus.* Vxor Senecæ nobilis.

PAG. 480. Nec ſibi promptum in adulationes ingenium. *Ipſe ait ſe ad Neronem:* Non blandiar auribus tuis. nec enim mihi hic mos eſt. Maluerim veris offendere, quàm placere adulando. Seneca ab adulando aduerſus.

Nulla pauoris ſigna, nihil triſte in vultu aut verbis. *Lege hæc cum ſequentibus: & admitte, ſodes, calumnias Dionis.*

PAG. 482. Venenum, quo damnati publico Athenienſium iudicio. *Cicuta.*

Libare ſe liquorem illum Ioui liberatori. *Ita Thraſeas moriturus,* Libemus, inquit, Ioui liberatori. *Cauſſa viris magnis, huius in ſupremis ioci, à more Græciæ, qui diſceſſuri è conuiuio libabant Ioui Seruatori: ſic iſti è vita, Ioui Liberatori. Athenæus lib. XV. in fragmento quod Caſaubonus olim amicus noſter publicauit:* τοῦ δὲ μετὰ δεῖπνον κεκερασμένου πρώτου προσδιδομένου ποτηρίου Διὸς Σωτῆρος ἐπιλέγουσι. *Suidas.* ἔθος εἶχον οἱ παλαιοὶ, μετὰ τὸ δεῖπνον πίνειν ἀγαθοῦ δαίμονος, ὅπερ φασὶ τὰς ἄκρατον, καὶ τοῦτο λέγεσθαι ἀγαθοῦ δαίμονος. ἄλλοι δὲ φασὶ τὸ πρῶτον ποτήριον οὕτω λέγεσθαι, χωρίζεσθαι δὲ μέλλοντες, Διὸς Σωτῆρος. Mos libandi Ioui Seruatori.

PAG. 483. Renitens Sceuinus. *Imò,* renidens. *& ſtatim:* redderet iam bono Principi vicem.



Ayuntamiento de Madrid

Sacramentũ, ſub principibus, militum.

Quibus de cauſſis ad obliuionem ſacramenti proceſſiſſet. *Non temerè ſacramenti mentio. Nam milites ſub Impp. ante omnia iurabant in principis ſalutem. Pulchrè Arrianus, lib. I. cap. XIV.* τῷ θεῷ ἔδει καὶ ὑμᾶς ὀμνύειν ὅρκον, οἷον οἱ στρατιῶται τῷ Καίσαρι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν τὴν μισθοφορίαν λαμβάνοντες ὀμνύουσι πάντων προτιμήσειν τὴν τοῦ Καίσαρος σωτηρίαν. *Id eſt.* Deo præſtandum nobis iuſiurandum eſt, quale militibus, Cæſari. At illi mercede accepta iurant rebus omnibus ſe præpoſituros ſalutem Cæſaris. *Tertullianus alluſit doctè, vt ſolet, De corona militis, vbi diſſuadet Chriſtiano militiã.* Credimúſne humanum ſacramentum diuino ſuperduci licere? & in alium dominum reſpondere poſt Chriſtum? & eierare patrem ac matrem & omnem proximum, quos & lex honorari præcepit? *Nam expreßit propemodum formulam ipſam quam attentus lector hauriet è Suetonij Calig. cap.* XV. De ſororibus auctor fuit vt omnibus ſacramentis adiiceretur, Neque me liberóſque meos cariores habeo, quàm Caium & ſorores eius. *Vbi ſimile-dictum aio*, habebo. *Quod iuramentum Dio etiam communicare cum Senatoribus videtur, in acta iurantibus anno nouo, de ipſo Caio, lib.* LIX περὶ δὲ τοῦ Αὐγούστου τῷ τε Γαΐου τά τε ἄλλα ὥσπερ εἴθιστο, καὶ ἔτι κἀκ τῶν αὐτῶν καὶ τῶν τέκνων, καὶ ἐκεῖνον καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσειν ὤμοσαν. *Appoſite ergo id. Nero a milite quærit, cur oblitus ſacramenti, perditum ire voluerit eum cuius ſalutem iurauerat.*

Ei ſalus principis iurat.

Milites iurant omnia omneſque poſt habituros principi.

Formulæ iuramenti eius pars.

Et incorruptos, & validos. *Aſſentior Rhenano,* incorruptos, ſed validos.

Tribuni milites ipſi puniunt.

PAG. 482 Pœna Flauij Veianio Nigro Tribuno mandatur. *Tribuni ergo interdum ſupplicium ipſi manu ſua ſumebant. Vti ſuprà hocce libro Lateranus* manu Statij Tribuni trucidatus. *cuius caput*

inciſum

Ayuntamiento de Madrid

...iſum eſſe ex *Arriano didicimus. Et lib.* XI. *Meſ-ſalina,* ictu Tribuni tranſigitur. *Notari volo, nam ...ias, Speculatores ferè ad ſupplicia ſumenda deſtinati: non inſignes milites.*

Sed plerumque Speculatores.

Admonitus fortiter protendere ceruicem. *Habitum hunc eorum qui gladio feriendi, deſcribit Panegyriſtes in* **Theodoſij** *Laudatione:* poplitem flectere, ceruicem extendere ad plagam fortaſſe nõ vnam. *Quod ſupplicij genus tamen ignotum reipub. * priſcæ etiam in militia. Ideò Lucanus,*

Gladij pœna, quando inducta.

—nondum artis erat caput enſe rotare.

*Cæpit ſub * Imp. ſtatimque in creberrimo vſu. A militia cœpiſſe credo, & in militis primò atque militibus vſurpatum. Sueton. Calig. cap.* XXXII. Miles decollandi artifex, quibuſcunque è cuſtodia capita amputabat. *Seneca, de ira, lib.* I. *cap.* XVI. Damnatus extra vallum deductus eſt, & iam ceruicem porrigebat: cùm ſubitò apparuit ille commilito qui occiſus videbatur. Tunc Centurio ſupplicio præpoſitus condere gladium ſpeculatorem iubet. *Et exempla obuia poſt Auguſtum. Honeſtior autem pœna gladij, quàm ſecuris, ab eaque mente illam Antonini Caracallæ vocem capio, cùm ſecuri Paſſianus occiſus eſſet,* Gladio te exequi oportuit meum iuſſum. *Xenophon eleganter de Cyri expeditione. libro ſecundo extremo: de cæde Menonis Theſſali.* μετὰ δὲ τὸν τῶν ἄλλων θάνατον στρατηγῶν τιμωρηθεὶς ὑπὸ βασιλέως ἀπέθανεν, οὐχ ὥσπερ Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ, ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς, ὅπερ κάλλιστον θανάτου ἐδόκει εἶναι, ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἐνιαυτὸν, ὡς πονηρὸς, λέγεται τελευτῆς τυχεῖν. *Id eſt:* Poſt aliorum Prætorum cædem, damnatus à rege interiit. Non vt Clearchus aliíque duces, capite à ceruí-

* Eius enim loco ſecuris. Imò in militia etiam ante, vt apparet ex Illeij Com. de bello Africo & Hiſpan. vbi aliquoties, militibus ceruices inciſæ leguntur.

Gladij pœna honeſtiſſima.

Etiam apud Græcos.

cibus ablato (quod pulcherrimum mortis genus eſſe cenſetur) ſed annum totum variis contumeliis cruciatibúſque affectus, vt ſceleratus quiſpiam, tandem obiit.

Seſquiplaga interfectum. *Caligulæ præceptum, Ita feri, vt mori ſe ſentiat.*

Non aliter tot flagitiis eius ſubueniri poſſe. *Legi voluit, obueniri, optimus & doctiſsimus F[illegible] interpretatus que reſiſti, & obuiam iri. Probabili coniectura fidem demit Suetonius, qui ad hæc ipſa verba reſpiciens ſcripſit, cap.* XXXVII. Cùm quidam crimen vltro faterentur, nonnulli etiam [illegible] putarent, tanquam aliter illi non poſſent [illegible] morte ſuccurrere, dedecorato flagitiis omnibus. *Sententia ergo animoſior tenenda, ex Suetonii ſcripto & interpretatione, videtur.*

Retenta vulgata lectio contra virũ doctum.

Ille ferociam amici metuit. *Haud dubiè, animi*

Pag. 485. Statiliam Meſſallinam. *Quæ poſt Neroni vxor. Sueton. cap.* XXXV.

Decoráque ſeruitia, & pari ætate habebat. *Exſtant Pædagogia deſcribi: id eſt, cœtum elegantium puerorum, quos compoſita veſte, facie, capillis, [illegible] blicè habebãt: & plerumque vna ætate. Seneca epiſt.* XCVI. Tranſeo agmina exoletorum, per nationes coloréſque deſcripta, vt eadem omnibus [illegible] uitas ſit, eadem primæ menſura lanuginis, eadem ſpecies capillorum. *Iulianus in Antiocheno: [illegible]* [illegible] σα, καὶ παῖδας ἤγειτο καλὰς, εἰς οὓς ἀποβλέπουσι οἱ πολῖται. *Hi pueri plerumque ad illicita domini. Suetonius Ner. cap.* XXVIII. Super ingenuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus. *Pædagogia enim non culpat, ſed quòd ex ingenuis. Tertullianus Apol.* Cùm de pædagogiis aulicis neſcio quem cinædum (*Antinoum intellegit*) Deum fecit.

Pædagogia veterum.

Pari formæ, & ætate.

Ad delicias.

Ayuntamiento de Madrid

citis. *Plinius* XXXIII. Iam verò & pædagogia ad tranſitum virilitatis cuſtodiantur argento. *quod de fibula argentea excudio, Vetere audendo. Idem in veſte pretioſa. Seneca de vita beata, cap.* XVII. Quare pædagogium pretioſa veſte ſuccingitur? *Imo aurata. Idem de Tranquillitate, cap.* I. Præſtringit animum apparatus alicuius pædagogij, diligentius quam intra priuatum larem veſtita & auro culta mancipia, & agmen ſeruorum nitentium. *Ammianus lib.* XXVI. Tunica auro diſtincta, vt regius miniſter, indutus, à calce in pubem in pædagogiani pueri ſpeciem. *Nec aliud ſenſi, cum de auro Ammianus ſcripſit:* Honeſtius viri pædagogus quidamus, balneáſque diues puerorũ forma conuertit. *neſcio an*, conueſtit. *Seneca de puerorum illorum delicijs, epiſt.* CXXIV. Omnium pædagogia oblita facie vehuntur, ne ſol, ne frigus teneram cutem lædat. Turpe eſt neminem eſſe in comitatu puerorum, cuius ſana facies medicamentum deſideret. *Vides ergo vbique pædagogia pro cætu & quaſi collegio puerorum. pro loco non accipio, nec apud Plinium quidem lib.* VII. *epiſt.* Puer in pædagogio mixtus pluribus dormiebat. *reſcr. Lege:* Puer è pædagogio. *Intellegit enim puerum pædagogianum.* *Ammianus lib.* XXIX. Adultus quidam ex his quos pædagogianos appellant, ad obſeruandam venaticiam prædam, Spartanum canem retinere diſpoſitus. *Res nomenque in parte manſit, apud Pagios Gallorum, Italorúmque.*

Preti oſo amictu.

Imò aurato.

Pædagogiani pueri.

Pædagogium pro cœtu, non loco.

Plinij leuicula correctio.

Pueri noſtri, quos Paigios vocamus, oriundi inde. Vulgò alios verſus recenſent.

Verſus ipſos retulit. *Sunt haud dubie iſti,*

Scinditur adultus: nec ſicut vulnere ſanguis
Emicuit lentus, ruptis cadit vndique venis.
Diſcurſúſque animæ diverſa in membra meantis
Interceptus aquis.



Ayuntamiento de Madrid

Locus fractus.

Fortaſſe ſanatus.

Muſonius pulſus Roma.

Quis Verginius iſte, incertum.

PAG. 486. Verginium Rufum claritudo nominis expulit. Nam Verginius ſtudia iuuenum eloquentia, Muſonius præceptis ſapientiæ fouebat. *Mancus locus: cenſeóque, immiſſa voce legend. Verginium & Muſonium Rufum. Ecce enim de Muſonio cauſſam ſtatim ſubiicit eius pulſi: & Dio narrata coniuratione, Ῥοῦφος μέντοι Μουσώνιος, inquit, ὁ φιλόσοφος ἐπὶ τούτοις ἐφυγαδεύθη. Sed Verginius iſte quis ſit, animi pendeo. Non enim ille, opinor, illuſtris. de cuius exſilio non apud Tacitum, non apud Plinium vſquam lectum. Et quomodo potuit? qui Germaniæ & legionibus præfuit hiſce ipſis annis!*

Cæſonius, quis & Martialis præter interpretum mentem explicatus.

PAG. 487. Cæſenius Maximus. *Scrib.* Cæſonius, *& Martiali ab iſta hiſtoria fœneranda lux, lib.* VII. *ad Ouidium quendam:*

Maximus ille tuus, Ouidi, Cæſonius hic eſt,
Cuius adhuc vultum viuida cera tenet.
Hunc Nero damnauit; ſed tu damnare Neronem
Auſus es. & profugi non tua fata, ſequi.
Æquora per Scyllæ magnus comes exſulis iſti,
Qui modo nolueras Conſulis ire comes.
Si victura meis mandantur nomina chartis,
Et fas eſt cineri me ſupereſſe meo:
Audiet hæc præſens venturáque turba, fuiſſe
Illi te, Senecæ quod fuit ille ſuo.

*Vbi diſces & Conſulem fuiſſe hunc Cæſonium, & inter Senecæ amicos. quæ cauſſa certè damnationis.*

Frumentum gratis Prætorianis militibus datum. Auctum à Seuero.

Et Antonino.

Addidítque ſine pretio frumentum, quo antea ex modo annonæ vtebantur. *Suetonius Ner. cap.* X. Conſtituit Prætorianis cohortibus frumentum menſtruum gratuitum. *Seuerus Imp. modum frumenti etiam auxit, de quo Herodianus:* καὶ τὸ σιτηρέσιον αὐτοῖς πρῶτος ηὔξησε, καὶ δακτυλίοις χρυσοῖς χρῆσθαι ἐπέτρεψε. *tertiúmque Antoninus qui perpetrata cæde Getæ. Idem ſcriptor:* προστίθησι δὲ τοῖς

στρα-

Ayuntamiento de Madrid

...ἄλλο τῆ τελευτῇ ἡμισυ. *id eſt* adiecit, annonæ ſuprà quàm ſoliti accipere, dimidium.

PAG 488 Iunium Gallionem. *Quem Nero ipſe interfecit. Dio.*

Soli cui eſt vetus ædes apud Circum. *De qua Tertullianus libello De Spectaculis.* Solis téplũ in Circo.

Ipſe eum pugionem apud Capitolium ſacrauit. *Ritu veteri & recepto. Suetonius Cal. cap.* XXIIII. Tres gladios in necem ſuam præparatos, Marti vltori, addito elogio, conſecrauit. *idem Vitellio, cap.* X. Pugionem quo ſe Otho occiderat, in Agrippinenſem coloniam miſit Marti dedicandum. *Dio in Antonino Caracalla:* καὶ τὸ ξίφος, δι' οὗ τὸν ἀδελφὸν ἀπεκτόνει, ἀναθεῖναι τῷ θεῷ ἐτόλμησε. *Sed & apud Græcos. Olympias* gladium quo rex (*Philippus*) percuſſus erat, Apollini ſub nomine Myrtales conſecrauit. *ait Iuſtinus, Tertullianus pulchrè de Reſurrect. carnis:* Gladui bene de bello cruentati, & melior homicidas laudem ſuam conſecratione penſabit. Pugiones gladiique ſacrari ſoliti. Etiam apud Græcos.

PAG 489 Quod ad omina olim ſui exitus verteretur. *Liquida apertaq; ſententia. Olim, tantum ſignificatione futuris: quod pueris non ignotum. At noſtri Critici ex Budenſi codice,* quod clam ad omen dolum, *legunt, non ſine meo riſu.* Error Vertranij & Rhenani.

Nam deûm honor principi non antè habetur, quàm agere inter homines deſierit. *Tertullianus pulchrè & appoſitè huic rei:* Si non de mendacio erubeſcit eiuſmodi adulatio, hominem deum appellando: timeat ſaltem de infauſto. Maledictum eſt, ante Apotheoſin, deum Cæſarem nuncupare. Principes in viuis, numquam Diui dicti.

IVSTI

Ayuntamiento de Madrid

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM XVI.
## ANNALIVM
### COMMENTARIVS.

PAG. 490. Vox addita Tacito.

ORATORIBVSQVE præcipua materia. *Vatic.* ab aratoribus oratoribúſque. *Legerim*, ac rhetoribus oratoribúſque: *vel*, ac vatibus oratoribúſque. *Certè*, & *vates* & *oratores*, *Muſico illo agone certaſſe ſcimus.*

Luſtrale certamen idem cum Quinquennali.

PAG. 491. Propinquo iam luſtrali certamine. *Siue Quinquennali. Quod ante de eo dixit, κατ' ἀναλ[illegible] eſt, & per occaſionem. At nunc ſeriò de eo re[illegible] ta.*

Emendatio probabilis in Tacito.

Si æquum aduerſus æmulos. *Perplacet emendatio mihi nata iam nunc*, Séque vnum aduerſum æm. *Scio, & peruiv.*

Hiſtrionia verba in præfando.

Principium, in Suetonio.

Flexus genu, & cœtum illum manu veneratus. *Imò & ſolennia hiſtrionum verba hæc pronunciauit* κύριοί μου εὐμενῶς μου ἀκούσατε, Domini mei, audite me libenter. *Ex quo intelliges quid Principium apud Suetonium ſit Neron. cap. XXI.* Vtque conſtitit peracto principio, Nioben ſe cantaturum per Cluuium Rufum pronunciauit. *Auſpicatio ſcilicet illud exhibitionis, emerendi fauoris ergo & principia quædam, legitima carminis, aliis oratorum. De adoratione manu, dixi ad lib. I. Hiſtor..*

Plebs

Plebs perſonabat certis modis, plauſuque compoſito. *Aes enim, ſi dis placet, vetuſtiores: acclamandi, & plaudendi. itaque addit,* cùm manibus pectus fatiſcerent, turbarent gnaros. *In edicto Theoderici regis ad populum Rom. lib. 1. Variar. Caſſiodori:* Soleris aëra ipſum mellifluis implere clamoribus, & vno ſono dicere quod ipſas quoque ſiluas delectet audire. profertis voces organo dulciores, & ita ſub quadam harmonia citharæ concauum theatrum per vos reſonat, vt tonos poſſit quilibet credere, quàm clamores. *Modulatum hunc clamorem, concentum appellat Plinius in Panegyrico:* Et populus quidem Rom. dilectum principum ſeruat, quantoque paulo antè concentu formoſum alium, hunc fortiſsimum perſonat. *Di. ἀδοῦθεως ἐκα..., in Pertinace* ὥστε τε εἰώθεσαν ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ τῇ τῆς Κωμωδίας ... ἀδόμενα πως ἐκβοᾶν, ταῦτα τότε μετασχηματίζοντες ἐς τὸ γελοῖό τα τῶν ἔνδοι. *Vide quædam huius rei ad 1. Histor.*

Acclamatio plauſúſque ex arte.

Quiritiū cōpoſitæ modulatæque voces.

Concentus.

PAG. 492. Veſpaſianum à Phœbo liberto increpitum. *Libertus admiſſionum fuit, ex Suet. Veſpaſ. cap.* XIIII. *De eo lapis.*

TI. CLAVDIO. AVG. L.
PHOEBO
CLAVDIA PANAVTYCHIS.

Phœbus libertus.

Differtum odoribus conditur. *Plinius de Arabia:* Periti rerum adfirmant non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps nouiſsimo Poppææ ſuæ die concremauerit.

Odoratus Poppææ rogus.

PAG. 493. L. Silanus. *Suſpectum eum fuiſſe, cui poſteà ſtatua in foro poſita curante Capitone. Qua de re Plinij epiſtola tota, libro 1. ad Cornelium Titianum.*

L. Silanus.

Titulus imaginis.

Duci partium. *Buſlidianus codex,* Dux, *non male. De*

*tilia*

Ayuntamiento de Madrid

*titulis imaginum ſcripſit in Electis, cap.* XXII.

Ac vt memoria tantum. *Lego*, ac ne.

Præruptus animo. Animo præruptum. *Non*, promptum: *ex Vatic. no. Præruptus, vti Præfractus, de iis qui rigidæ frenique audacia ſunt. Ita Ciceroni pro Roſcio*, Prorupta audacia, *dicta*.

Tertullinus. Vulcatius Tullinus. *Credo*. Tertullinus: *ſupereuxitque ad principatum Veſpaſiani. lib.* IIII. *Hiſtor.* Vulcatius Tertullinus tribunus plebei interceſſit.

Marcellus Cornelius. Marcellus Cornelius. *Quem Galba deinde interfecit. Lib.* I. *Hiſtor.* Quam gloriam ad principium attulit, niſi occiſi Obultronij Sabini, & Cornelij Marcelli in Hiſpania? *Noto eo, quia Tacitus ipſe admonet, euaſiſſe eos hoc diſcrimen, & Neroni ſuperfuiſſe.*

Plinij cro ſocer. Calpurnius Fabatus eques Ro. *Ille proſocer Plinij Secundi.*

Caſsius iuriſconſultus exulatum. PAG. 494. Deportatusq. in inſulam Sardiniam Caſſius, & * Senatus ius expectabatur. *Vulnus, cui non medeor. De exſilio Caſſij, conuenienter cum Tacito Pomponius De orig. iuris:* Caius Caſſius Lōginus plurimum in ciuitate auctoritatis habuit, donec eum Cæſar (*Nero non Claudius, vti cenſent*) pelleret: expulſuſque ab eo in Sardiniam, reuocatus à Veſpaſiano.

Eius laus. *De eximiis eius ſcientia, noſter lib.* XII. Ea tempeſtate Caſsius ceteros præeminebat peritia legum. *Plinius lib.* VII. *epiſtol.* Lætor quod domus C. Caſſij, huius qui Caſsianæ ſcholæ princeps & parens fuit, ſeruiet domino non minori.

PAG 495. Conſulatus ſui quondam collegam. *Primo imperij eius anno.*

Mors ſuo arbitrio. Et Nero interceſsit, mortem ſine arbitrio permittens. *Clariſſimus Faber his huncce locū attigit. Primò ei viſum legere*, mortem libero arbitrio:

*ſed*

*poſt maluit*, ſuo arbitrio. *Quod poſtremum magni viri effatum iure placet: magis tamen meum*, mortem ſine arbitro. *Et ad eueram eam Coraciÿ ſcr. ptu... eſſe. Mors ſine arbitro, libera, ſine domino, ſine iudice. Simile. lib. 1. Ann.* An præmia ſub dominis pœnas ſine arbitro eſſe? Poſt Fabrũ noſtra diuinatio. Mors ſine arbitro.

PAG. 496. Locus in theatro viatores Tribunicios. *Qui ſpectaſſe videntur non adiuncto Tribunis loco, vti ad obſequia apparere poſſent. Idcò loco digno.* Via orũ ſeſſio in theatro.

Cladem Lugdunenſem quadragies ſeſtertio ſolatus eſt. *Cladem ex incendio conceptam, quod denarrat & deplorat Seneca epiſtola tota* XCI. *Accidit centeſimo anno à colonia deducta, eodem Seneca obſeruante. Vt ſolatium hoc tardè adhibitum à Nerone ſit, ſeptimo poſt incendium anno. Nam deducta Lugdunum à Munatio Planco, anno vrbis* DCCXI. Incendium Lugdunẽſe. Quando. Diu põſt adiuti à Nerone.

PAG. 497. L. Teleſino Cos. *Nomen eſt L. Potius Teleſinus ex Velleio. Laudat vt philoſophum, & inſignem virum plus vno loco Philoſtratus lib.* IIII. & VII. *eundemq́, exſulaſſe ea re ſub Nerone ſcribit.* L. Teleſinus philoſoph9.

Nuntios & conſolationes. *Omnino lego*, conſultationes. *Verbum eius artis. Iuuenalis:* Conſulere, & Conſultatio verbum Chaldæorũ.

——quæ nullum conſulit, & iam
Conſulitur:

*Noſter:* Quæ caritate erga parentem, non tamen aliud conſultauerat, quàm de incolumitate domus. *Paullo antè ſcribo*, multorum amicitiis innexum, *non*, innixum.

PAG. 498. Oſtorius longinquis in agris, apud finem Ligurum, id temporis erat. *Non aſpernabilis fortè coniectura noſtra.* apud Fanum Ligurum. *Is forum, Templum alio nomine dictus. In vita Agricolæ:* Fanũ & templum Liguriæ.

Claſ

Claſsis Othoniana licenter paga dum in Templo (Liguriæ pars eſt) hoſtiliter populatur.

Ciuicam coronam apud Britanniam meritus.

M. Oſtorius. *Filij ergo M. Oſtorij iſte mors. Nam eo libro XII ſcriptum*: Qua pugna filius legati M. Oſtorius ſeruati ciuis decus meruit. *Pater ſanè in ipſa Britannia obijt.*

PAG. 499. Equites Romani, dignitate Senatoria. *Non enim reuera Senatores, ſed opibus ac ſplendore equitis Senatorum pares. Equites illuſtres.*

Quondam Præfectus Prætorij. *Sub Claudio libro XI.*

Breuius pecuniæ iter credebat per procurationes. *Ad quas ſoli equites aut liberti admiſſi.*

De iniquitate exilij. *Operarum culpa. Scribe* exitij.

PAG. 500. Prodiram C. Cæſari coniurationem ab eo meminerant. *Coniurationem Aemilij Lepidi de qua Sueton. & Dio.*

C. Petronij huius Vrneicæ Satyræ.

De C. Petronio. *Quem viri docti enim conſent [illegible] ius fragmenta hodie pur ſimæ impuritatis. Et [illegible] tide in conciſione. In prænomine tantum hæreo quod apud Plinium lib. XXXVII. cap. II Titus eſt, & item Plutarchum in libello* Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου. *Loqui eos de hoc eodem, ex indicio [illegible]*

Prænomē eius anceps.

*Plinij verba*, Titus Petronius Conſularis moriturus, inuidia Neronis Principis, vt menſam eius exheredaret, trullam murrhinam CCC HS emptam fregit. *Plutarchi*: ἡ τὸν ἄσωτον καὶ πολυτελῆ εἰς μικρολογίαν καὶ ῥυπαρίαν ὀνειδίζωσιν, ὥσπερ Νέρωνα Τίτος Πετρώνιος.

Antipodes Romæ, quibus dies pro nocte.

Illi dies per ſomnum, nox officiis & oblectamentis vitæ tranſigebantur. *Vide verum hunc Antipodem, vt Latini appellant. Dies noſter, illi nox erat: & nox, pro die. Palam eſt animo iſtos homines*

Ayuntamiento de Madrid

ri perverſos Seneca deſcribit & culpat. epiſt. CXXIII. Lucet? ſomni tempus. Quies eſt (pro nocte, Quietem dixit atque ita locum interpretor ac diſtinguo) nunc exerceamur, nunc geſtemur, nunc prandeamus. Iam lux propius accedit? Tempus eſt cœnæ. Ac plura ibi de lucifugis illis vide.

Senecæ aliqua lux.

PAG. 501. Thraſea Pæto. Cuius gentile nomen adhuc quæro. Nam Dio P. Thraſeam Pætum ſaltem appellat. Marmor vetus ſuadet Valerium fuiſſe. C. DOMITIO. DEXTRO. II. L. VALERIO. MESSALLA. THRASIA. PRISCO. COS. Quod etſi de alio: ex cognomine tamen ſuſpicemur de gente. Thraſeas hic admirator vnicus Catonis, de cuius vita librum ſcripſit, indicante Plutarcho. Laudes eius ſparſæ in Tacito, Arriano, Dione: ſed ante alia egregium elogium de illo ipſius Neronis, in Plutarchi libello πολιτικῶν παραγγελμάτων. Ait: Νέρων ὀλίγον ἔμπροσθεν ἢ κτεῖναι τὸν Θρασέαν μάλιστα μισῶν καὶ φοβούμενος, ὅμως ἐγκαλοῦντός τινος ὡς κακῶς κεκριμένου καὶ ἀδίκως, Ἐβουλόμην ἄν, ἔφη, Θρασέαν οὕτως ἐμὲ φιλεῖν, ὡς δικαστής ἄριστός ἐστιν. Salue, ô ſalue vir magne, & inter Romanos ſapientes ſanctum mihi nomen. Tu nouum decus Gallicæ gentis: tu ornamentum Romanæ curiæ: tu aureum ſidus tenebroſi illius æui. Tua inter homines, non hominis vita: noua probitas, conſtantia, grauitas: & vitæ mortiſque æquabilis tenor.

De nomine Thraſeæ quæſitum.

Laudes eius.

PAG. 502. Ludis Cæſticis à Troiano Antenore inſtitutis. Quid Cæſtibus cum cantu? Ceciniſſe enim hic dicitur Thraſeas, non pugnaſſe: & à Dione τραγῳδίαν ὑποκρινάμενος ἐν Πατανίῳ τῇ πατρίδι. ita enim ſcribend. (Pataninus quia Thraſeas) non ποταμίᾳ. Sed crediderim, vt fit, tempore auctiores ornatioreſque eos ludos factos, & ad cæſtus ſcenica etiam certamina adiecta. Turbat nos tamen & moratur Vatic. qui, cetaſtis, refert. Scriptura, de qua nihil hiſcam.

Ludi Cæſtici ab Antenore.

Dio correctus.



Ayuntamiento de Madrid

*Apud Liuium lib. x. nauale certamen annuum* [illegible] *Patauij: ſed nihil ad iſtud. Agon item Drepani*[illegible] *nus, apud Sidonium in Abitaco ſuo, ad exempl*[illegible] *Troianæ ſuperſtitionis, pariter nihil iſtuc. Di*[illegible] *tantum monet, fuiſſe ἑορτὴν τριακονταετηρίδα, tri*[illegible] *cenna eſpectaculum.*

Iuſiurãdum in acta Principum.

Principio anni vitare Thraſeam ſollenne iu[illegible] iurandum. *Cuius multa memoria in Tacito, al*[illegible] *Ideò exponam. Libera re Romana non iuratum* [illegible] *in cuiuſquam acta. iuratum in leges quidem: ſed ad*[illegible] *finito magiſtratu vocari poterant ad diſquiſiti*[illegible] *Senatus Is probabat, aut reſcindebat. Primi Triũuir*[illegible]

Quã originẽ habuerit.

*niſi fuêre, Calendis Ianuariis & ipſi iurarũt, &* [illegible] *adegerunt, rata ſe habituros omnia acta Diui Iulij. Inde ſecutis principibus exemplum. Dio* [illegible] *lib. XLVII.* ἔν τε τῇ πρώτῃ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ αὐτοί τε ὤμοσαν, καὶ τοὺς ἄλλους ὥρκωσαν βέβαια νομιεῖν πάντα τὰ ὑπ' ἐκείνου γενόμενα· καὶ τοῦτο καὶ νῦν ἐπὶ [illegible] τοῖς τὸ κράτος ἴσχουσιν, ἢ καὶ ἐπ' αὐτοῦ ποτε γενομένοις, καὶ μὴ ἀτιμωθεῖσι γίγνεται. *id eſt:* Kalen[illegible] autem noui anni, & ipſi Triumuiri iurarunt, alios iurare coegerunt, omnia acta Iulij rata habituros. Quod & nunc vſurpatur in omnib[illegible] qui aut tenent imperium aut tenuerunt, niſi fo[illegible] tè infamia ignominiaq. publicè notati ſint. *accidit ſub annum vrbis* DCCXII. *Factum idem* [illegible] *no Auguſto, de quo idem Græcus lib* LIII. ἐν δ' [illegible] νουμηνίᾳ ὅρκοις ἡ βουλὴ βεβαιοῦσα τὰς πράξεις αὐτοῦ ἐποιήσατο. *Idq; iuramentum ſemper abuſque Diuo I*[illegible] *lio repertitum ad principem eius anni. Tacitus i*[illegible]

A Iulio vſque iurabãt. Iurabant in acta omniũ ſupp. exceptis peſſimis

Huiuſdem animi eſt Poppæam diuam non creder[illegible] cuius in acta Diui Iulij & Auguſti non iurar[illegible] *Non tamen quis ſceleribus & flagitiis aliter* [illegible] *ruiſſet. Dio lib* LX. *de Caio:* καὶ διὰ ταῦτα τὸ μὲν [illegible]

Ayuntamiento de Madrid

καὶ αὐτοῦ ἐκ ἔστιν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν αὐτοκρατόρων, ὧν μνήμην ἐπὶ τοῖς ὅρκοις καὶ ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς ποιούμεθα, ὥσπερ οὐδὲ τὸ τοῦ Τιβερίου *id eſt*: Ob eas cauſſas non eſt Caii nomen in catalogo albóque Principum, quorum mentionem facimus in iuramentis votiſque, vti nec Tiberij. *Iuratum verò non viritim, ſed vno aliquo ex quoque magiſtratu verba præeunte, reliquis aſſentibus. Quem morem Senatus, adulatione noua, tranſgreſſus eſt ſub Tiberio, vt narrat idem Dio* LVIII. νομιζομένου συχνὸν χρόνον ἤδη μηκέτι κατ᾽ ἄνδρα τὴν βουλὴν ἐν τῇ νουμηνίᾳ ὀμνύναι, ἀλλ᾽ ἑνὸς, ὥσπερ εἴρηταί μοι, προσομνύοντος, καὶ τοὺς λοιποὺς συνεπαινεῖν, οὐκ ἐποίησαν αὐτὸ, ἀλλ᾽ αὐτεπάγγελτοι μηδενὸς σφᾶς ἀναγκάσαντος, ἰδίᾳ καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ἕκαστος ἀπώμοσαν, ὥσπερ τι παρὰ τοῦτο μᾶλλον εὐορκήσοντες. *Sed præiurationem Claudius iterum reduxit, explicatq́; Dio lib.* vltimo: Κλαύδιος δὲ αὐτὸς μὲν πάντα ἐθισμένα διώμοσε, τοὺς δ᾽ ἄλλους ἐκώλυσε κατ᾽ ἄνδρα ὀμόσαι, καὶ οὕτως εἷς τις τῶν στρατηγησάντων, ὥσπερ ποτὲ καὶ ἕτερος τῶν δημαρχηκότων, ἀπό τε τῶν ἄλλων ὡς ἑκάστων εἰς ἐξῆρχε τῶν ὅρκων τοῖς ὁμοίοις. καὶ τοῦτο ἐπὶ πλείω ἔτη ἐπράχθη. *Quam tamen abrogatam denuo eſſe, & redi itaque ad ſingularia iuramenta, indicio ſunt hîc & poſteà Thraſeæ obijciuntur. Et Dionis ſanè verba ſatis oſtendunt, in aliquot annos dumtaxat id ſeruatum.*

Non viritim ſed vnus ex quoque magiſtratu.

Id poſteà tamē mutatū.

Nuncupationibus votorum non adeſſe. *De quibus lib.* IV. *Annal* Pontifices eorúmque exemplo ceteri ſacerdotes cùm pro incolumitate Principis vota ſuſciperent. *Sueton. Neron. cap.* XLVI. Votorum nuncupatione, magna iam ordinum frequentia, vix repertæ Capitolij claues. *Ea vota in tabulis concipi ſolita, & ſigna*[illegible]. *Suetonius Auguſt cap.* XCVII. Nam ſe quanquam conſcriptis

Sacerdotes vota concipiebant pro ſalute principis.

Obſignabātur ea vota in tabulis.



Ayuntamiento de Madrid

paratiſque iam tabulis, negauit ſuſcepturum vota, quæ non eſſet ſoluturus. *Plinius ad Traianum*: Solennia vota pro incolumitate tua, qua ſalus publica continetur, & ſuſcepimus & ſoluimus precati deos, vt velint ea ſemper ſolui, ſemperque ſignari. *Concepta non Kalendis ipſis, ſed III. Nonas, Plutarchus in Cicerone*: τὴν θυσίαν [illegible] λέγουσι, ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται καὶ θύουσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος. *Capitolinus in Pertinace*: Tertio Nonarum die, Votis ipſis. *Concepta & in caſtris apud ſigna, & in Capitolio Tertullianus de Corona*: Ecce annua votorum nuncupatio, quid videtur? Prima in principiis, ſecunda in Capitoliis. Accipe poſt loca, & verba. Hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vouem is eſſe futurum. *Vbi & formulæ pars, in qua tamen corrigo*, eſſe * facturum. *Eſt enim eo exemplo dictum, quo illud Gracchi*: Credo ego inimicos meos hoc dicturum. *Dies hic publicè læta, id eo, quia* Ælius Cæſar Votorum cauſſa ab Hadriano ingeri eſſe vetitus. *Eundem etiam * Sollennia ἁπλῶς appellarunt. Quod obſeruo ex Tertulliani his verbis*: Veræ religionis homines etiam Sollennia Imperatorum conſcientia potius, quàm laſciuia celebrant. Grande videlicet officium focos & choros (*in foro an, thoros, vt ad lectiſternia referatur*) in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu abolefacere. Hæccine ſollennes dies principum decent, quæ alios dies non decent? O nos merito damnandos! Cur enim Vota & gaudia Cæſarum caſti & ſobrij & probi expungimus?

Quis dies votorum.

Vbi concepta.

Tertullianus correctus

* Ita porta vetus: *Mar- ſibi vouet facturum bi- [partly illegible]*

Sollennia, idem quod Vota.

* Et Plinius ſupra, Sollennia vota.

Coniectura in Tertulliano.

Pag. 503. Huic vni incolumitas tua ſine artes ſine honore. *Curatio abeſſe vocem, quam Voluntati Cornelio reddo*: incolumitas tua ſine cura, artes ſine hono

Vox addita. Tacito.

Ayuntamiento de Madrid

honore. *Prius membrum, ad nuncupationem omiſſam votorum ſpectat, quæ pro incolumitate Principis: alterum ad id, quod nunquam immolarit pro cæleſti voce.*

Curatius leguntur. *Ita reſtitui, confuſione librorum motus, qui ad vocem ignobiliorem adhæſerant. Itaque,* Curiatium, *aut* Curantium, *ferè legas. At illa ante Tacitum Salluſtius,* Curatiſſimè accepit. *& Ammianus:* Domicilia cuncta curatius ritu Romano inſtructa. *Noſter lib.* XIII. Ludos curatius editos.

Curatius, vt accuratius.

Illa ſecta Tuberones & Fauonios, veteri quoque reip. ingrata nomina genuit. *Stoicorum ſectam, vitium hoc hominis culpat, & qui eam ſecuti. Tuberonem intellegit Q. Aelium, qui in epulo publico hœdinis pellibus ſtrauit lectos Punicanos, & vaſa Samia expoſuit. Cicero, Valerius, aliique. Agellius lib.* I. Tubero iuris ciuilis antiſtes, & Stoicæ doctrinæ ſectator. *Id ille eſt, qui Lucullum Xerxem togatum appellitabat. Plutarcho memorante. Fauonius eſt, Catonis ille ſimia, de quo Sueton. Aug. cap.* XIII *& Valer. Maxim. in lib.* II. *cap. vlt. Plutarchus in Bruto. Vidi tamen qui,* Fannios, *hic reponeret, imperitè.*

Aelius Tubero Stoicus.

Fauonius, item Stoicus.

Oſtorius Sabinus. *Murant libri. Alij,* ſibi Torius, *Vatic.* Subitorius. *Flexit me vt Oſtorius ſcriberem locus infrà, de hoc ipſo:* Oſtorio duodecies, & Quæſtoria inſignia tribuuntur.

Oſtorius Sabinus.

PAG. 504. Inultam omiſerat. *Vatic. Malè vulgò,* inuitam.

Exterritum Thraſeam ſenſiſſe. *Sententia meâ malim,* ſcripſiſſe.

Secretum circumdare. *Benè mei libri, præ quod vulgò,* otium dare.

PAG. 505. Supereſſe qui forſitan manus iſdúſque * per immanitatem Auguſti. *Animam agenti loco aquam ſic aſſundam. Mittam* vſque pereunt. Imma

Conatus emendandi loci vitioſiſſimi.



Ayuntamiento de Madrid

nitatem Auguſti etiam bonos metu ſequi.

Senatui quem perornauiſſet. *Puto leg.* quem ſemper ornauiſſet.

Quæſtor Principis.

PAG. 506. Oratio principis per Quæſtorem eius audita eſt. *Non enim cuilibet e Quæſtorum collegio id munus, ſed Candidatu principis l. 1. De offic. Quæſtoru. Ideo Tacitus expreſſim,* Quæſtorem eius. *Et in lapidibus aliquoties,* QVAESTOR. AVG. *Reliqua ad hunc ritum trita.*

Orationes Cæſaris recitabat.

Etenim quid mirum è longinquis prouinciis aduenire. *Diuinabam,* haud veniri, *nec tamen ſententia plenè conſultum. Melius ſic:* quid mirum in longinquis prouinciis ſubueniri. *vel,* prouinciis aduerti.

Diuinatio in Tacito.

Paconium Agrippinum paterni in principem odij heredem. *Hic ille Agrippinus è Stoica domo, laudatus Epicteto & Arriano. Quorũ verba ad hanc hiſtoriam dabo. Epicteti Electis:* Διὰ τοῦτο ἐπαινῶ Ἀγριππῖνον δίκαιον, ὅτι πλείστου ἄξιος ἀνὴρ γενόμενος, οὐδέποτε ἐπῄνεσεν ἑαυτὸν, ἀλλ' εἰ καὶ ἄλλος τις αὐτὸν ἐπῄνει, ἠρυθρία. *& ſtatim:* καὶ ποτε μέλλοντι ἀριστήσειν αὐτῷ, ἐπέστησεν ὁ λέγων, ὅτι φεύγειν αὐτὸν κελεύει Νέρων· καὶ ὃς ἔφη, οὐκ οὖν ἐκεῖ ἐν Ἀρικίᾳ ἀριστήσομεν. *Arrianus lib. 1. cap. 1.* ἀπηγγέλθη αὐτῷ, ὅτι κρίνῃ ἐν συγκλήτῳ. ἀγαθῇ τύχῃ. ἀλλ' ἦλθεν ἡ πέμπτη. ταύτῃ δ' εἰώθει γυμνασάμενος ψυχρολουτρεῖν. ἀπέλθωμεν, καὶ γυμνασθῶμεν. γυμνασαμένῳ λέγει τις αὐτῷ, ἐλθὼν ὅτι κατακέκρισαι, φυγῇ, φησὶν, ἢ θανάτῳ; φυγῇ. ὑπάρχοντα τί; οὐκ ἀφῃρέθη. εἰς Ἀρικίαν οὖν ἀπελθόντες ἀριστήσωμεν. *id eſt.* Nunciatum ei, quòd iudicium de eo fieret in Senatu. Bonum factum, inquit. At enim quinta hora iam aduenit (*non,* Dies, *vt interpres ad ritum veterem ſeruantè.*) qua exerceri ſolet, & frigida lauari. Eamus, ait, & exerceamus. Exercitauit ſuperu...

Agrippinus philoſoph. iudicatus.

Mira cõſtantia hominis.

Ayuntamiento de Madrid

qui diceret, Fuge ocius, damnatus es. Exſilio, inquit, an morte? Exſilio. Bona autem quid? Non ablata tibi. Ariciam ergo euntes, iſtic prandeamus. *Tacito iſta lucem dabunt, dum paullo inferius ait, pulſum eum Italia. Sed cur Marcellus* partem odij in principes hæredem. *Agrippinum calumniatu? Propter patrem eius Paconium, qui maieſtatis reus ſub Tiberio periit. Eruo è Suetonij Tiber. capite* LXI. Interrogatum cū à quodā nano aſtāte menſæ inter Copreas (*ita leg. non* Capreas) cur Paconius maieſtatis reus tamdiu viueret? ſtatim quidem petulantiam linguæ obiurgaſſe, ceterùm poſt paucos dies ſcripſiſſe Senatui, vt de pœna Paconij quamprimum ſtatueret. *Ideò Tacitus mox*: Quid Agrippino obiectum niſi triſtem patris fortunam? quando & ille perinde innocens Tiberij ſæuitia concidiſſet. Pater innocentis huius Agrippini.

Curtium Montanum. *Cuius mentio libri* IV. *Hiſtor.*

PAG. 507. Celebritate periculorum. *Cum Rhenano lego*, crebritate.

Quodq; Proconſul Aſie. *Melius*, proconſulatū.

PAG. 508. Annio Pollione exſilium pulſo. *Inter coniuratos.*

Altaria & aram complexa. *Vtrum aram Victoriæ intellegit, quæ ante curiam? an altaria & aram Veneris genetricis, in cuius templo nunc Senatus.* Ara in curia.

PAG. 509. Quantum miſericordiæ. *Præclare libri Vulgo* quantum nunc errore ex conciſſa ratione *ſcribendi*, miſæ. *Ingenio ſuo pridem hanc correctionē vindicauerat Faernus. nec inuideo ego, nec culpo.*

Honeſti & exercitū. *Suadeo ſcribas*, honeſti exercitus, *ex ſententiæ ductu.*

Æquitate deûm * erga bona maláque documēta. *Deprauatio manifeſta, quam aduerto, non tollo.*



Ayuntamiento de Madrid

Interdictio honorib⁹.

Prædicto ne in rep. haberetur. *Accipio, vt Romæ quidem eſſe ei liceret, ſed procul ab honore omni & publicis muneribus vitam ageret priuatam.*

Quæſtor Cõſulis.

Quæſtor Conſulis miſſus. *Conſulum ergo proprius aliquis Quæſtor? Fortaſſe. ſicut olim ij, qui Conſules ad bella proficiſcentes comitabantur. Sed mallem,* Quæſtor Conſuli miſſus, *id eſſet, à Conſule miſſus.*

Demetrius Cynicus.

Pag. 510. Demetrio Cynicæ inſtitutionis doctori. *Quæ ſecta re vera à Stoica, tunica tantum diſtat, id eſt, quòd nudius & inuerecundius Cynici, quæ velant & tegunt leuiter Stoici. Demetrij enim laus apud Philoſtratum lib.* IV. *De vita Apollonij, Senecam* VII. *de Benefic. cap.* VIII *cuius verba:* Paulò ante Demetrium retuli, quem mihi videtur rerum natura noſtris temporibus tuliſſe, vt oſtenderet nec illum à nobis corrumpi, nec nos

Seneca correctus.

*omnino ſcribo,* & nos. *ita enim concludit,* ne aut exemplum ſæculo, aut conuicium deeſſet) ab illo corripi poſſe Virum exactæ (licet neget ipſe) ſapientiæ, firmæque in his quæ propoſuit conſtantiæ. *Et epiſt.* LXIII. Demetrium virorum optimum mecum circumfero, & relictis conchyliatis cum illo ſeminudo loquor, illum admiror. *Vox eius magni animi ad Neronem, ἀπειλεῖς μοι θάνατον, σοὶ δ' ἡ φύσις, apud Arrianum.*

Arria vxor Cæcinnæ, heroina.

Arriam tentantem mariti ſuprema, & exemplum Arriæ matris ſequi. *Arria mater, vxor fuit Cæcinæ Pæti, qui in partibus Scriboniani contra Claudium. Ideò ad mortem actus. Sed præiuit vxor, atterno & inaudito exemplo, ſemet feriendo, extractumq́; pugionem marito porrigendo, cum voce,* Pæte non dolet. *Plinium lege, lib.* III. *epiſtola ad Nepotem. Martialis de hac heroina,*

Caſta ſuo gladium cùm traderet Arria Pæto

Quem

Ayuntamiento de Madrid

Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis:
Siquâ fides, Vulnus quod feci non dolet, inquit:
Sed quod tu ſacies, hoc mihi Pæte dolet.

*In Zonara & Dione eadem narratio, ſed corruptè verba Græca, παῖ οὐκ ἀλγεῖ: & in puerili mendo Xylander, Puer, non dolet. Scribe, Παῖτε οὐκ ἀλγεῖ.* Dio & Zonaras leuiter correcti.

Obuerſis in Demetrium. *Multa & libro huic, & Neroniana hiſtoria deeſſe clarum. Duo anni dicendi ſuperſunt, in quibus de aduentu Teridatis, de coniuratione Viniciana, de motu Vindicis, aliáque, digna quæ à magno auctore tradita legeremus, ſi Fatis ita viſum fuiſſet.*

FINIS.



Ayuntamiento de Madrid

## IN I. LIPSI
# TACITVM CASPARIS SCHVERMANNI
### ODE MONOCOLOS *Aſclepiadea.*

Tacitus loquitur.

EHEV *quòd licitum viuere nemini*
*Ne quicquam placitis ſit ſibi moribus:*
*Semper reperies, quicquid agas licet,*
*Aut quicquid nec agas, qui inuideant tibi.*
*Inter, dum Tacitus dego, ſilentia,*
*Nullis expoſitus morſibus inuidis,*
*Inuidit miſerò Lipſius, hoc bono*
*Nec paſſus tacitè me Tacitum frui.*
*Congeſſi breuibus geſta Quiritium,*
*Ne dicant meritò me tacitum minus,*
*Infeſtas Critici quò fugerem manus,*
*In vulgus tacitè ſerpere malui.*
*At me cùm varijs Lipſius auxerit*
*Scriptis, nulla magis ſpes ſupereſt (ſic is*
*Obiectum videò me vnguibus omnium)*
*Viuendi Tacito, iam tacitè, mihi.*
*At! quonam furor hic me rapit improbus?*
*Qui demens animum mi timor excutit?*
*Diſcuſſis liceat ne nebulis mihi,*
*Quid tantus mihi vir, cernere, det boni.*

Diſcu

Ayuntamiento de Madrid

*Dictis parce meis Lipſiade precor,*
*O vir laude tua præcipuè nitens,*
*Quæſo cur timeam? quem labor hic tuus*
*Cogat perpetuis vincere laudibus.*
*Tu cæno veteri me elicis obrutum,*
*Detergens maculas hoc mihi garrulum*
*Naſutúmque dedit quas hominum genus.*
*Quid? Lipſi ſtudiis omnia debeo.*
*Tu, quamuis medium conciderat mei,*
*Sanaſti lacerum, membráque perdita*
*Quæſiſti, laceróſque animam mihi*
*Inſtaſti, fugiens quæ prope liquerat.*
*Ægiſthos dabitur, te Duce, & improbos*
*(Qui me dilacerant, & meos) vincere.*
*Laudabor, relegar. Denique, viuere*
*Me coges Tacitum iam tacitè minus.*

Lug. Bat.

# IN TACITVM I. LIPSII FRANCISCI MODII. B. ELEGIA.

VELLEM vt vis, LIPSI, ſed me mea conſcia virtus
Terret, te vt poſſim dicere digna ſatis.
*Audendum tamen eſt video, & ſi vera fatendum,*
*Audacem auſpiciis me iuuat eſſe tuis.*
*Dicam igitur ſolum te pæne in tempore noſtro hoc,*
*Obſtrictam doctis non temeraſſe fidem.*
*Tēpore noſtro, inquā, hoc, quo, vt ſi promittere ſat*
*Et populum verbis ducere grande ſophos.*
*Graſſari ad famam hac paſſim pleroſque videmus,*
*Vt ſibi nec fictum in nube mirentur opus.*
*Nec monet ille Deûm contemtor, fulmina qui dum*
*Mentitur vero fulminis igne perit,*
*Quo minus affectent in dias luminis oras,*
*Doctorum & quauis ora venire hominum.*
*Sic quondam indomito nimium temerarius auſu,*
*Dum parat Heſperio cominus ire Deo*
*Icarus, ex homine eſt factus ſine corpore inane.*
*Nomen, in Icariis naufragus ales aquis.*
*Huius ab exemplo, moneo, caue fluxa iuuentus*
*Poſt ſolidas famæ ponere diuitias:*
*Ne fors dum titulos captas, & idonea vita*
*Nomina, quo Phaëthon decipiare modo.*
*Sit tibi in ante magis veræ virtutis amator*
*Hic quoque, vt in rebus de meliore nota*
*Omnibus, ingenuos doctrinæ iungere mores,*
*In paucis doctus* LIPSIVS *ingeniis.*



Ayuntamiento de Madrid

LIPSIVS, à Varrone (ſui Varro ipſius & aui,
Rumpatur licet hic Zoilus inuidia:)
Fluxæ qui didicit procudere tempora vitæ,
Aſſiduus Phœbi, & Pieridum inter opus.
Dum modò ad inſtar apis, quæ ſedula libat honorem
Hortorum, & paſſim hoc omnia peruolitat,
Scriptorum omne genus, libris affixus & hæreat,
Excutit, & ſtudiis pallidus inuigilat:
Sic modò & ipſe facit, ſtupeant quæ poſtera quondã
Sæcula, quæq; oculo Mome dolente legas.
Cui ſi noſtra pares homini ſex fortè tuliſſet
Belgica, terrarum hæc Belgica prima foret.
Sic quoque & illa tamen felix, felicior imo hoc
Vno quam innumeris Teutonis ora aliis,
Qui iacere ampullas docti, & magnas vſque ſonare,
Qui ipſi ſua mox ſcripta ſiuiſſe vident.
Expertes genie, atque animæ infelicis homulli,
Queis vè nec in toto eſt pectore mica ſalis:
Pallade qui inuita, Muſiſq., & Apolline, poſcant
Nequiquam Aonio poſſe placere gregi.
Quantum vel ſatius fuerat tacuiſſe, vel ipſa
Duxe hæc ſaltem, qua LIPSIVS, arte diem.
Qui tibi dum priſcos renouat Germania honores,
Te illuſtrans ſtudij ſedulitate ſui,
Hoc facit, vt nulli tantum Germania, docto
Lipſiadæ quantum debeat ingenio.
Fallor, an & Tacito ſeculum ſic alluxiſſe,
Integrum Tacitum reddere pæne fuit?
Non fallor. numquam tantum præſtare merendo
Reddendo Tacitum Lypſiades poterat,
Quantum demeruit ſibi trè'que nouémque ſorores,
His quæ cum tanto ſcripta Deo vigilant.
Nec ſi fortè fuit magnum Tacitum expurgaſſe.
Hoc magno Tacitum eſt extenebraſſe minus:

Inge

*Ingenio vſus ibi eſt, ſed & hic quoque ne ſuo vtraque*
*Defuit in re vti* LIPSIVS *ingenio.*
*Ergo ſeruato donari ciuica ciue*
*Quæ ſolet huic merito ciuica danda viro eſt.*
*Ciuica nec tantum, ſed quot ſunt præmia belli,*
*Quóque toga, meruit vnius ille caput*
*Omnia ſeruando, quo cum capite iſſet ad Orcum*
*Germanæ flos, & delitium hiſtoriæ.*
*Alterno ſic nempe valent humana, ducéntque*
*Auxilio, alterius ſic eget alter ope.*
LIPSIVS *æternum hinc æternat Teutonas, illinc*
*Teutonis æternat* LIPSIADEM *ora ſuum.*
*Felices quibus hoc ſuperi tribuere, viciſſim,*
*Cælicolûm inſererent inuicem vt ordinibus.*
*Magnum poſſe Deum facere eſt, ſed maximū, in vn*
*Et facere & fieri tempore, poſſe Deum eſt.*

# IANI GVLIELMI
## ELEGIA.

MNEMOSIDES *diuæ, noſtros quis detul*
*amores,*
*A puero veſtris deditus in ſtudiis,*
*Vna hæc ſeruitij, ſi fas eſt, præmia poſco,*
*Si vos ritè olim lacte meróque colo:*
LIPSI *magnum animum priſca virtute fideq;*
*Vt mihi vos proprium concilietis heræ.*
LIPSI, *quem primus multum miratus ab annis*
*Omnigenas ſtupui fundere mentis opes,*

Corno

Ayuntamiento de Madrid

*Cornu vt Amalthea, manantibus vbere ſuado*
*Meſſibus, annum horno copem ab honore beat:*
*Quòd vates rhetórque bonus ſummúſque cluêret*
*Antiquæ condus promus & hiſtoriæ,*
*Addo huc Socraticamque penum, Romanáque iura,*
*Cetera, vobiſcum quæque Minerua probat.*
*Teſtes priſci operis muſæi emblemate ſtructa,*
*Quatuor in cenum erecta voluminibus:*
*Tot modo qui veterum rupta caſa, & cæca retexens*
*Oracla, electis multis & hiſtoriis,*
*Ægra carus ſit iis diſpeſcere, turbida apertis,*
*Seu medicam, ſiue interpretis addit opem.*
*Quid memorem Taciti monimenta auguſta librorũ*
*Tot miſe, è pridem manca & hiulca locis,*
*Integra, qua potuit, nunc tandem? cui tamen vltro*
*Maius adhuc operæ conſtituit pretium*
*Adiicere, è tenebris veterum dum plurima mortua*
*Promit, & in pura luce videnda locat:*
*Aut tentata aliis, poſt conclamata, notator*
*Delius, admittente eruit vnus aui.*
*Gaude* CORNELI, *ſi quidquam in funere ſentis,*
*Quæ dederas, cunctis iam manifeſta patent,*
*Quæque illis paſſim carioſa admorderat ætas*
*Dente malo, medica conualuere manu.*
*At tu Muſarum,* LIPSI, *illibata medulla,*
*Attica cui puro nectare vena fluit,*
*Perge tuos ſouere & bene deuincere merendo,*
*Qui ſumus hic tecum turba operata ſacris.*
*In quis (namque nefas faciles tibi ſpernere Muſis)*
*Me tibi habe, ſeu tu fœdere amicitiæ,*
*Siue clientelæ, ſeu mancipio endopeditum,*
*Siue quacumque voles conditione, tuum,*
*Quin tu iure tuo, precor vtere ne mihi quiſquam*
*Heic duit, impoſitis vindicias manibus:*

*Quia*

*Quin vſum fructum noſtra,doctiſſime,vita*
*Sit tibi perpetuo carpere ſeruitio,*
*Quem tibi manſurum,ſummota vt fraude ſpopondi,*
*Et Sancti & Genij numina iuro tui,*
*Si fallo,ex hominum cætu inteſtabilem vterque*
*Eijciat,doctis hic procul,ille bonis.*
*At vos Mnemoſides,* IVSTVS,*ſi iuſta paciſcor,*
*Perficite,vt coëat fœdera,& vt valeat.*

INDEX

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX RERVM AC VERBORVM

## QVÆ HIS COM-
*mentarijs conti-*
*nentur.*


A

ABuſque 414
Acbarus, Arabiæ regum nomen 344
non Accinctus & diſcinctus diſcerani 310
Acclamatio, plauſúſque ex arte, 493
Achaiæ nomine Græcia dicta, 69
Achaia & Macedonia ſub vno Præſide 264
Acies barbara per nationes, 314
Acilius Auiola viuus combuſtus 190
Acronietus, auctor agrorum 310
Acta diurna non eſſe hos Taciti Annales. 1
Acta eorumque diſcrimen, 258. 259.
Acta Senatus primus confecit Cæſar, aut certe publicauit, 259
Acta vbi repoſita 262
Acta reparata a Tiberio 262
Acta materia hiſtoricorũ 267
Actis conficiendis præerat Senator 259
ab Actis Senatus, officiũ, ibid.
Actorũ ſcribæ & cenſuales, 59
Actuarij 260
Actuarij in militia ibid.
Actorum materies & forma ea conficiendi 260
natiuitates in Actis, Ser. Tullij inſtitutum 26[illegible]
profeſſio apud Acta 261
Actæ liberta 389
Actiaci ludi 453
Actio legis apud magiſtratũ, 370
Actor publicus, 99
ſimilis procuratori ibid.
Addictum ſeruitium 342
Adductus, quis? 416
Admiſſiones & admiſſionales, 272
munus fuit libertorũ, ibid.
Amici primæ admiſſionis 272
in Claudia gente nulla Adoptio 35[illegible]
Adoptio ficta etiam olim vſurpata 460
Aduertere, quid 361
Aduertendi verbum, alia notione 90
Adulteriorum crebritas 239
diſputatio de Adulterij pœna, 237
Adulteræ domo exactæ & dote priuatæ ibidem
magiſtratus accuſabãt Adulteras, & præſertim ædiles 238
Autumnus adultus 332
ætas Adulta, noua, 92
Aduocatorum pręmium olim, 301
Aedificiis ab Auguſto impo-


K

Ayuntamiento de Madrid

Acus modus 477
Aedificationes in vitio 147
ornatus Aedium lucernæ & laurus 150
Aediles cremabant libros, 233
interdum Triumuiri, ibid.
Alias Prætor ibid.
Labieni lib. 1. exuſti. ibid.
Aedui fratres Romanorum 191. 325
cauſſa appellationis. ibid.
etiam Aruerni, & Bataui fratres dicti ibid.
Aegææ oppidulum 388
Aegri in lectica 98
carne abſtinebant certis diebus Aegyptij & Romani 141
Aelius Lamia 273
Aelius Tubero ſtoicus 561
Aemiliana ad vrbem 475
Aemilij Ferreti error 39
vide plura in F.
Aerarij Præfectura penes quos, 405. 406
Senatuſconſulta ad Aerarium deferri ſolita, 405
nec rata niſi delata ibid.
Aerarium militare 78
Aes vxorium 159
Aeris tinnitus in defectu Lunæ 47
Aetas feſſa, pro ſenecta 473
Aetas Senatoria 181
Agellius illuſtratus 480
Agger Druſianus vbi fuerit 416
an idem cum mole Druſi, ibidem
Aggeres in paludibus 66
Agnomina feminis numeralia 250
ſerui publici Agnominati à magiſtratibus 100
Agrippa Rex 327
Agrippæ ſtagnū, & nemus, 472
Agrippina Flaminia Claudij leſta 384
Agrippina matertera filiam Aſinij 136
Agrippinæ ingenium & ſcripta 347
eximium quid in Agrippina, 358
Agrippinenſis colonia etiam Claudia dicta, 351
iuris Italici fuit 351
Agrippinus Philoſophus 501
eius mira conſtantia ibid.
Album Senatorum, quando inſtitutum, 240
quotannis recenſitum ibid.
Alia clarus 331
Alledia gens 341
Alloquia 118
Amicitiæ firmādæ mirus mos, 160
Amicitiæ renunciandæ mos, 122. inter priuatos idem mos, ibidem
Amicorum cohors 272
Amycle in Italia 249
Animaduerſiones extra vrbē, 105. militares Animaduerſiones extra caſtra 46
Animaduerſionis nouum genus 56
Annales eſſe hos libros 1
Annales Taciti quatenus progreſsi 3
Annæus Seneca an, & quando conſul 455
Annæus Serenus 392
Annus XVII. initium Romanæ militiæ 33
Annus quinquageſimus immunis à militia 35
Antiochus Rex 387
Antipodes Romæ quibus dies pro nocte 496
Antiſpina, 293
cauſſa nominis ibid.
Antiſthenes primus barbæ auctor Philoſophus 433

Antonia

Ayuntamiento de Madrid

Antonia Claudij mater 377
Antonia Germanici mater 146
Antonia maior, & minor 377
Antonij cũ Octauia nuptiæ, 19
Antonini mater 73
Antonius Primus 449
Antonius curator oræ maritimæ 373
Annulus ſignatorius, 82
eo ſignabãt penum & vtenſilia, ibidem
Annulatæ claues 83
Aorſi populi 344
Apicij gulones, duo 214
Apion Rex 435
Apollo Didymæus Mileti, 240
Appellationes ad quos, 444
Auguſti de iis ſcitum ibid.
temere appellantium 444
Appia regina viarum, 97
diſcidium ſcriptorum in via Appia 97
conciliati omnes ibid.
Appius Silanus 380
Appij Silani cædes 329
Appuleius correctus 419
ex remota obiectio 133
Aquilæ Romanæ exemplum à Perſis 90
Aquila Romana qualis ibid.
non magnum id Aquilæ corpus, ibidem
Aquila ex argento olim facta, poſtea ex auro 91
Aquilæ ſacellum ſiue domuncula in caſtris ibid.
Aquilæ & ſigna, dij militũ, ibi.
Ara in Curia 323
Ara Druſi & cenotaphiũ 86
Ara Vbiorum qua cauſſa extructa 65
ad Aram confugere mos Græciæ 186
ſupplices id faciebant & ſerui, ibid. Romæ quando id cœperit ibid.
Aras ſtatuendi mos 27
Arabiæ feminæ facie ſemitecta 392
Arbela caſtellum 344
Archelaus Cappadox 290
Arenarij montes ad mare 70
Ariſtobulus Rex 387
Auxiliariorum & legionariorum diuerſa arma 354
Arminij æras 114
Arria vxor Cæcinæ, heroina, 404
Arrianus irridet ineptias ambitionis 23
Arriani locus 150
Arrianus correctus 403
Arruntius quis 27
Arraxata, quis condiderit 412
Artes delibabant vulgo Kalendis anni 234
Arua & ſtagna in domo Neronis 476
Aſconius correctus 354
Aſiatici diuitiæ 294
Aſiaticus auctor Caianæ cædis, 279
Aſinia gens 249
Aſinij plures prænominibus diuerſi 101
Aſinij Pollionis hiſtoriæ, 252
Aſiniorum ſtemma 110.
Aſinio Salonino multi liberi, ibidem. cauſſa cognominis Salonini, ibid.
Aſinius Gallus 282
Aſprenatum familia 62
deni Aſſes, diurnum militis, 19
Aſſiratum cruenta potio, 360
tria hominum genera ad Aſylum confugiebant, malefici, ſerui & obærati 202
Athenæus explicatus 136
Athletas quis primus dederit, 338
Atimetus libertus 297
Atra clauſur 350

Attellani ludi 211
Atys Herculis filius 246
Auctoritas, quid 195
Audentia, pro audacia 483
Aufidij Baſsi hiſtoriæ & æuum 597
Augurale ſiue auguraculum in caſtris 82
Augurium ſalutis 348
Auguſtodunum Muſarum domus 191
Auguſtales ludi & eorum origo. 52
Auguſtales ſodales 62
Auguſtalia edita a Tribunis, & eorus generis ij ludis 37
Auguſti conſulatus 19
Auguſti cultores per domos,
Auguſti effigies in curia 25
Auguſti inſtitutum primariorum imaginum in Curia collocatio 135
Auguſti natalis dies feſtus, 269
Auguſti templum Tarracone, 69
Auguſtus pro Deo, 22.
eius imagines ad formam deorum, 21
ipſe in forma Iouis ex Sc. 21
cauſa mortis Marcelli, 5
Iuliam legem fert, 159
populum in ſicuit ad ludos, 75
Senatum ſupplet ex æquite, 298. dehinc ſtipendia 37
A. Plautius 456
Auri vis 294
Aurum triumphale, ſiue coronarium 479
Aurum votiuum ibidem
Auſonius correctus 416
Auſpicari in magiſtratu 233
Auſpicalis dies ibid.
leues cauſſæ exordio magiſtratus, ibid.
Auſpicia à domo ferendi mos de Auſpiciis imperióque repetendis
Auſter pro quouis alio vento imbrico 141

B.

Bagaudæ latrones Diocletiani tempore 191
in Baiano villa Cæſaris 421
poſt Balneum, Guſtus 151
Barbarorum mos ante aciem cantandi 145
Barbari reges cum ſororibus matrimonio iuncti 1
Bareas Soranus ex gente Marcia 364
Barbæ radendæ mos quando cœpit Romæ, 41
quando in Græcia 431
Barbati olim. ſoli iuuenes, ibidem.
Barbæ poſitæ dies lætus, 431
Barba Deo ſacrabitur ibid.
Baſilicam nouam quis Aemiliorum fecerit, 209
quis refecerit, ibidem
Batani oriundi à Cattis, 419
Batani equites & pedites, 394
Batauiæ opportunitas 85
Bathyllus deliciæ Mœcenatis & ſeruus 63
Alexandrinus videtur fuiſſe 63
Bauli, villa: & eius poſt ſortes 425
Bombyx quomodo ad Italos peruenerit 186
Boſporanum bellum 376
Breuiarium Imperij 25.
Britannicur. 391
Britannorum copiæ 449
Britannorum crudelitas 447
Brundiſinum fœdus 19
Brutidius orator & hiſtoricus



Ayuntamiento de Madrid

Buccina vel claſsicum Imperij ſignum 467
Buccina in Imper. conuiuio, ibidem
Germanorum more, ibid.
ſignum apud duces canit, ibidem
Burrus, manu debilis 390
Burri cognomen, quid? 391
Byſsinæ veſtes in Aegypto repertæ tempore Semiramidis 106
Byzantium quis condidit, 374

C

CAbiri ſiue Penates colebantur 121
Cadius Rufus 346
Caducaria lex 171
Caducum ſit quod cælibi relinquitur 170
Cærina quis 185
Cæcina Largus 334
Cæcina Seuerus 66
Cæcina Tuſcus, quis 398
Cædis mandandæ mos per libellum 12
ad Vitaliani Cædem Quæſtor miſſus ibidem
Cælibatus & orbitatis pœnæ, 170
Cælibes nihil capiunt, orbi dimidium 171
Cælibes mulctati 158
diſcrimen videtur fuiſſe Cælibis, orbi & ſolitarij patris, 171
Cæles Vibenna 341
Cæna funebris 276
eadem Feralis, 270
eadem Silicernium 270
Cœnæ hora, varia 421
Cibi ſollennes in parentalibus 271
Cæſar πολυπαιδίας præmia ponit 159
Cæſonius quis 490
Cæſtici ludi ab Antenore inſtituti 497
Cæſtius Prætor 271
Caiare comprimere 66
Caius & Lucius quando conſules, 7
eorum ætas, ibidem
Caius equitibus quibuſdam latum clauum dedit 197
in Caij morte ſcriptorum diſſenſus 7
Caius explicatus 165
C. Aminius, Iuriſconſultus, 407
C. Balbillus 399
C. Matius, eques, 373
vir doctiſsimus, & Augusti amicus, 373
C. Petronius 490
C. Proculeius 230
C. Silanus 38[illegible]
Calcei Romani quales 124
Calles prouincia 219
Cales Quæſtorum prouincia, 229
Prouinciæ Quæſtorum antiquitus, ibidem
Aquaria Oſtiæ, 230
Gallica, Arimini, ibidem
Campana, Calibus, 230
Sicula, Lilybæi ibidem
Calidæ potus 398
de Caligulæ natali ſolo contra Suetonium diſputatio, 51
Caligulæ, ſiue Germanici libri de arte dicendi [illegible]4
Calliſtus libertus 330
Calpurnius Fabatus 494
Calumniæ pœna 459
Camalodunum oppidum, 353
Camulus indigena Deus 54



Ayuntamiento de Madrid

Campeſtris decurſio 122
Campi curſio Vegetio : in ea ſolemne vt pedes ſcutum præferret 122
Capella emendatus 309
Capita agrorum & capitatio, 50
Capitolinus explicatus & emendatus, 76. 457
cauté legendus 161
Caratacus Rex 554
Carcer triplex, vrbanus, ruſticus & caſtrenſis 156
Carcer vrbanus triplex ibid.
Carcer caſtrorum 75
Carnificis domus extra vrbē, 103
enim matronæ in Carpento 157
cui primùm habitus Carpenti honos 357
Caſsij Iuriſconſulti exſilium, 494
eius laus & mors, ibid.
de Caſsio inſigne dictum, 251
Caſsius Seuerus 226
Caſtellarij, aquarum in vrbe cuſtodes 477
Caſtorum ædes Oſtiæ 227
ſacrum illis annuum, ibid.
Maiuma poſtea dictū. ibid.
Caſtra Prætoriarum cohortiū qua parte vrbis 214
Caſtrorum portæ, 67
quatuor tantum fuerunt ibidem
Catena trahi ignominioſum Barbaris 361
Catena in manu rei dextra 156
in militis ſiniſtra 156
Catenæ iſtæ quales ibid.
Catullus illuſtratus, 319
& explicatus 467
Cecrops Athenienſis aut Aegyptius literarum inuentor, 307
Celenderis 151
Cenotaphium, eiúſque ritus 85
Cenſitorum numerus 517
Cenſorini error 13
Cenſorium funus, quid 321
Cenſus diuerſa ratio, 41
quando cœpit ibid.
Cenſus quando exacti 51
Cenſus in capita & agros 50
Cenſus exactores & præpoſiti, 51
Cenſus tabulæ ibid.
Centeſima initium 111
ea ad ærarium militare ibid.
Centuriones ſingillatim vigilias obibant 467
Ceriamnia ſacra 419
Chalcedonij cur cæci dicti, 174
Chiliarchi in claſſe 485
Chriſtiani, Galilæi & Nazaræi dicti, 478
etiam Iudæi, ibid.
Nero Primus in Chriſtianos ſæuiit ibidem
Chryſoceras promontorium & ad id portus Byzantiorum, 576
Cicero correctus & explicatus, 154. 261
Cilnius Mæcenas 275
Cilones 345
Cincia lex 5..
firmata Sc. ſub Auguſto & Traiano ibid.
Circenſes ludi Cereri celebrati, 482
Circenſes promiſcuè licitum ſpectare in vulgi veſte, 474
Circus proprius Neroni, 410
ratio ſedendi in Circo, 469
Auguſtus Primus ordines diſcreuit in Circo 469

Ayuntamiento de Madrid

In Circo Romani ſederũt non theatro 437
Loca in Circo non diſcreta patribus 182
Primus Claudius deſcripſit, ibidem
Ciſalpinos Cæſar ciuitate donauit 315
Citharœdi verus habitus, 419
priſci duces Citharœdi ibid.
Ciuitate donandi & qui populi in Ciuitatem recepti 315
Claſſiarij pro militibus 366
Claſſicum quoties canere ſolitum 105
in prouinciis ſeruatus ille mos ibidem
Claſſi cum canendi mos in more ciuium 104
Claudia Quinta 250
Claudiani Sacerdotes 447
Claudianum Senatuſconſultum, 362
Claudij chlamys & Agrippinæ, 367
Claudij & Neronis largitio, 379
Claudij tres nouæ litteræ 308
Claudius nouam reppetit, ibidem
Claudij oratio 316
eius fragmentum Lugduni, 316, & ſequentib.
Claudij templum 447
Claudius in ſcurris deditus & ambubaiis 361
ſub Claudio quot prætores 30
Clibanarij 192
Clitæ Cilices 290
Cluuius Rufus hiſtoricus, 397
Clypeus pro imagine 135
Clypei priuatim dicati, 136
Cn. Piſo 172
Cociones ſæpe in vulgi dicto veniebant 140
Cocus nundinalis 272
Coercitio in hiſtriones 75
Carcer & exſilium ibid.
virgæ ibid.
Cognominãdi militaris mos, 45
Cohors amicorum 272
Cohortes ciuium 17
Colonias deducẽdi ratio, 445
Coloniæ in municipia, & contra mutant 142
Colonia Agrippinenſis, etiam Claudia dicta, 352
iuris Italici fuit 352
Comagene prouincia facta, 123
Comitia conſularia 52
Comitia Tiberiana eiuſmodi, ibidem
Comitia qualia ſub Cæſare & ſub Auguſto 30, 51
Caius innouat & omnino morem Comitiorum 52
Commeatus à Senatu peti ſolitos Claudius ſui iuris fecit, 347
Competere auribus 193
Concædes 61
Concentus, quid 493
Conciliaturæ vox, turpi notione 37
Confarreatio in ſacris 149
Conficiendi verbum proprium, 17
Coniugia curæ Romanis 152
Cenſorum ea inquiſitio, ibidem.
Coniugium pro coniuge 372
Coniuratio Viniciana & Piſoniana in Neronem 485
Conſul deſignatus primus rogatur ſententiam 153



Ayuntamiento de Madrid

Conſultatio omnis ſuper Cæſare vetita 155
Contubernium 414
Conuiuium tempeſtiuum & intempeſtiuum, 220.221. & ſequentib.
Cora eadem cum libera 118
Corbulo hiſtoriæ ſcriptor 459
Corbulo, inter doctos, 411 & quis illi pater ibid.
Corbulonis prima fama non bona 184
Corbulonis dictum emendatum, 311
Corn. Dolabella 207
Corneliæ legis de falſo pœna duplex 450
Cornelius Thuſcus delator, 286
Coronæ aureæ in menſis gemmataque 124
Corona ſpicea & eius ſignificatio 299
Corona è vice ibidem
Coronas iacere in aliquem, honoris. 457 item ſpargere flores in aliquem 456
Coſſa Etruriæ opidum 109
Coſſurianus Capito 410
Cothurni 333
Cotys Rex eruditus 227
Cremutius bellorum ciuilium ſcriptor 233
Cremutij locus correctus, 232 eius generoſa mors ibidem
Crepidæ ſoleæque quid, 128 iis vti, molle erat 125
Creſpontes Meſſeniorum rex, 241
Creta & Cyrenaica ſub eodem Proconſule 318
Crimina è ſomniis 299
Crupellarij qui? 193
Cteſiphon vrbs 190 de conditore eius diſſenſio ibid.
Curatius comparatius 502
Curatores viarum perpetui ab Auguſto 18.
diſcrimen inter eius, viros & Curatores 184
Curatores digniores habiti, 124
certis viis adtributi 184
Curatores viarum extraordinarij viri illuſtres ferè 183
in Curia etiam, non Senatores, 266
Curiæ veteres, 148
& veteres per ſe ibidem
Curtilius Mancias 418
Curtius Ruſus 312
Cuſtodia apud magiſtratus, 267
eadem libera dicta 267
Cuſtodia apud vades ibid.
Cuſtodiæ militaris modus & ratio, 256 de cuſtodia militari exbole ibid.
Cuſtodia publica
Cuſtodiæ pro noxiis, ſicut operæ pro operariis vulgo 257
Cuſtodia duplex principibus, 394
Germani in Cuſtodiam adſciti, fidei cauſa, 394 præſertim Batavi ibid.
Cuſtodes olim vxoribus adpoſiti & amicis 335
Cyzicenis libertas ademta, 235

D

Dalmatia quando præſidialis facta 215
Damnatorum imagines tractæ, 156
Decedere magiſtratu 181
Decemuiri vetuerunt connubia cum plebe, 162. lex abolita 162
Decennis tantum deſponden-

Ayuntamiento de Madrid

da, 163
Decies H-S ſemper ferè in dote 143
Decimaria lex inter coniuge. 171 ſublata ibid.
D. Silanus 380
Decurſio funebris 87
Deæ Romæ quando primum templum 247
Dellius ſiue Dellius inter amicos Augu[ſt]i 21
Delatorum præmia in Papia, 179
Demetrius Cynicus 504
Denarij æſtimatio eruta ex Aureo menſtruo 40
Deportatis teſtamenti factione interdictum 284
Deſolatus quid 350
Diuortij ſolennia verba 20
Dextra data apud Perſas, maximum fœdus 464
Dextræ implexæ in ſummo ſignorum 466
Diademate quis primus vſus, 14
Diana Coloene Sardibus culta, 204
Diana Leucophryna, 203 cauſſa cognominis ibidem
Diana Limentis ſiue Limnatis, 240 cognominis eius cauſſa ibid.
Didia fama 295
A. Didius 447
quis Dies votorum 500
Digamma 308
Dij, populi 190
Dionis error 6. 72
Dionis à Seneca diſſenſio, 20. 98
Dio & Zonaras diuerſi à Tacito 104
Dionis obſcuræ veritatis locus, 208
Dio Senecæ infenſus 412
Dio correctus & illuſtratus, 398. 402. 416. 424. 497. 504
Diſcrimen inter denarium & denos aſſes 39
Diſcrimen inter adulta immaturáque funera 147
Diſcrimen in poſitu nominis Imperatorij 210
Diuinatio in Valer. Maximo, 109
Diuortia in actis 261
Diuortiis modus impoſitus, 172
Domini vox variè vſurpata, 141
Domino cæſo, omnes ſerui animaduerſi 451
Domitius dux 377
Domitij Afri laus 145
Domitij genus 256
Druides à Claudio ſublati, vel à Tiberio 258
Druſillo à Caio conſecrata habitu Veneris 258
Druſi æras collecta 209
Druſi Ara & cenotaphium 86
Druſi imago in ſignis 99
Druſi monumentum Rauennæ, 66
Druſi vitia duo, ebrietas & crudelitas, 188
ſtudium eius in gladiatores & Scenicos 189
gladij Druſiani in prouerbio, 189
qui fuerint, ibidem
Druſo quot liberi 185
Druſo gemini filij 238
Druſus Caſtor agnominatus ob violentiam 215
Druſus non inter Iulios 241

Ducennius Geminus 461
Duces, in periculis nudo capite, 92

E

EDicta Principum 149
Exhibendi gladios editorum mos 189
Egnatius Ruſus 21
Eicas ager 241
Emptio per æs & libram, 5. de ea Clementis locus 5
Endomunire antiquè 310
Enaphroditus 783
Equeſtres ludi a quibus petiti, 437
Equeſtris prœlij mos 287
Equites Romani illuſtres, 207
quidam veſte Senatoria, ibi.
æquiparantur Senatoribus, ib.
equit[illegible], latum clavum dedit Caius 297
Equites Romani inſignes ſplendidi 298
Equitum tranſvectio 347
Equitum recognitio ibid.
Equitis conſularis, vel imperatorii ius, 758 cui impoſita ornamenta ibid.
Eryx mons 242
Erycinæ Veneris ædes Romæ, ibidem
Eſcendere 587
Eſquilina porta ſuppliciorum ſui. 305
Merita eadem cum illa 104
Eudemus corruptor medicus, 215
Eunuchi in pretio apud Perſas, 286
Exactor quid 152
Eximia apud mali oſtenti, 376
Exauctoratio proprie quid 37
Excubiæ militares circa templa, 15
Excubias ſervorum noſtrum ad limen habuerunt domini pro [illegible]. 457
Executio, pro adminiſtratione, 457
Extentare 461
Extercere 911
Exterorum mores a ſe[illegible] iem 318
Exuere ordinem 327

F

FAbius Ruſticus hiſtoricus, 397
Fabricius Veiento, canes ad currū adhibuit pro equis 449
Faces & cerei in funeribus, 547
ad Faces Nero cantauit 414
Fanum Liguriæ 495
Farreationis ritus 223
Faſces ſemper laureati ad nuncium imperij, 200. poſtea & a ſtati 290
Faſces in teſſi in Iudæa, 245 ſcuta item & arma 150
Favonius Stoicus 502
Felix quando primùm in Iudæa, 153
Feminæ ad ludos gladiatorios deſcendunt, 470. edicto id vetitum ibidem
Feminæ Sacerdotes Auguſti 23
Ferreti incogitantia 513
Ferreti ridicula iſta interpretatio, 181
Ferreti iudiciū probū, 158, 175
Ferro, vique 316
Feſtus correctus, 3. 46. 67 560
Fetum, genere neutro 376
Ficus Ruminalis 419
Filij munimenta regni 1
Filij principum prope a menſa, 391
ad imum lectum ſedebant non accumbebant, vti & ſervi ibid.

Fiſc

Ayuntamiento de Madrid

F[illegible], olim magnum ius ſiue in iuſtitia 117
F[illegible] [illegible] 116
F[illegible] [illegible] liberto um. [illegible]
F[illegible] [illegible] 223
Flaminum abeſſe vrbem fas, 200
[illegible] lege [illegible] Flaminis [illegible] 249
Flamines Patricij & maiores, 249
plebeij & minores ibid.
Flor[illegible] [illegible] 93
F[illegible] Tar[illegible] 19
F[illegible] in [illegible] collocatū. 280
Fonte[illegible] fluminum ſa[illegible] 441
in [illegible] natare ne[illegible] ſicut in quibuſdam lacubus 441
[illegible] Foro Augusti ſtatuæ [illegible] 149
Fortuna equeſtris 209
Foſſa inter Moſam & Rhenum [illegible], 211
vbi ea fuerit, ibi.
Foſſa Neroniana 476
Fr[illegible] turp[illegible] eaque ab Ephoris ſumpta 253
Fru[illegible] in plebem ad [illegible] 474
Frumentum ad pleb[illegible] gratuitum, 474
Frumentum gratis Prætorij militibus datum 490
F[illegible] [illegible] ſ[illegible] 10, 367
Funalia & cerei accenſi 150
Funeris [illegible] 147
Funera adulta [illegible] immatura, 147
Funus acerbum 393
Funus publicum & indictum [illegible], 221, cenſorium eius [illegible], ibid. [illegible] h[illegible] ſi[illegible], ibid. mors eius funeris, ibidem
Funus tacitum, quid 221
Furius Camillus, 120

G

Gabinus lapis 445
Galba frater Principis 190
Galliarum diuiſio 315
Galliarum gentes certo numero, 193
Gallici gladiatores 192
G[illegible] [illegible] 383
Gam[illegible] [illegible] ibidem
Gemi[illegible] [illegible], quid 4
Germanici cognomen Imperatorium 52
Germanici duo fratres 149
Germanicus quot annos in Germania 84
dies mortis Germanici 149
Germani pelliti 89
G[illegible] [illegible] 334
Ge[illegible], quid 416
Getulici duo 143
Getul[illegible] eius filius, poeta & historicus 244
G[illegible] [illegible] 362
Gladiatores apud Perſides 45
Gladiatorum numerus 414
de [illegible] [illegible] & Sc. ibid.
Gladiatorum pugnæ per dies Mineruæ ſacros 414
Gladij pœna ex legibus Vandalicis 259
Gladij p[illegible] [illegible] inducta, 487
Gladij pœna honeſtiſſima, ibid.
Gladij pugioneſque ſ[illegible] ſ[illegible] 491
G[illegible] ad vitam pulchra, & [illegible] 327
G[illegible]chi[illegible] 55
G[illegible] [illegible] a [illegible] a Liuio non ſpretum 356
Græca[illegible] ſtipendij modus, 40
Gra[illegible] 226



Ayuntamiento de Madrid

…ed [illegible] Augusti in proh bendis Gr[illegible] 402
Gustus, post balneum 232

H

Habeo reciperare 102
Hecate siue Triuia in Laginis 204
Hercules Olearius 473
Hesternò, Cottidianò & similia, 244
Heremis modestia 558
Hieroglyphicæ notæ 306
Hispania ab Augusto domita, 215
Hispaniæ diuisio 220
in Histriones bonos 76
Histrionum spectatores exsilio puniti 77
Horatio lux data 159
Horti Cæsaris 566
Horti Lucullian[i] 391
Hostias admouere 129
Hostiæ grau[id]æ 481

I

IAc. Ræuardus, 97 eius laus 131. & sententia noua, 138
Iaxates 344
Ignis ter cui miraculum 419
præsatio Ignis ante Principem, 13. a priscis silentio præterita, 13. vnde is mos Romam, 14.
& qualis ille ignis, 14
Iliensium immunitas, 367
à quo prim[um] data 367
Illustrium virorum opera, 210
Illyricum inter Germanos censum 53
Imagines in atrio 554
Imagines illustrium in [illegible] [illegible] 155
Imagines diu[illegible] in iisd[em] supra hominem 371
ob Imagines illa[t]as in Iudæa s[e]ditio 465
Imagines factæ erant ex argento vel auro ibid.
Cæsaris Imagines an vendi ius sit 70
Imbr[ices] [illegible] 306
Immunitas n[egotiatorum] frumenti 416
Imperatoris duplex notio 3
Imperatoris nomen solus sibi Aug. seposuit 210
Imperatoris nomen ad solum principem, 92. & apud communem auspicia ibid.
Imperatorum statuæ, perfugium, 186
ad [illegible] Ingenui confugiebant, ib d. hoc prætextu ad cont[u]melias abusi, 187
perfugium illud vetitum, ibid.
Imperium minuebatur ingressu vrbis 155
termini Imperii ab Augusto, 26 Tiberius auxit, 127
hos neglexit deseruitque Constantinus. 26
varius dies primi Imperii Augusti 17
Impubes non maturus supplicio, 364
In Senatore, in equite, id est, inter Senatores, equites 417
Inc[ola] nd[i] un[um] Lugdunense 491
Index rerum A[u]gusti quid 15
Indicium quid, 333. ex eo impunitas ibid.
Induce animum artibus 480
Indumentias denudare 129



Ayuntamiento de Madrid

Inimicitias indicere ibid.
Inimicitiæ ceſſatæ ibid.
Inſignia ornati, quid fuerit 46
floribus coronata, ibid.
vnguentis perfuſa 46
Inſignem ſu'gor ibid.
Inſignia magiſtratus in luctu poſita 158
Inſiſtere, propriè aurigatum, 479
Intercia. Cap 10 411
Inſtiona 412
Intendere manus, rixæ nota, 214
Interior decubitus 296
Interior locus digniſſimus 151
Interior maritus, quo ſenſu, 316
Interior ſponda 296
Iobich ,ge is 411
Iſidorus correctus, 53.106.477
Iſidorus Plinius que explicari, 147
Iſis litteras inuenit, 306. eas Cadmus in Græciam tulit, 306
Iſtæ quando in luctu vaſtiſſas, 359
Iudæa procuratores habuit Syriæ adſcribi a 370
Iudæi in Sardiniam pulſi 141
Iudæorum ſub Caio tumultus, p. optet effigiem in templo col 1 ſſa n, 365. alia Iudæorum turba cum Chriſtianis 365
Iuliæ duæ 410
Iulia Agrippæ filia non periit ferro aut veneno 155
Iulia vxor M. Agrippæ 155
Iulia Augusti filia 382
Iuliæ Auguſtæ æras 267
Iuliæ impudicitia 61
Iulia Druſi filia 249
Iuliana lex 279
Iuliæ leges 160
Iuliam legem Papia obſcurauit 162
Iulia & Papia confuſæ 161
Iuliæ legis quæ pœna 238
Iulia lex diuerſa à Papia, tempore & re 160
Iulium templum apud Bouillas, & ludi 110
Iulius Antonius 21
Iulius Pollio 292
Iulius Poſthumus 220
Iuniæ ſtirps in parte explicata 212
Manlij Iunijs adiungunt 212
Iunia Caluina 342
Iunius Gilo 345
Iunius Otho rhetor, 206. genus eius dicendi ibid.
Iupiter Chryſtoru. 204
Iura in bonis liberorum pro ratione liberorum 172
Iuramenta apud ligna ſe... ſo l ta, 459. & plerumque ſolennes in litteras inus ibid.
Iuramentum in Principum acta, 387
Iuramentum in litium 486
ei ſalus principis iuratur 486
Iuramentum per nomen Auguſti, 71. eius religio ibidem.
Iurare per dextram 131
Iuratus Senatus 226
idem more Græcis ibid.
origo iuris trium liberum, 168. id princeps dabat ibidem.
Ius quatuor liberorum 169
Ius mariti 166
qui Ius habuerint mali is animaduertendi 54
Iuriſdictio in vrbe apud quædam Equites 372

Iunii.

Iuſiurandum in acta Principum 408
exceptis peſsimis, ibid.
Iuſtitium in Funere, 133. mutatio veſtis in Iuſtitio 133
Iuſtus Catonius quis 48
Iuuenales ludi, qui dati 430
Iuuenalia cur appellata 430
Iuuenalis lectio dubia 33
Iuuenalis explicatus, 170.213. 375.401
Princeps Iuuentutis quid 6

K

KAmi 66
Kalendarum religio 255
Kalendis anni vulgo aera delibabant 254
Kalendis Ianuarijs etiã a caede & pugna abſtinebant 256
Kalendis omnia triſtia ſpreta. 256

L

LAbeonis Iuriſconſulti pater egregius 112
Laberij reſtitutio 140
Lacta ... nomina 53
Laetoria lex 305
diſcrimen inter eam & Claudij ſcitum ibid.
Lampridius 143
Lampridius correctus 333
Lapis falſus 357
Laticlauij, qui dicti 400
Laticlauij in Curia 266
Laurea triumphantium in gremio Iouis 94
Laurus è faſcibus 94
Legati exercituum 108
Legatio libera olim ad peregrinandum 346
quare quae Legio ſuum Praefectum habuit 44
Legio ibus ſingulis ſua praecipua 4[illegible]
tres ... Legion... Pannonia [illegible]
vna & vicesima Legio [illegible]
Lentulus Coſſus [illegible]
Lentuli ... Getulicus ab Auguſto ... aerſus, [illegible]
Lemulorum [illegible]
Lepida conſobrina Claudij [illegible]
Lepida Domitia ſecunda Ap... vxor [illegible]
Lepida Quirinium veneno ... 158
Lepidi duo Manius & Ma... 185
Lepidus, qui is? 414
Lepidi quatuor 416
Lepidus tutor liberorum Ptolemaei 416
Leucophrys inſula 203
mos Libandi Ioui ſeruatori 485
Liber & libera [illegible]
Libera eadem cum Cora [illegible]
Liberi patris habitus [illegible]
tres Liberi opus ad plena praemia [illegible]
feminis tributum etiam ius 169
petitioles à Senatu 169
Ius parentum idem 169
Ius liberorum idem 169
quid tamen propriè ſit 169
pro Libertate eſſe, cui bono [illegible]
Libertas iuſta [illegible]
Libertas conſtantia [illegible]
Liberti interdum binomines 363
Liberti non edebant ludos in vrbe 210
Libertini iidem cum libertis 162
Libertinorum filij [illegible]
Libertini à militia remoti [illegible]

Ayuntamiento de Madrid

primùm à Cæſare in Senatum lecti ibid.
[illegible]b...ni, ſen ma ob ...eorum 95
[illegible] ... inſcriptio 1
[illegible] entia in teſtamentis 45
[illegible]cinius Varro 20
[illegible]ctores Auguſtarum 27
[illegible]eorum remotio 120
[illegible]nus Appollinis filius 507
[illegible]tte, ſiue ... lucre 476
Literæ non neceſſariæ 309
Literæ quot Latinis primò 528
Literæ per milites commeabant 236
[illegible]ia German ci filia 28
[illegible]uia in nomen Iuliæ & Auguſtæ 15
[illegible]uia à Claudio conſecrata 152. cuiuſque nomine Iunonis, ibid.
[illegible]uia ſacerdos, & filia adoptione, Auguſti 23.28.384.
[illegible] ... adoptatus 152
[illegible] Bruto ſectæ 257
[illegible]uilla, Claudilla 215
[illegible] correctis, 35.36.89.90.153.349.350 361.
Loca multa, a diſtantia appellata 474
Locus ſuperior honeſtiſſimus in accubitu 426
Locus ſuppliciis ſeruilibus, Seſtertium dictus, 483. is extra vrbem, & quæ nominis cauſſa, 484
Lollia neptis M. Lollij qui ſub Augusto 138
Lollius rector C. Cæſaris 194
Londinum nobiliſſima vrbs 448
[illegible] ge clarus 447
[illegible] ... 217
[illegible] mater à luendo, expiandoque 476
Lucanus ſupra Neronem poeta, 481
Lucar quid 75
Lucaris quis modus 75
Lucar ſæpe mutatum 76
Luciliana prædia 334
L. Caſſius, 277. & C. Caſſius, 277
L. Domitius 66
L. Piſo cenſor, 274. eius 2135 ibid. eius triumphal a è Thracia, 275. cbr etas cum præfectum fecit 276
L. Silanus 380 495
L. Silani ... amor in ſororem, 339. Silanus caput ... ibid.
L. ...leſinus philoſophus, 495
Luculli villa 291
Ludi Aeliani 221
Ludi Auguſtales & eorum origo, 32
Ludi equeſtres à quibus peti, 438
Ludi Græci, 438 Græcis veſtibus fiebant 439
Ludi natalitij Auguſti 38
Ludi in Palatio 254
Ludi Palatini cuiuſmodi 72
Ludi ſæculares ... varie celebrati ab Auguſt. & Claudio 304
Ludos ſæculares quindecimuiri curabant 304
Ludi trilingues 410
Sacerdotes curabant Ludos, 205. præſertim quatuor collegia, ibidem
Ludorum curator 399
Ludorum editores Prætores, 418
L... templum vetus 475
Luſu... Geta Præf. 332
Luſtrale cer...men idem cum Quinquennali 492

Lucius

Luxus feminarum in gemmis, [illegible]

M

MAcer Iuriſc. illuſtratus 446
Magiſtratus non iudicat, 153
Magiſtratus nomen ad curato-res vi[illegible]m, 185. cenſores o-lim [illegible] curabant, poſtea q[illegible] ibidem
Magnetes duplices 115
Magorum, deuotorumque r[illegible] tus 129
Maiuma ſacrum annuum Ca-ſtorum 328
Mamertini 242
Man[illegible] Scaurus, 875. libidine in-famis. 285
Manc[illegible]p[illegible]ri 99
Mancipes qui dicti 183
Mani[illegible] tenuatus 125
Manumiſsio [illegible] ex 403
Ma[illegible]abudus rex, 113. eius re-gia ibid.
Marcella M. Agrippæ vxor & [illegible] ex [illegible] 154
Marcelli m[illegible] loco [illegible]4. Li-uia ei cauſa mortis fui[illegible], ibi. & Auguſtus 5
Marcellus Cornelius 494
M. Agrippa 342
M. Agrippæ ignobilitas 4
M. Agrippæ vxores & liberi, 154
M. O[illegible] 496
M. Silanus 380
Marita lex eadem [illegible] Iulia, 159
Mariti anteferri [illegible] Magiſtratu, 165
Mariti in ſorte Prouinciarum ante habiti 166
Maritorum priuilegia 165
Martialis flamen ad bellū nō mittitur, 200. nec Quirina-lis, ibid. imò nec Pontif[illegible] ibidem
Mart[illegible]al[illegible] explicatus, [illegible]
Mathematici quando & [illegible] tiet pulſi [illegible]
Matrimonium triplex [illegible] re, & co[illegible]mptione [illegible]
Matrimonij etymon [illegible]
liberi à Matrimonio [illegible] cendi [illegible]
ſobrinarū Matrimonia [illegible] cur [illegible]t, 341. a [illegible] doſiu, 341. a [illegible] e-uiſſerunt, ibi. [illegible] ducere [illegible] non [illegible] ſ[illegible]torum licuit [illegible]
Matris cum filio co[illegible]tus [illegible]
Ma[illegible]onæ [illegible] forma[illegible] a virginibus [illegible]
M[illegible]tellacum [illegible]
Ma[illegible]rus [illegible] [illegible]
[illegible] Maximo hiſtoria [illegible]
Maxim⁹ Nasoni amiciſsim⁹ [illegible]
Me[illegible]ica veſtis [illegible]
Meg[illegible]entia quando [illegible]
Mēnonis m[illegible] fig[illegible] [illegible]
Meretrices etiam le[illegible] lucerunt, poſt Domi[illegible] uictum, [illegible]
Meretrices Athenienſes q[illegible] habitu. ibid.
Merulæ cædes quando [illegible]
Meſſalinæ lepidum factū, [illegible]
Meſſalinæ quæ mater? ibid.
M[illegible] ex D[illegible]ce [illegible]
Milites ſine coniugibus [illegible]
Milites promoti ex donis [illegible] etiam ex cenſo ibid.
Mini[illegible] magiſtratuum e liber-tis. [illegible]
Minutius correctus [illegible]
M[illegible] promuntorium infa[illegible] haut agris [illegible]
Pollas [illegible] culta [illegible]
Miſsio duplex ſub Auguſto [illegible]
Miſsio plena, quid [illegible]

cau[illegible]

Ayuntamiento de Madrid

...tura diſcriminis Miſſionem, ibid.
Mithridates Armeniæ rex 301
victus à Caio 302
Mœſtos memps 299
Mollities, quid Latinis 481
Monogamia improbata 165
Monogamiæ honos 142
Montanus poeta 236
Mors ſua. arbitrio 495
Mulctare quid 52
Muſonius philoſophus 455
...pulſus Roma 490
Mutare pariendi ſignificatu, 352

## N

NArciſſi petulans nequitia, 445
Natalis, quidam impurus 481
Naves duplici gubernaculo 85
Navis rectæ 366
Naumachia Auguſti ibid.
Nauperium 44
Neceſsitatis non trita notio 25
Nero inter poetas 435
Nero petulanter graſſatus 400
Nero primus ſæviit in Chriſtianos 478
Neronis oratio in argenteum in cilla, 385. primum orationes aurea in 29 ibid.
...rior Neronis domus 473
Nero quot ſtatuas è Græcis abſtulerit 438
Nero et garius ibid.
Nero Ianum incendiū auctorem 473
Nerua Iuriſconſultus 281
Nil ... 126
Novendial ſacrum 269
in Numerato habere ingenium, 277
in Numero mortuorum eſſe quid ſit 166
Numerus in tacito vitioſus 114
Numidia gens 359
Nuptiarum formula & definitio, 331
matrimonij etymon, ibid.
Nuptiæ à ... 331. ... nuptiis, matrimonium ſolvebatur, 331
tempus legitimum inter Nuptias viri, novaſque 165
Nurſcia Volſiniēnſium dea, 213

## O

OCtavia an in Aegyptum relegata 457
Odo atius Poppææ rogus 493
Officia in codicillis à Principe data 397
Olcariorum tabernæ 473
Oleum in congiario datum, 452
Nero primus ad Gymnaſia dedit 452
Ollius Poppææ pater 413
Onufrij el gl m 303
Operæ ad acta 89
Optiones, adminicula Centurionum 455
Orcheſtræ conſ ſtu ſociorum lege ... ſtab. ... 417
Orij error 17 114. 218
Ortalus cognomen Hortenſiorum, 108
Ortalus boni patris mala proles, 108
Ortygia lucus 203
Oſci luci 220
Oſca ſermo ibid.
Oſtent... Neroni factum 304
Oſtorius Sabinus 561
Othonis error 106
Ovatio & triumphus nō pa-




Ayuntamiento de Madrid

teſt ſine imperio 153
Ouidius illuſtratus, 23.33.127.
400
Ouid. ) carmē de nouo Deo 25

P

Paconius Agrippini Philoſophi pater 562
Pacta & teſtamenta olim in templis 14
Pactius Orſitus primipilus aut primipilaris, inconſtanter dicitur 459
Pædagogia verorum 488. 489 ad delitias plerumque ibidem
Pædagogium pro certo non pro loco ibid.
Palamedes quot literas inuenerit 307
Palatium in templum Auguſti quis extruxerit 24
Pallas a rationibus Claudij, 300
Pallas per infamem adulationem cur vibus Arcadiæ 364 ſeruus antea Antoniæ, ib.
Pallantis ex mij honores 365
Palpo ius Hiſter 152
Paludes militi non adſignatæ, 38
Panegyricus, ſcriptore mendacius, 150.192
Panis [illegible] origo 64
Papia quando cœpit 160 cauſſa nominis, ibid.
cauſſa ferendi ibid.
Papia, Senatoria lex 162
Papia lex valebat ad honores conſequendos 119
Papiæ leges à Seuero abrogatæ, 117
de lege Papia liber exeurſus, 158
index eorum qui ad Papiā legem ſer pſerant 172. & ſeq.
Parentalia nono die, 269 cibi ſollennes in Parētalib', 270
Parare quid 100
Parthi venatiōni a [illegible] 87
Parthorum reges qua enus ad Romanos pertinent 80
Parthorum mos in victimis & ſacris 460
Paſſienus ſecundus Agrippinæ maritus 540
Parlendi verbum agendi ſignificatione frequens antiquis 10
Patres maiorum gentium & minorum 326
Patres olim filios ſuis relegabant, 402
Patroni s cum liberta contrahens 162
Paulli baſilica & porticus 209
Pauſaniæ error 452
Peculio ſuo ſe ſerui liberabant, 451
Pecuniæ id templis 15
Pecuniæ militum apud ſigna, 54
Pedibus inteſtis quis 124
Pedo Pompeius 95
Pelaſydes vbi natæ, & captæ, 475
Pelacia 338
Penthilus Arcadiæ rex 24
Peregrinationes veritæ Senatoribus 340
Perſæ reges ſuos pro diis colunt, 235
Perſæ Soli equum immolant 287
Romani & Myſij Marti, ibid.
Perſæ primi credi a virum excidiſſe, 285 ſiue, vt alij, Semiramis ibid.
Petilius Cerialis 448
Petrina ala 490
Pharus Capreis 251



Ayuntamiento de Madrid

Philippolis, 190. variè dicta ibidem
Philoſtrati locus, 187. & error 427
Phœbus libertus 495
Phœnix quando in AEgyptum venerit 283
Phraatis liberi & nepotes 79
Phraſis non frequens 112
Phryxi oraculum 287
Piacularia ſacra à Tullo 342
Pilæ in aquis, è lapide, vt ſubli cæ, è ligno 419
Pinciani laus 24
Piſo collega Aug. Tiberióque in conſulatu 152
Plancina, 112. virilia munera obit 185
Plato à Tacito laudatus 271
Plautius Lateranus, 33• eius virilis mors 484
Plautus explicatus & emendatus, 103.230.244.271.303. 404.451
Plebeij Senatores in patres adſcripti 326
Plebiſcita non in vſu temporibus principum 300
Plinius correctus & explicatus, 7.34.40.43.100.180.196. 273.375.381.385.399. 411.470.479.489
eius recepta lectio defenſa, 95.
eius nouus intellectus 167
Plinius hiſtoriam temporum ſcripſit 397
Plutarchus correctus, 9.291. 298.397
Pœna damnatorum in x. diem dilata, 195. à Theodoſio in xxx. ibidem
Pœna in libertos ab Auguſto, 402
Pœna militaris 410
Polemo rex eiuſque ſtirps, 123
de Pollione celebris hiſtoria 23
Pompeius Theophanes 280
theatri manſuri, primus autor Pompeius 436
Pomponij error in præc. 29
Pomponij error in Caſſio 277
non eſſe illum Iuriſconſultum, ibidem
Pomponius Flaccus, 127.283
Pomponius poeta 305
ambiguum illi prænomen, ibid. ſeptem annis in cuſtodia habitus ibidem
Pons in Rheno 69
Poppæa 299
eius rogus odoratus 495
Porta vna diuerſis nominibus dicta
Portarum ordo, ſitúſque, 68. 69
Porticus Liuiæ qua cauſſa facta 22
Poſſeſſorum vias reficere 189
Prædia Luciliana 334
Præfectus AEgypti ſupra cæteros ius habuit 370
Præfecti ærario tabulas publicas adſeruabant 262
Præfect. caſtrorum quando, 44
quæque legio ſuum Præfectum habuit 44
Præfectus Latinorum, è iuuentute 233
Præfectus vrbis cur in Tiberij verba non iurarit 12
Præfect. vrbis iuriſdictio 402
ordo, ſucceſſióque Præfect. vrbi 274
Præfecturæ poteſtas & munia, 275.450
Præguſtator vbis principib. 378
quando is mos cœpiſſe videatur, ibid. traductus eſt à Perſis ibidem



Ayuntamiento de Madrid

Præmium accuſatoribus quando datum, &c. 258
Præmia maritis, patribúſque, 165
Præmia patrum multa etiam veteri rep. 166. auxit ea Auguſtus ibid.
Præmium pecuniarum in miſſione, 41. eius definita ſumma ab Auguſto 41
emeritum ea ipſa pecunia, ibid. an agrorum vice data, 42
Præruptus animo 494
Prætextæ vſus in ſacris 89
Germanicus ea vſus tanquã augur 89
Prætorum origo & proceſſus 29
ſub Cæſare quot Prætores 29. & quot ſub Auguſto 30. varietas in numero, ibidem
Prætorum numerum auget Sulla 29
Prætores & conſules curru vecti in Circo 33
Prætoria & ordinaria eadem 67
Prætoriæ cohortes ſparſim habitæ, 214. caſtra earum qua parte vrbis ibid.
Principis nomen & origo 2
Principatus olim inſignia 13
Principi ſemper XII. faſces, 388. Domitianus XXIIII. ſumpſit ibid.
Principes in viuis nunquam Diui dicti 491
Principis quæſtor orationes Cæſaris recitabat 502
Principium pro principatu poſitum 2
Principium, in Suetonio 492
Proconſules & legati qui pro-, prid. 73. diſcrimina inter vtroſque. 74. coniungit vtroſque Tacitus ibid.
Proconſulare Imperium deterius Præſidiali 73
Proconſules, propter legatos nefas amplecti 469
in Proconſulum prouinciis etiam procuratores 371. 372
Procuratores fiſci 116
Procuratores initio non aliud quam rationales 373
Prodigia ante euerſam coloniam, 437
Promagiſter viceſimæ 409
Propertius illuſtratus & correctus 159. 199
Prouinciarum diuiſio facta primo die imperij Auguſti 64
Prouincia vetus 64
Prouinciæ minores ſolis Procuratoribus rectæ, 369. paulſatim iura dicere auſi, & vice Præſidum fuerunt, ibidem
Procuratores ex equite, aut libertino 370
Prouinciæ publicæ ſiue populi 384
Ptolemæus Africæ rex 228
Publicum, quid 416
quorum bona Publicari ſolita, 284. publicationem primus Cæſar induxit ibidem
P. Anteius 599
P. Celerius 382
P. Corn. Dolabella 210
P. Suillius Quæſtor Germanici, 412
Pueri ad cereos elati 147
Pueri noſtri quos paigios vocamus eriundi à pædagogis 489
Pugnæ aperta inter Suetonium Tacitumque 248

Pugna

Ayuntamiento de Madrid

Pugnæ ſignum vexillum proponere. 55. Tunicæ forma fuit, ibid.

Puniceus color in titulis librorum 306. tribuni militum ipſi puniunt, 486. ſed plerunque ſpeculatores ibidem

Puteolanæ moles 426

Puteoli quando deducta 441

Puteoli 104

Pyrrhica ſaltatio 332

Q.

QVadrageſimæ vectigal ſub Theodoſio Arcadio, 415

Quadruplatores vnde dicti, 229

Quæſtiones perpetuæ, quando, 29

Quæſtoria munera 314. 385 ſuſtulit Nero, ibidem, impoſuit iterum Domitianus 314

Quæſtores primi quando 315

Quæſtor miſſus ad cædem Vitaliani 11

Quæſtor Principis orationes Cæſaris recitabat 502

Quæſtor conſulis 504

Quæſtoria & decumana cædē, 67

Quæſturæ ætas certa fuit 180

Quænam illa ibid.

Quarti præmium in crimine maieſtatis, 224. vulgare præmium accuſatorum. 224. item repetundarum, ibidem

ſeruis octaua præmium, 225. variarum in his præmius pro arbitrio Senatus ibidem

Quinctilius Varus 292

Germanici gener ibid.

Quinquageſimæ vectigal, 408. 415 416

Quinquatrus, 424. continuus lætæ 425

Quinquennale certamen Neapoli, 436. etiam in Iudæa, ibid.

Quintana, nulla porta 67

Quintana via 68

Q. Haterius 200. 249

Quirinus conſul, 195. eius expeditio in Homonadenſes, 193

Quirinius in Syria 193

Quiritium compoſitæ modulatæque voces 495

R.

RAtionem conſtare quid, 11

Reditus duplices in quibuſdam prouinciis 372

Regiſtra publica 242

Reip. ares partes 26

Relationis ius ſoli conſules habent, aut iis abſentibus Pretor, 461

Relationum verba ibid.

Relegatio olim frequens 414

Religio in capiendis ſignis 59

Remittere & permittere contraria 17

in Renunciando, militiæ mos, 10

Repetundarum criminis quæ pœna 445

dicere Repudium, pro repudiare, 155

Res Romana Tacito pro Imperio 199. 251

Rhamſes Aegypti rex 126

Rhaſcuporis rex 130

Rhenani temerarium facinus. 191




Ayuntamiento de Madrid

Rhodiis libertas reddita 386
Robur in carcere 230
de Robore præcipitari ibid.
Rogus Poppææ odoratus 494
Roman. origo à Samothrace, 112
Roma olim non ad normam, 473
Romæ nouæ plures inſulæ quam domus 477
Roſcia lex, tantùm de theatris, 469
Rubellius Blandus 285
Rubellij Plauti cognomen irc-tentum. 395. eius genus, 396
Rubellius Plautus diſcretus ab illo de quo Suetonius 456
Rufus Criſpinus 413
Ruminalis ficus 419
Rutilius illuſtratus 424

S

SAbrina fluuius 353
Sacerdotes Claudiani 447
Sacerdotes coronati in ſacris, 24
Sacerdotes vota concipiebant pro ſalute principum, 498. ea obſignabantur in tabulis, ibid. quis dies votorum ibid.
Sacra externa repreſſa 141
Sæuia lex 126
Salis parandi ratio in Germania & Galliis 418
Salluſtius amicus Auguſti 10
Salluſtius illuſtratus, 155. 360
Samothracia alia ab Imbraſia, 121
Sami tres ibid.
Sanctitas templi Dianæ 202
Sanguinis guſtus ad ſacra 360
Sanquinius Maximus 268
idem præfectus vrbis ibid.
Sardes terræmotu côcuſſæ, 115
de Sarubapienſis ſiue Salube-rienſi iudicium & iudicium 374
Satrius Secundus 251
Saturnale ludicrum in crean-do rege 391
Sauteius Tragus 335
Scauri locus correctus 206
Scena temporaria 437
S num generale nomen 310
Scorta proſtabant nudis corporibus 472
Scribarum ordo 403
libertis predio patebat, ibid.
in decurias tributus ibid.
Scrutatores in aula 315
Claudius primus inſtituit, ibidem Veſpaſianus ſuſtulit ibidem
Secundus Carinas declamator, 479
Sedes in theatris 154
quando inualuerit la mos, ibidem
Sedes vulgatis in curia . quid, 218
Seges calumniarum lex Papia propter fiſci iura 179
Segeſtani à Troianis orti 242
Segimundus olim, hodie Sigiſmundus 64
Sellarij, qui 266
Sellæ conſulum ſublimes 218
cædem celatæ ibid.
Seiani filia quando deſponſa Druſo Claudij filio, 182. 217
Seianus adoptionis nomen habuit 271
Sempronius Gracchus 61
Senatoribus ius fuit quod vellent pro ſententia dicere 461
Senatus in Palatium vocatus, 386
Senatus ſæpe conſulta referebat ad Principem 401
Sc. Silanianum 410
Sc. de tormentis ſeruorum 89

quan

quando torqueri in dominum ſeruus poſſit 48
Seneca correctus & explicatus, 3.4.7.10.20.21.24.64.95.148.149.195.197.233.214.256.185.249.250.274.278.340.341.391.399.480.497.504
Seneca ab adulando auerſus, 483. eius exſilium, 343. eius frugalitas, 480. oratio, 484 vxor nobilis 485
Senecio, quid? 482
Sepultura qui prohibiti 124
Sericum quid 106
veſtes è ſerico pellucidæ, item è bombyce 106.107
Serica quando Romæ ibid.
Seruilij iudiciaria lex, 373. immanis ſeruorum numerus Romanis, 196. quinque millia vni homini, ibid. imò viginti millia 197
Seuerus imminuit Papias leges & abrogauit. 217.179. & Conſtantinus, Theodoſiuſque, 179
Sepin viarum 183
Sex. Africani ſtirps 355
Sex. Marij opes 281
Sextius Paconianus 267
Sex. Pompeius, 151. Valerij Maximi amicus, ibid. Proconſul Aſiæ 161
Sido rex 352
Sidonij error 195
Signa Romana, 464. titulus inſignis ibid.
Signa cohortium, ibid. formam crucis referebant, ibid. coronæ in ſignis, ibid. ſub principibus etiam imagines, ibid. ex. Cæſarum vultus, ibidem. Iſidorus explicatus ibid.
Signum militiæ à Tribunis datum militi. 381. tribunis à duce aut ab imperatore ibidem
Signa incompta quid & quando, 44
Sigonij lectio reiecta 289
Silanianum Sc. 450
Silanus Creticus 112
Silicernium 270
Silius Italicus emendatus, 376
Silius legatus damnatus à Tiberio 344
Silures, populi 447
Siraci populi 344
Sirpicus cur dictus 96
Siſtentare pro oſtentare 460
Smyrnam quis condiderit 247
Sozimus rex 368
Sobrina proprior, quæ? 377
Sodales Auguſtales 62
Sodales Titij 62. 347
Sofonius Tigellinus 454 obſcuris parentibus ibid.
Solidum capere 220
Solinus correctus 118
Solis templum in Circo 491
Sollennia idē quod vota, 500
Sonor, ōris 449
Soſibius Grammaticus 295
Spargere flores in aliquem, honoris. 456. aut iacere coronas 457
Spectrum 513
Spei templum 118
Sponſa in mariti gremio 329
Sponſalibus data lex 263
Sponſalibus quando locus, ibidem
Stagnum nauale 433
Statij locus emaculatus, 147. & explicatus 420
Statuæ nominatim deo cuipiam dicari ſolitæ 205
Statuæ pro triumpho 227
Statuæ velabantur 219
Statuarum quarundam ius caſinium 217



Ayuntamiento de Madrid

Statuarum capitis permutatio, 72
de Stipendiorum vero numero, 34
Stipendiorum quot anni 36. & quando videantur cœpiſſe 36.
Stipendia equeſtria quæ 37
Stipendij Græcanici modus 40
Stipendio aucto, non vltrà militi veſtis è publico. 40
Stipendium Prætorianum 42
Stipes ad ludos, dijs poſitæ, & ad capita fontium iactæ 434
Strabo correctus 64.72
Strabo in Aegyptum iuit. 126
quando deſierit ſcribere 225
diuerſus à Tacito 122. 203
Stratonicea à Parthis obſeſſa, 204
Studioſi auſpicabantur Vulcanalibus 235
Stupra quomodo olim vindicata. 138
permiſſa propemodũ libertinis, 138 etiam matronis ſi profeſſæ, quæ habitum matronalem deponebant, 138
profeſſio apud AEdiles 139
AEdiles accuſabant ad populum ibid.
Sublaceum 440
Sublacenſis villa ibidem
Subſtillus 242
Suetonij à Tacito diſſenſus 10
Sueton. correctus & explicatus 16.29.28.41.73 75 116. 120. 153. 157. 163. 164. 183. 186. 199. 200. 241. 242. 248. 281. 282 289. 296. 315. 316. 330. 356. 366 383. 403. 413. 424. 446 454. 458 471.
Sueui & Sugambri in Galliam traducti, poſtea Burgundiones dicti 94
Suidæ obſcurior nota 32
Suidas emendatus 63.416
Suillius 231
Sulla auget Prætorum numerum 51
Sulpicius Camerinus 416
Sulpicij, Pœnici cognominati, ibid.
Sumptuaria lex Auguſti 196
de ea Agellius emendatus, ibidem
Supplicium nunquam die feſto 255
idem ſeruatum à Græcis, ibidem
Supplicium moris maiorum, 451

T

TAbernæ oleariorum 473.
ſabularum 162
Tabularum obſignatio in teſtamento 449
Tacitus correctus & explicatus 12.27 47.63.69.92. 115. 117.121. 144. 148. 151. 153.161.189. 190. 194. 211.208.211.228.230.261 276.287. 340 349. 354. 361 362. 375. 387. 407. 418 448. 463. 466. 468. 478 481.491.
Tacitus Senecæ amicus 183
eius ſententia compar Thucydideæ 151
eius verba in ordinem redacta, 151
Talo creabatur rex 391
Tanfanæ templum 611
Tarentinum fœdus 19
Tarpeium ſaxum 105
Tegere aduerſum aliquem 425
Templum Claudij 447

Tem

Ayuntamiento de Madrid

Templum Lunæ vetus 475
Templum Palatinum Auguſti quis extruxerit 24
Templa Romæ & Auguſto 231
Templum Solis in Circo 491
Templum Spei 118
Termiſſum opidum ſiue Termes, 244
Tertullianus correctus & illuſtratus. 73. 286. 422. 457. 498
Tertullianus. 404
Terræmotus magnus 114
Teſſeræ dandæ ratio 383. cur ſic dicta, ibidem. deorum nomina crebrò pro ſigno, ibidem
Teſſera duplex 384
Teſtamenta olim in templis, 14
Teſtamenta eorum rata qui ſe interfecerant 284
Teſtamentorum licentia 288
Teutoburgienſis ſaltus 65
Theatrales operæ 34
Theatri manſuri primus auctor Pompeius 457
Theatri factiones 34
Thelebox, pro Capreis 250. eas Auguſtus emerat, ibid. manſeruntque apud Cæſares 293
Theſei aſylum 186
Thraces montani, 245. liberi ſunt ibid.
Thracium bellum 60
Thraſea Pætus 497
Thraſullus 282
Thyrſus 333
Tib. Alexander 463
Tiberij ætas 292
Tiberius periurij reus 30
Tiberina foſſa 79
Tiberis curatores 79
Tibullus explicatus 186
Ti. Plautius 257
Ti. Sabinus 253
Titurius 295
Toga picta Prætoribus, per ludos 23
Toga virilis quando data, 355
Torquata, Veſtalis 207
Trabea lætitiæ, non luctus, 145. ordinem diſtinguit, 146
Trabeæ equitum propriæ, ibidem
Traianus auxit Imperium, 127
Transfugæ pariter vertebant vexilla & ſcuta 145
Trebellienus Rufus 289
Tribunalis ceſpititij eccultior mos 43
Tribunalis erectio quid ſignet, 43. ſolius Imp. id eſt 44
Tribuniciæ poteſtatis inuentor Auguſtus 199
Tribuni militum ipſi puniunt, ſed plerumque ſpeculatores 486
Tributi AEgyptiaci modus, 277
Triumphus & ouatio non poteſt ſine imperio 153
Triumuiri ſimiles vndecimuiris Græcorum, 264. eorum impotens factum ibid.
Turnebi ſententia comprobata 331
Turranius Præfectus Annonæ, poſt Auguſtum 12
Tuſcus vicus, 251. vnde dictus, ibid.
Tyrocinij dies ſollennis 181 in forum, Capitoliúmque ab agnatis deducebantur tyrones, 181
Tyrrhenus in Italiam 246



Ayuntamiento de Madrid

## V

VAl-Poticus 314
Vannianum regnum 352
Varro explicatus, 121. & correctus 104.121.418
Vatinius ſutor 471
Vectius Valens adulter 230
Vedius Pollio 21
Vegetius emendatus 44
Vela cubicularia, 386. leuari ſolita venienti, ibid. velo leuato cognoſcere ibid.
Velaria 387
Velleius correctus 384
Velum inter mortuum interiectum 219
Vergens dominatio vt vergens ætas 258
Verginius Rufus 492
Veritanij ridicula ſententia, 171.221
Veſalia opidum 88
Veſtales in carpento vehunt, 357. item dij, & relati in diuos, ibidem
Veſtales in theatro vbi ſedebant, 223. vbi in Circo ibid.
Veſtes pellucidæ ad viros abierunt 197
Veſtis feminarum in luctu quæ 131. nigra vt multi adſerunt, 131. alba vt alij, ibid. in concordiam ſcriptores ij reducti, 131. coloris mutati cauſſa parum certa ibid.
Veterani qui propriè dicti 37
Veterani, iidem cum exauctoratis, 38. emeriti etiam dicti & Vexillarij ibid.
Vetrius Bolanus 458
ad Vexillum retinere 37
Vexillum in tabernaculo ducis. 55
Vexillum proponere eſt ſignū pugnæ 55
Viatorum ſeſſio in theatro 455
Vibius Auitus 411
Vicesimarium aurum 410
Vicesimæ vectigal vetus, in libertos 401
Vicesimæquintæ vectigal in leuis vænalibus ibid. etiam quinquageſimæ ibidem
Vigiles è libertis 413
Vigilum cohortes nullo, aut vili loco 216
Vigintiuiratus capeſſendi neceſſitas, 180. qui ſint XX. viri, 180
Villa Cæſaris in Baiano 418
Villa Luculli 391
Villæ duodecim à deorum nominibus 253
Villæ ad ſpeluncas, 249. Prætoria dictæ ibidem
Vindemiæ feſtum, 332. ſiue Liberalia: quæ Cæſar inſtituit, ibidem
Vindemiæ feſtum magna corona dictum 333
Viniciianus Pollio 471
M. Vinicius, 278. eius eloquentia lenta 278
Viocuri, id eſt, qui vias curant, 181
Vipſania vxor Aſinij Galli, 210
Vipſtanus 410
Virilitas incerta 269
Viſellius Varro 191
Vitæ ratio duplex priſcis 301
Vitellij impudicum os 297
Vitellius inſignis adulator, 287
Vlpianus correctus 102
Vlpiani error aut ſcripturæ vitium 404
Vnciarium fœnus, 279. ſemunciarium fœnus ibid.
Vocandi ius Tribunis non eſt

Ayuntamiento de Madrid

eſt, 404
Voleſus Meſſalla, 207
eius inſignis crudelitas ibid.
Voluſij duumuiri 455
Voluſius Saturninus 406
Vortumnus deus Etruriæ 252
Vota annua 224
Vſuræ ſublatæ 280
Vxor in manu viri, 119. ipſe cum propinquis de ea ſtatuebat ibidem
Vxores non comitabantur viros in prouincias, 185. mutatum id ſub Auguſto. ibidem
Vxores in conuiuiis ritu Rom. 295. iacebant in ſinu maritorum, 295. & amicæ in ſinu amatorum, ibidem

X

Xenophontea imitatio 66
Xylandri lapſus, 135. 162. 205. 274

Y

Ὑγιαῖνε quid 6
Ypſili & diphthongi & non abſimilis pronuntiandi ratio 416

Z

Zonaras correctus 217. 405

FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM I. HISTOR.

LIBROS DEL DR. L. MARCO

## NOTAE.

SERV. Galba iterùm T. Vinius COSS.] *Vulgò appellant T. Iunium. At mihi religio non fuit ſequi ſcripturam antiqui marmoris eruti ad radices montis Cœlij:* PAG. 511.

SER. GALBA. II. T. VINIO. COS.

*à quo præſertim ſtaret Plutarchus, qui fere hunc hominem* Τίτον Οὐίνιον, *aut* Οὐίνιον *appellat. Simile mendum in Suetonij Aug. cap.* XXVII. *vbi* T. Iunius Philophœmen, *ſcribitur, qui ex Dione eſt* Vinius. *etſi Appiani ſcriptura firmat vulgatum. Sanè Iunia gens nobilior, quàm vt in hunc hominem conueniat: cuius pater dumtaxat ex familia Prætoria, vt Tacitus infrà refert.*

PAG. 512. Opus aggredior plenum variis caſibus.] *Parum firma cui germana lectio. Nam Vatic. ille opt.* opus aggredior opibus caſibus, *præfert: & ſuprà adnotatum*, opimum. *Et in Romano antiquitus excuſo, item lego,* opimium caſibus *Cenſeam fuiſſe,* opulens caſibus. *quæ vox paullo à vulgo ſeductior, exſcriptores ſeduxit.*

Perdomita Britannia, & ſtatim miſſa cohorte in Sarmatarum ac Sueuorum gentes nobilitatus cladibus mutuis Dacus.] *In vitio aperto & confuſione locus. Quid enim illud*, miſſa cohorte? *Itane*



Ayuntamiento de Madrid

*vnius cohortis res fuerit, in Sarmatas ac Sueuos bellum? Nugæ. Denique quis hic ſermonis contextus aut cohæſio, miſſa cohorte in Sueuos, Dacum cladibus inuolutum? qui populi ſanè diuerſi. Omninò rectè correximus pridem:* perdomita Britannia, & ſtatim amiſſa. coortæ Sarmatarum ac Sueuorum gentes. nobilitatus cladibus mutuis Dacus: *nec exiguo ad hiſtoriam momento. Diſcimus ſcilicet perdomitam Britanniam (quod Domitiani imperio accidit: eamq; laudem Agricolæ ſocero ſuo noſter tribuit, in eius vita:* Britanniæ ſitum non in comparationem curæ ingeniíque referam, ſed quia tum primum perdomita eſt) *& mox ignauia aut diſſidio Principum amiſſam. Certè Spartianus auctor, ſub principia imperij Hadriani,* teneri Britanniam ſub Romana ditione non potuiſſe. *Addit amplius, penetraſſe eundem Principem in Britanniam, nec tamen totam recuperaſſe, ſed* per octogintaquinque millia paſſuũ murum duxiſſe qui Barbaros Romanóſque diuideret, *Cuius muri meminit etiam Dio in vita Commodi:* τῶν, *inquit*, ἐν τῇ νήσῳ ἐθνῶν (*de Britannia loquitur*) ὑπερβεβηκότων τὸ τεῖχος τὸ διορίζον αὐτούς τε καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδα. *Alius ab illo murus, ſiue vallum potius, quod Seuerus Imperator duxit per millia paſſuum* XXXV. *vt Eutropius ait, ſiue* XXXII. *vt Victor. De quo vallo diffuſe & diſertè Beda, lib. 1. cap.* V. *Aliquid etiam Vuitichindus Saxonicorum, lib. 1. At fons totius huius corruptionis (verè enim interpolatus locus) à verbo* cohortæ *ortus: quod plerumque libri ſcripti in medio aſpirant.* cohortæ, cohoriri. *Hinc turbellæ.*

Hauſtæ aut obrutæ vrbes fœcundiſſima Campaniæ ora & vrbs incendiis vaſtata) *Verius diſtinxeris*, Hauſtæ aut obr. vrbes fœcundiſſimâ Campaniæ orâ. & vrbs inc. vaſtata. *Id enim ſignificat,*

*ficat,*

Ayuntamiento de Madrid

*ficet, in Campania hauſtas aut obrutas vrbes prodigioſa illa eiectione Veſuuij montis, quæ ſub Tito. Quæ duo opida cum pagis multis obruta, Herculanium & Pompeij, quin ille ipſe naturæ magnus teſtes Plinius, perijt eodem caſu. Statius de hac re eleganter:*

Mira fides, credétne virûm ventura propago
Cum ſegetes iterum, cum iam hæc deſerta virebunt,
Infrà vrbes populóſque premi?

*Tangit & * Plutarchus in ijs quæ Theſpeſio reuelata, vbi* Βέσβιον ὄρος *appellat: quod malè interpres Lesbium montem vertit. At quod in Tacito de incendijs vrbis eſt; intellege, de Capitolio exuſto ſub Vitellio, & de igne triduano, qui ſub Tito. Dionem vide.*

* *Libello,* περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων.

Atrocius in vrbe ſæuitum.) *Rectè. Imago enim ſæuitiæ cædiúmque multa in inſulis & prouincijs, maior in ipſa vrbe. Egregius tamen & acutus quidam iuuenis mauult,* in vrbe ſeruitium.

PAG. 513. Vt non modò caſus euentúſque rerum, qui plerumque fortuiti ſunt, ſed etiam ratio cauſſæque noſcantur.) *Vlcus hîc niſi fallor, etſi tectum, Si enim caſus euentúſque rerum fortuiti, quomodo remittis me ad cauſſas? aut cur vbique tam multus tu, tam ſerius in ijs explicandis? Cenſeo immiſſa negatione ſcribendum,* qui plerumque haud fortuiti ſunt: *ad rem & ad verum certè, ſi non ad Taciti mentem.*

PAG. 514. Pars populi integra & magnis domibus annexa.) *Attende, & mecum reſcribes:* pars p. integra, & magnis domibus annexi clientes libertíque damnatorum. *Integram partem populi appellat, ſinceram & laſciuia temporum non corruptam.*

Odio flagitiorũ onerabant. *Siue, vt libri ſcripti,*



Ayuntamiento de Madrid

oneratum. *Vox quidem ea retinenda eſt, malè à bono expulſa.*

PAG. 515. Cingonio Varrone.) *Ita ſcribamus. Iubet Vaticanus, qui non aliter nominat: & Plutarchus, cui eſt* Κιγγώνιος Βάῤῥων. *Sed & in Taciti vulgatis etiam libris ita perſcriptum. Annali* XIII. cenſuerat Cingonius Varro conſul deſignatus. *Eſt autem hic ipſe.*

Petronio Turpiliano.) *Qui conſul fuit anno vrbis* DCCCXIV. *Plutarchum ſperno, ſiue librarium, in quo* Τερτυλλιανὸς *dicitur.*

Multi ad hoc & innumeri) *Vitium quiuis viderit & ſermonis ineptias, imò ſordes. Quid enim illud eſt,* multi & innumeri? *adſtricto noſtro ſcriptori ſatis erat, credo, alterum. Ferretus emendabat,* milites ad hoc innumeri. *Ego veriſſimè ex Farneſiani veſtigiis,* multi ad hoc numeri. *Ad hoc, Salluſtianum eſt: & valet, Et iam, Præterea. At Numeros hic capio cohortes, manus, vexilla. Ceterum id verbi ſub æuum Taciti, eo ſenſu. Plinius lib.* X. *epiſtol. de Tironibus:* nondum diſtributi in numeros erant. *Vlpianus:* exercitum non vnam cohortem neque alam dicimus, ſed numeros multos militū. *Idem:* ſiquis militum ex alio numero tralatus ſit in alium. *Suetonius Veſpaſ. cap.* VI. & tunc quidem compreſſa res eſt, reuocatis ad officium numeris parumper. *Claudianus:*

Regnorum tractat numeros, cuneóſque recenſet.

*Nec cohortes ſolum in hoc nomen, ſed paullatim venere etiam ipſæ legiones. Accredo hoc * S. Zomeno ſcribenti:* τὰ Ῥωμαίων τάγματα, ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσι. *Ac Capitolinum ita accipio in Macrino.* Timuit autem & collegam, ne ipſe imperare cuperet, quòd ſi vel vnius numeri conſenſus accederet

* *Lib. I. Eccleſ. hiſtor.*

deret

deret:neque ipſe recuſaret,& omnes cupidiſſime id facerent. *Quin noſter ipſe Tacitus hac voce ite-* *rum vſus, in Agricola:* Quanquam tranſacta æſtas, ſparſi per prouinciam numeri. *Hæc quidem proba & certa. ſed illex iſta libido correctorum, ignara quieſcere etiam in certis. Itaque reſcribit quidam,* multi ad hoc inqumeri. *id eſt, inquit, qui innume-* *res legionesq́; nondum relati. Acumen! quod fateor ſuperfuiſſe illi iuueni, magis quam iudicium: niſi quod eras tamen id correxiſſet & direxiſſet. At tantum abeſt, vt de tironibus aut collectitio milite hic Taci-* *tus; vt contrà, veteranos intellegat, & electos ſub ve-* *xillis. Itaque magis diſtinctè paullò poſt,* Illyrici exercitus electos *nominat, &* Germanica vexilla. *Omni-* *to quod notionẽ eam vocis nobis ingeris, ſine exemplo.*

Haud dubiè turbantem.) *Vocem rieci, quæ ab-* *erat rectè ab optimo libro. & paſſim ita turbande verbo vſi priſci.*

PAG. 516. Galliæ obligatæ recenti dono Romanæ ciuitatis.) *Quomodo recenti? & nónne iam-* *pridem Galli iſti comati id adepti à Claudio? clarum id Taciti, lib. XI. Sed expedio. Olim quidem ius ci-* *uium adepti, non tamen promiſcuè, ſed proceres tan-* *tùm: Cautè ibi & circumſpectè Tacitus:* primores Galliæ, *inquit*, quæ Comata appellatur. *idque mihi notes. Sed nunc ecce à Galba diffuſum id ius in Gallos omnes, qui pro Vindice ſtetiſſet, Plutarchus apertiſſimè:* Ἐκ δὲ τούτου καὶ τὰ μετρίως πραττόμενα διαβολὴν εἶχεν, ὡς τὰ πρὸς τοὺς Γαλάτας Οὐίνδικι συναραμένους. ἐδόκουν γὰρ οὐ φιλανθρωπίᾳ τοῦ αὐτοκράτορος, ἀλλὰ ὠνούμενοι παρὰ Οὐινίου τυγχάνειν ἀνέσεώς τε δασμῶν, καὶ πολιτείας.

Soliciti & irati, ſuperbia recentis victoriæ, & metu tanquam alias partes fouiſſent.) *Haud te-* *merè mutem. aptior tamen membrorum connexus &*

*reſponſio ſi legas,* ſoliciti & elati. *Metu nempe ſolliciti, victoria elati.*

PAG. 517. Id ſatis videbatur.) *Dictum videtur, quaſi milites, titulos & imagines tantum Vitellij ſpectarint, & paternæ et virtutes proceſſerint pro ſuis. Aliàs non malè fortaſſe,* fatis: *vt miſſionem hanc Vitellij cæleſti conſilio adſignet, quæ ad imperium ſcilicet via.*

Mox attritis opibus.) *Etiámne monebo? Grammaticum & leue eſt. tamen in fide illo Vatic. ſcriptum,* atteritis. *Et ſanè crebrò ita veteres. vt Tibullus in eodem hoc verbo:*

Aut operi inſuetas atteruiſſe manus.

*Vt* Accediſſe, *pro Acceſſiſſe,* Conſiſtiſſe, *pro Conſtitiſſe, in Pandectis: &* Hauritum, *pro Hauſtum in Apuleio. Et notaui plura talia, quæ vix premam quin rideant aut irritent magiſtelli noſtri.*

PAG. 518. Suo loco memorabimus.) *Malè antea,* memorauimus. *Nam hæc quidem narrat initio libri II. infra.*

Africa ac legiones in ea.) *Plures igitur legiones tunc in Africa? Vix opinor. Adi, ſi lubet, quæ ſcripſi initio lib. IV. Annalium. Vna ſanè ordinaria legio in Africa, neque aliter infrà numerat aut nominat, hoc ipſo anno* legio in Africa auxiliáque tutandis imperij finibus. *Iuuare aliquid hanc lectionem videatur lib. II. locus:* In Africa legio cohorteſque delectæ à Clodio Macro, mox a Galba dimiſſæ. *quaſi nouam legionem illi veteri adiunxerit Macer, atque ita ſub initia Galbæ fuerint duæ. Vanè. quia cohortes dumtaxat delectas à Macro intellegit, non legionem ipſam. Igitur inclino vt hic reſcribam,* Africa ac legio in ea.

Inchoauere annum ſibi vltimum, reip. propè

ſupre

Ayuntamiento de Madrid

ſupremum.) *Eleganter dictum. Solicitant tamen. & nónne, inquiunt, idem eſt vltimum ac ſupremum? Fateor. geminanda tamen vox fuit ob ſententiam diſparem. Non enim certè reip. vltimus annus. Alioqui dicere percommodè potuiſſet,* ſibi & reip. ſupremum. *Non ego audio adoleſcentem eruditum, qui per literas me monuit videri legend.* reip. propè primum. *quia tantum non vetus, inquit, reſp. & libertas incœpêre à Galba. Logi alogi.*

PAG. 519. Rupta ſacramenti reuerantia.) *Ita mei libri, & ſententia exigit. Rhenanus dum Budenſis codicis corruptam ſcripturam vt τιμέναι legi obſeruat, nodum in ſcirpo quærit.*

Multa occulta ſpe.) *Libri mei ſcripti,* Multa ſpe. *vti & in Conarruuiæ. Placet tamen magis vulgata.*

Ambitionis rumoribus) *Veram non negaueris,* ambitioſis.

In T. Vinii odium diuerterant.) *Parùm cohærent lectio aut ſententia. A priſcis editionibus abeſt vox* diuerterant. *Et tollam ſanè ego arbiter, legámque,* hunc vel illum ambitioſis rumoribus deſtinabant, etiam in T. Vinij odium. qui inderis, *&c. Multi, inquit, ſucceſſorem deſtinabant ex ſua ſpe, quidam ex odio Vinij. Non diſsimile illud Taciti de Piſone:* Iuuenis recenti fauore, & infenſus T. Vinio: ſeu quia erat, ſeu quia irati ita volebant. *Quod ſi retinendum tamen id verbi ſit, mutem & diducam,* Etiam in T. Vinij odium diuerſi ierant.

Eodem actu inuiſior erat.) *Quid eſt illud, Actu inuiſum eſſe? Ineptia, & ſermo pariter non dicam latinus, ſed Latinus. Scripſerim ſublata ea voce,* eâdem inuiſior erat. *genus ſermonis notum vel ex vno Plauto. Non malè etiam,* faſtu inuiſior. *qui*



Ayuntamiento de Madrid

*ſanè faſtus comitari potentiam ferè ſolet, & hunc odium.*

Icelo Galbæ liberto.) *Nequiſſimi huius ſerculi nomen variè ſcriptum. Alibi* Hycellus, *alibi* Icellus. *Vaticanus ſemper* Icelus: *quem ſequar. Plutarchum in ea voce emaculo, in Galba:* Καὶ ἧκεν ἀπὸ Ῥώμης Ἴκελος ἀπελεύθερος ἑβδομαῖος. *Vulgo,* Σικελὸς *ſcriptum: & verterunt homines docti,* Siculus quidam. *At Icelum hunc feſtinatum nuntium fuiſſe, doceat eos Suetonius Galb. cap.* XXII.

PAG. 520. Octauiam vxorem amoliretur.) *Iiſdem in hanc rem verbis vſus eſt libro* XIV. *Annal. & ſic mei libri. Couarruuiæ tamen codex & Budenſis,* Octauia vxor amoueretur. *Quod rectum æquè.*

PAG. 521. Et iudicij mei documentum ſunt.) *Sententiam antè inuolutam, filo & fide Vaticani codicis aptè euolui. Hoc dicit. Neque ego ambitione aut malis artibus imperium quæſiui: & quod te iudicio ſucceſſorem eligam, ſignum, poſthabiti non ſolum mei amici ſed & tui.*

PAG. 522. Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant. quia miſeriæ tolerantur, felicitate corrumpimur.) *Xenophon:* δοκεῖ δέ μοι, ὦ Κῦρε, χαλεπώτερον εἶναι εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ καλῶς φέροντα, ἢ τὰ κακά. τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ.

Sed alij per obſequium imminuent.) *Ita diſertè Vatic. & Venetus: nec quidquam pote (non me quidem arbitro) lectione hac melius. Rhenanus tamen turbat, mutat, & exemplaria vt haberent fecit,* alij licet per obſequium annuant.

PAG. 523 Vtiliſſimus quidem ac breuiſſimus.) *vtut, vt Rhenano & Mauro viſum è Budenſi,* vtiliſsimus idem.

PAG.

Ayuntamiento de Madrid

PAG. 524. More D. Auguſti & exemplo militari.) *Traiectio facta vocum videtur: quam odoratus Æmilius Ferretus, legitque*, Exemplo D. Auguſti & more militari: *me quidem vtraque manu adſentiente.*

PAG. 525. Piſo proficiſceretur maiore prætextu.) *Quid illud*, maiore? *Suſpectum mihi hoc verbum.*

Bis & vicies mille ſeſtertium.) *Verius fortaſſe.* bis & vicies millies. *quæ ſumma ſane immanis erit. ſed digna effuſionibus eius monſtri.*

Exactioni XXX. equites præpoſiti.) *In Suetonio eſt*, quinquaginta. *nec liquet mihi de veritate.*

PAG. 526. Antonius Naſo. *Farneſiano eſt*, Aurelius.

Cæteráſque regnorum libidines.) *Gloſſam præfert: ac fortaſſe germanius*, cæteráque regnorum auido talium. *Paullo antè etiam malim coniunctim legi*, adultera matrimonia.

PAG. 528. Proculo ſpeculatori.) *Vbique hoc militia nomen & munus ita ſcribo, & Spiculatores expello. Libri omnes ſcripti ſuadent: etiam lapides. vt ille Romæ:*

P. ÆL. MVCIANO
SPEC. LEG. II.
ADIVT.

*Alius, iuxta Æmiliam:*

L. CASVRIO. L. F.
CLV. SPECVLATORI.

*Item:* SCHOLA. SPECVLATORVM. LEGIONVM. I. ET. II. ADIVTRICVM. PIARVM. FIDELIVM. *In Nummis item M. Antonij.* CHORTIS SPECVLATORVM. *Sed & in Marci Euangelio:* ὁ Βασιλεὺς ἀποστείλας τὸν σπεκουλάτωρα. *& in Suetonij Calig.* caliga ſpe-



Ayuntamiento de Madrid

culatoria, *ſcriptum. Sed veríne hi ſpeculatores ſint exploratores? Vix opinor, & exempla refutant. Potius cenſeam fuiſſe inter cuſtodes corporis Imperatorij certum genus, qui velut in ſpeculis eſſent ſalutis. Vnde nomen. Certè Suidas clarè* Σπεκυλάτωρες, οἱ δορυφόροι *interpretatur: & hîc in Tacito atque in Suetonio reperias inter ſatellites Principales. Arma ijs Clypeus & Lancea. Ex Ioſepho* Ιουδαϊκ. ἁλώς *lib.* III. *cap.* VI. Φέρουσι δὲ οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν στρατηγὸν ἐπίλεκτοι πεζοὶ, λόγχην καὶ ἀσπίδα. *& cap.* VII. μεθ' οὓς αὐτὸς Οὐεσπασιανὸς ἐξήλαυνε, τούς τε ἐπιλέκτους τῶν πεζῶν καὶ ἱππέων, καὶ τοὺς λογχοφόρους ἔχων. *Nam captum ibi ſanè* λογχοφόρους, *ſiue Lancearios, hos Speculatores. Suetonius hortatur in Claudio.* Neque conuiuia inire eſt auſus, niſi vt ſpeculatores cum lanceis circunſtarent. *Et in Galba:* Deſcendentem Galbam ſpeculator impulſu turbæ lancea prope vulnerauit. *Hi ſunt quos ſequens ætas Sculcatores dixiſſe videtur, quaſi Auſcultatores. quod verè notatum cenſeo à Cuiacio, lib.* VI. *Obſeru. cap.* XXIII. *quem de alio etiam munere Speculatorum adi & audi.*

Teſſerarium ſpeculatorum.) *Ita ſcriptum mei libri. Cur ſpernam? Teſſerarios enim ſuos cohortibus ſpeculatorum fuiſſe credam non vanè. Siquis tamen iunctim malit,* teſſerarium ſpeculatorem. *haud pugnem. In Gloſſario priſco:* Γραμματεὺς, ſcriba, teſſerarius. *In lapide, Romæ* AVR. SATVRNINO. EQ. COH. VII. PR. S. VERISSIMI. QVI. MILITAVIT. IN. EQ. SECVNDA. ITALICA. TESSERARIVS. ANN. VI. *Plutarchus in hac ipſa narratione:* ἐν δὲ τούτοις Οὐετούριος καὶ Βάρβιος, ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος. οὕτω γὰρ καλοῦνται, οἱ διαγγέλων καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τελοῦντες.

Optionem

Ayuntamiento de Madrid

Optionem eorundem.) *Conſtituta lectio pridem ab eximio Cuiacio, loco quem iam dixi: niſi quod, eorundem, ſcripſi, non, eôdem, fide Vaticani libri. Optiones Romanæ militiæ vetus dixit, qui à dignioribus & cum gradu militibus adoptati, vicem eorum ſubibant. Poſterior ætas, niſi fallor, diuerſo paullum ſenſu, qui velut cuſtodes quidam, arbitri, & inſpectores. Plutarchus* διοπτῆρας *vertit: & in legum libris, Optio fabricæ, ſimili ſenſu: in Ambroſio, Optio carceru ſcriptum. Videntur in quaque centuria ei fuiſſe, ex lapide qui in Piceno:*

C. LVCILLIVS. C. F. VEL VINDEX
MIL. COH. VI. PRAET. VIX. ANN. XXX.
MILITAVIT. ANNIS. XII. PRINCIPALIS
BENEFICIARIVS. TRIBVNI
DEINDE. OPTIO. IN. CENTVRIA.

*Alibi vtrumque iunctum leges, & Teſſararium & Optionem: vt in illo marmore,*

EQVITI. COH. EIVSDEM.
TESSERARIO. OPTIONI.

*Malè autem hactenus in Tacito hic,* Othonem, *lectum, contrà meliores libros, itemque Cuiacij monita & Turnebi.*

PAG 529. Poſtero Iduum die.) *Hiſpanus liber,* dierum. *Ego vtrumque additicium puto, &* poſtero Iduum, *ſcribo.*

PAG. 530. Sub ædem Saturni.) *Regius codex,* in ædem Saturni. *Vnde Rhenanus elicit, in* Saturni. *Falsè vterque. Suetonius conuincit:* vt ſe in foro, *inquit,* ſub æde Saturni ad milliarium aureum operirentur.

PAG.

PAG.512. Vt turbidis rebus euenit, timore magis & nonnullo adhuc conſilio parat ſigna.) *Locus totus non mihi inter firmos. Vacillat etiam Bu... ſis ſcriptio,* rebus euectior ire magis & nullo adhuc conſilio. *Fortaſſe leg.* euenit, ita magis, & nonnulli adhuc conſilio: pars ingens, quod poſſid cred. *&c.*

PAG.515. Irruenti turbæ neque ætate neque corpore ſiſtens.] *Rhenanus Budenſem ſcripturam ſecutus legit,* irruente turba, neque corpore ſiſtens, *hoc ſenſu, vt dicat propter irruentem turbam & quia corpore non poſſet ſiſtere ſiue inſiſtere, ſella leuatum. Meis tamen libris ſcriptæ ea voces, quas tollit: legimque potius,* irruenti turbæ neque æ.n. corpore reſiſtens. *hac mente: Galbam & ætate & corpore inualidum, non ſuſtinuiſſe effuſe irruentem & gratulantem turbam.*

PAG.536. Obultronij Sabini.] *Coniectura ductus ſic reſtitui, cum in libris eſſet,* ab vltroniis Albini. *Suſpicor autẽ eum eſſe, de quo Tacitus Annali* XIII. Heluidius Priſcus aduerſus Obultronium Sabinum ærarij Quæſtorem proprias contentiones exercuit.

Et Cornelij Marcelli.] *Libri ſcripti ita appellãt, hominem alia mihi ignotum. Paullo poſt* Vettij Chilonis *lego, cum Rhenano.*

Vatinij & Elij & alij parauerunt.] *Vulgatis libris erat,* & Egij *qui mihi quidẽ inter potentiores libertos irrepertus. At Elium inuenio (Dioni ſcribitur Ἥλιος) qui magnus apud Neronem, quiq; abeunte eo in Græciam cantillanti præfectus manſit vrbi Romæ. Eſt is ipſe, de quo Tacitus libro* XIII. P. Celer eques Romanus & Elius libertus, rei familiari Principis in Aſia impoſiti. *Quod ſequitur.* & alij. *videndum ut ſuper*

ſuperfluat, natumq́; ſit ex hæſitantia librarij, & adfinitate vocis prioris.

PAG 537. Nec vna cohors togata defendit nunc Galbam.] Quare togata? & ſatiſne ea vox ſana? ſana. Appellat enim ita velut eleuans & infirmans, aia moris vt illa cohors quæ more militiæ excubabat, idipſum faceret ſine armis, gladijs tantū lanceiſq́; contenta. Itaq; & togis induti erant, non ſagis. Modeſtiæ cauſſa inſtitutum id videtur: & ne Mars palàm habitare videretur in ſua vrbe. Huc ſpectat quod in ilegis, apertum in caſtris armamentarium fuiſerapta arma. quorum ſcilicet armorum nō ijs vulgò ius aut vſus, niſi Tribunis aut Præfectis permitterẽ. Plura in legitimis Commentarijs dicam, ſi aliquando mihi expoliendi facultas. Capitolini tamen locum non omitto: qui valdè huic rei, in vita Antonini Philoſophi: Per Brundiſiū veniens in Italiam, togā & ipſe ſumpſit, & milites togatos eſſe iuſſit, nec vnquam ſagati fuerunt ſub eo milites. Hæc tamen de ipſis Prætorijs cohortibus tantum accipio, quæ à cinibus de Batauis Germanisq; cuſtodibus ſcimus aliter fuiſſe.

PAG. 540. Centurio is Prætoriæ cohortis, ad Galbæ cuſtodiam à Piſone additus.] Aliter concepta lectio in Farneſij codice: Centurio is prætoriæ ac Galbæ cuſtodiæ à Piſone additus. Quæ vtrauis tamen parum mihi certa. Quid enim? à Piſone cuſtos hic Galbæ appoſitus? Quomodo potuit: aut debuit? cum Galbæ ſanè, vt Principi, legitimi ſui cuſtodes & ſtipatores fuerint. Denique vnde ea auctoritas Piſoni? Tacitum etiam ipſum lege: videbis clarè Sempronium hunc non Galbæ tutorem ſed Piſonis fuiſſe, cui quamuis vulnerato effugium etiā præbuit. Igitur inclinabam vt legerem: Centurio is Prætorij, à

Galba

Galba cuſtodiæ piſonis additus. *vt in illo motu rerum, Galba de Piſone anxius addiderit ei cuſtodem centurionem. Hoc probabile. ſuſtinet me tamen à pleno adſenſu Dio & Plutarchus: qui ita narrant, vt Sempronius Galbam defenderit, non Piſonem: Si eos ſequimur: eum mentem verborum Taciti faciam, vt hic Sempronius venerit in cohortes Prætorias promotuſq́, ſic beneficio Piſonis. atque ita additus inſertuſq́, cuſtodiæ. Vix tamen eſt, vt Taciti narratio cum Græcis iis non pugnet. Certè nec Suetonius opem quemquam tuliſſe Galbæ refert.*

Vagare gaudio cœperat.) *Repertum in opt. Vatic. non ſpreui: quoniam paſſim veteres ita locutos ſciebam. Vox autem apta, ad habitum explicandum mentis gaudio diffuſæ & velut natantis.*

Quíue verè, quíue falsò.) *Franc. Modius me monet in Rom. codice legi,* qui verè qui falsò. *Quod idem etiam ſcriptus Couarruuiæ liber habebat.*

PAG. 541. Interfici iuſſit, non honore Galbæ, ſed tradito Principibus more, munimentum ad præſens, in poſterum vltioné.) *Siquid video, perperam collocata verba, & cum luce ſententia ſic transferenda:* munimentum in poſterum, ad præſens vltionem. *Hoc enim vult. ideo Principes Principum interfectores ſolere tollere, vt hæc præſenti vltione, ſeſe in poſterum vitamq́ muniant, exemplo. Suetonius ſimile dixit in Claudij cap.* XI. Centuriones paucos è coniuratorum in Caium numero interemit. exempli ſimul cauſſa, & quod depopoſciſſe ſuam quoque cædem cognouerat.

Vacationes præſtari cẽturionibus ſolitæ.) *De his militarium operum vacationibus Iuſtinus capiendus fuit libro* XXXVIII. Hieme deinde imminente, non in conuiuio, ſed in campo, non in vacationibus,



Ayuntamiento de Madrid

li in exercitationibus, nec inter ſodales, ſed inter æquales, aut equo aut curſu aut viribus contendebat. *Nec acutiſsimum Palmerium audire amicus debuit Vacationes ſubſtituentem, & Inuitationes interpretantem. Imò verò has militares Vacationes intellegit, & rectè propriè, Exercitationibus opponit, Tacitus lib. 1. Annal.* Vacationes numerum *appellat. & iiſdem verbis Quinctilianus Pro milite:* Tranſeo oblatam nolēti munerum vacationem. & blandius quàm militiæ diſciplina poſtulat, adulatum militi Tribunum: imperatas aſperrimas expeditiones, vt remitterentur. *Talem vacationem & Liuius intellexit libro* VII. *de cohortibus Hernicorum.* Immunes quoque operum militarium erant, vt in vnum pugnæ laborem reſeruari plus quàm pro virili parte adnitendum ſcirent.

PAG 543. Piſonem Verania vxor. ) *Plutarchum hinc emendemus in eadem iſta re: τὴν δὲ πίσωνος κεφαλὴν ἣ μὲν ἔλαβεν ὁ κρανίον ἐνθεῖσα. & ſcribamus, οὐερανία δ' ἐνθεῖσα: vt interpretes aliquando nubecula iſta liberentur. Nam Verania eſt quæ, precibus caput mariti abſtulit.* De hac *Plinius lib. 11. Epiſtola vltima:* Verania Piſonis grauiter iacebat. Piſonis dico illius quem Galba adoptauit.

Magnū Claudius Craſſum Nero interfecerat.) *Atqui Seneca in Mennippæa, etiam Craſſum videtur aſſerere à Claudio interfectum,* Occidit, *inquit,* in vna domo Craſſum, Magnum, Scriboniam, Aſſarionem, nobiles tamen, Craſſum verò tam fatuum, vt regnare poſſet.

Eadem laſciuia tentaſſet.) *Regius codex,* tempeſtaſſet, *ex quo Rhenanus,* temeraſſet.

In ipſis principiis ſtuprum auſa ) *Plutarchus expreſsit καὶ διέφθαρεν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀπρεπῆ τινα Ῥωμαῖος*

*φαῦλοι καλῶσι. Principia autem ſacra, quia in ijs aquila & ſigna, id eſt, dij militares. Sententiam ex eadem re Quintilianus petijt, pro Milite:* Sed neque hoc mars parens, nec ſigna militaria aquilæque victrices ſinant, vt tua quoque ſententia quiſquis vir & Romanus & miles, nimium pudicus ſit apud quem ante Principia vgendum eſt. *Hæc Principia Statius, etſi in re Græca, circumſcribit lib. x.*

Ventum ad concilij penetrale, domumque verendam Signorum.

Metus temporum obtentui.] *A Rhenano eſt. libri ſcripti,* obtinuit: *quod verius hic puto.*

PAG. 545. Velut ad perdendum imperium.] *Ita libro ſlagitant, ita ſententia. Beatus tamen, hoc, inquit,* ad partiendum, *emendauimus.*

Suis ciuibus vrbem.] *Præſtiro quod in ſcrip. ii,* ſuis exercitibus.

PAG. 546. Expeditionem & aciē, præmia quàm ſtipendia malebat.] *Non temerè mutem, & eliciā ſententiam etiam ex hac ſcriptura. Tamen haud paulò clarior Antitheſis videatur ſi legas,* expeditionem quàm otium.

Ad vſum & ad decus ſupererant.] *Id eſt, arma, equi, ij ſuppetebant, non ad neceſſitatem modò ſed & ornatum. Tale eſt quod idem infra tribuit,* balteos & faleras inſigniaque armorum argento decora. *Tamen libri quidam* dedecus: *ex quibus alij ſcribendum,* ad abuſum & ad dedecus, *cenſuerunt. Vt mea mens eſt, procul à Taciti mente, &*

Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.

Hoc enim nomen faſtidito Vindice indiderant.] *Ita ſolita plebs, mutare per faſtidium & innouare hæc contumeliæ nomina. At Dionyſio Gothofredo IC. legendum videbatur,* ſatis dato vindice.

Pro-

Ayuntamiento de Madrid

PAG.547. Legati legionum Alienus Cæcina & Fabius Valens.) *Mihi, imò libris debetur verum hoc Cæcinæ nomen. Nam illi conſtanter.* Alienum *ſcri-bunt. Etiam in Dionis Ep tome ſemper* ἀλιῆνος. *Ro-manum verò id nomen & Nummi exſtant*, C. CAE-SAR. IMP. COS. ITER. A L-LIENVS. PROCOS. *Nominat & quen-dam Alienum Cicero Diuinatione in Verrem. Vul-gatis tamen Taciti libris hic A. Cæcina dicitur: & Faſtis, quod eruditi viri concinnarunt*. A. Licinius: *Vnde eruerint, miror.*

PAG.548. Mox compertum publicam pecuniā auertiſſe.) *Non item male*, comperto.

Dextras hoſpitij inſigne.) *Fidei etiam & pacis. Cæſaris locus eſt, quē correctione libens huc traxerim.* libro VII. *De bello Gall.* Ædui viſi ab latere noſtris aperto. ij ſimilitudine armorum vehementer noſtros perterruerunt. ac tametſi dextris humeris exertis animaduertebantur, quod inſigne pacatis eſſe conſueuerat, tamen idipſum ſui fallendi cauſſa milites ab hoſtibus factum exiſtimabāt. *De humeris, & quomodo exeri ij potuerunt, nec capio nec legi Gloſſema ſubolet, & inſitio non proba: legamque* dextris exertis. *voce Humerorum eiecta, niſi ſi ea aliter conformanda. Dextras quidem attollit etiam nūc pacis ac ſocij aduentus ſignum habetur.*

PAG. 549. Inſita mortalibus natura properè ſequi, quæ piget inchoare.) *Melius*, inſito. *Vide qui ſequentia peruerteret:* non tam properè. *Vel è peruerteret. nam Taciti gnome arcana, vt ſolet, veritatis eſt: & plebs ita facta, vt rebus arduis nemo facilè ducem ſe præbeat, comitem quiuis.*

PAG 550. Duodeuiceſimæ legionis ) *Conarrunt e ſcriptus codex*, duoetuiceſimæ. *aperte ſi ut & ſuprà.* Quarta ac duoetuiceſima legiones. *Pro amm. Se-*



Ayuntamiento de Madrid

*pe erratum etiam infra. Rectè tamen integréque ſcri-ptum libro* III. ſextadecimanos duoetuiceſima-noſque læuum cornu compleſſe.

Occupari nutantem fortunam.) *Rectè. eſt qui mauit,* inuitantem.

Pag. 551. Secutæ ingenti certamine.) *Hiſpanus liber,* ingenti agmine.

Vt quiſque corpore, opibus, ingenio validus.) *Cur hic de ingenio? aut quis eius vſus? Si inſpicis, aliena & parum apta hic ea vox.*

Sæuitiam militum ſæppius approbat, pari ſimulatione vinclorum fruſtratur.) *Manifeſtum mendum quò enim illud,* pari, *referretur? Tu vel meo periculo lege,* partim. *Sæuitiæ militum, inquit, ſæpe indulget, & ad pœnam is pleroſque largitur: quoſdam ſimulatione vinclorum ſubtrahit. Priſca lectio ſuffragatur huic correctioni, quæ præfert,* Parum. *in quo,* pari, *emendaſſe fatetur Rhenanus. Partim autem, ſolitarium ſæpe poni nec geminari ſemper, notius eſt quàm vt oſtendam.*

Pag. 552 Conuiciis proturbantibus.) *Priſca editiones,* proturbatus, *quas ſequor.*

Pag 553. Peninis iugis) *Ita ſcribendum vbique, auctore Liuio. qui negat eas Alpes ſic dici quòd Annibal Pœnus eâ tranſmiſerit, ſed à iugo excelſi montis quod Penum incolæ dicunt. Fidem ei nota etiam noſtra lingua hodie facit, qui excelſa omnia & in acutum faſtigiata Pennas vocamus ſiue Pinnas.*

Cum aquila quintæ legionis) *Vitioſe habet,* aquila ex quintæ. *quo legend eſſe,* aquila ex quintæ, *facile coniectu.*

Legio vna, prima & viceſima.) *Diſtinctione locum iuui. Nec tamen nunc abnuo quin gloſſematium hic ſit, ſcribendumque,* legio vnaetuiceſima.

Pag. 554. Non quidem in bello, ſed pro pace

tendit

Ayuntamiento de Madrid

tendebantur.) *Locus obſcurus, imò corruptus. non illuſtro, non emendo.*

PAG. 555. Cohortes octodecim Lugduni ſolitis ſibi hibernis relinqui placuit.) *At tot cohortes mihi relinqui non placet. Cur enim, cum undique miles conquiratur, & eo ad aciem opus: in uno ſéque amico oppido, impoſitæ tot cohortes? Sed ait etiam vetera & ſolita tot cohortibus hiberna fuiſſe. quod falſum. Unica enim dumtaxat iam olim Lugduni cohors: è Taciti* III. *Annal.* Andegauos Acilius Auiola, excita cohorte, quæ Lugduni præſidium agitabat, coërcuit. *Manuſcriptos igitur meos audio, &* hic cohortem decimamoctauam, *repono. Vox etiam,* Lugduni, *ſuperuacua videtur, & velut interpretamentum inſerta.*

PAG. 556. Cuncta illic externa & hoſtilia, ſe Coloniam Romanam.) *Quid ergo non etiam Vienna inter Romanas colonias? Verò pridem. Vel Claudio Imperatori credamus in Oratione quam pro Gallis habuit:* Ornatiſsima ecce valentiſsimáque colonia Viennenſium, quam longo iam tempore Senatores huic Curiæ confert? *Sed & noſter ſtatim, de eâdem:* Tum vetuſtas dignitáſque coloniæ valuit. *Equidem haud ſatis hæc concilio. Niſi ſi Viennenſes priſci, id eſt, Allobroges ſiue Galli, donati colonico iure, etſi militibus aut Romanis ciuibus non deductis: Lugdunum autem contra, magnam partem Romanis familiis ſtetit. Nam & hic externos immixtos, Dio ſuadet libro* XLVI.

Addidit Valens tricenos ſingulis militibus ſeſtertios.) *Liber Hiſpanus,* trecenos. *quod verius. Nam prius illud non congiarium ſit, ſed heminarium: ut quidam vocabatur.*

PAG. 557. Feſtinatio vndeuiceſimæ legionis.) *Ut ſuprà narrauit, Cæcina unicâ legionem habuit, eámq;*



Ayuntamiento de Madrid

XXIIII. *Quis igitur hæreat, quin hic ſcribend. vnæ* etuiceſimæ ?

PAG. 558 In montem Vocetium.) *Quidam libri* Vocetum. *At d. Scottus noſter*, Vogetium, *reponebat. Quem ſ. tcor non quidem in Heluetiis eſſe, ſed me longè ab iis. Certè Vocetij non a ibi mentio.*

PAG. 559 In ipſo Graio ipſe paullum cunctatus ) *Male huic loco eſſe iurem apud omnes Cenſores. Pugnat hiſtoria, pugnant libri. De hiſtoria, quid certius quàm Cæcinam non Graio monte ſed Penino in Italiam veniſſe? Tacitus ſupra :* Cæcina propiore tranſitu Peninis iugis degredi iuſſus. *& paullò infrà.* Penino ſubſignanum militem itinere & graue legionum agmen traduxit. *Atqui diuerſi & diſſiti iſti tranſitus. Iam libri longè abeunt ab hoc ſcripto: Farneſianus*, in alpe triaria, *ſicut & Hiſpanus Budenſis*, triaria: *optimus Vatic.* cum alpe tarina, *qui, fateor, facem alluxit ad veram lectionem. Scribe:* cum ala Taurina. *Hæc eſt illa, quæ adiuncta legioni Italicæ fuerat, cuiuſq; ſuprà mentio, quam præmiſſam à Cæcina ad firmãda municipia aliquot Italiæ, euincunt ſequentis verba*, Sed metu ne amitteret prædictas cohortes aláſque. *Cum enim in Italia vnica ala Vitelliana fuerit, Silana: fruſtrà ibi alas nominet, niſi præmiſſam ponimus & iſtam.*

Petronium vrbis procuratorem.) *Cuius vrbis? imò totius Norici procurator erat, non vnius alicuius opidi. Vertranius Maurus IC. emendat*, vrbis Præfectum, *ſiue*, Prætorem. *Haud rectè: quæ enim eius partes in Norico? Ego verò aut oblita ea voce ſcripſerim.* Petronium procuratorem, *aut mutata*, Petronium ibi procuratorem. *Vetus quidem lectio* vrbi *habet: quod deprauatum facile ex* vbi *vel* Ibi.

In cætera victoriæ præmia acceſſuros.) *Conar-*

*tuuia*

Ayuntamiento de Madrid

*uuiæ liber & priſcæ editiones*, ceſſuros.

Hibernis adhuc niuibus traduxit. ) *Iidem libri*, Hiberuis adhuc Alpibus. *quod interpretor Salluſtiano verbo, alpibus adhuc hiemātibus. Poeta etiam vetus eo ſenſu Hibernas alpes dixit:* Iuppiter hibernas cana niue conſpuit Alpes.

PAG. 560. Priuatam gratiam præparat: vnde nulla innocentiæ cura ſed vitæ impunitatis )*Non mutant libri, niſi quod*, vices impunitatis, *habent. Totum locum lego:* priuatam gratiam præparatum it: nulla innocentiæ cura, ſed vice ſuæ impunitatis. *Palmerij etiam coniectura haud improba:* priuatam gratiam præparat vndeunde: nulla, *&c. Vndeunde Latinis valet* ὁποθενοῦν.

PAG. 561 Apud Sinueſſanas aquas. ) *Male vulgò*, Sueſſanas. *Libri ſcripti docent, & Plutarchus in hac ipſa re:* ἔπεμψεν οὖν ἐπ' αὐτὸν ὁ Ὄθων εἰς τοὺς περὶ Σινόεσσαν ἀγρούς. *Aquæ autem eæ inter ſalubres habitæ. Plinius:* In eâdem Campaniæ regione Sinueſſanæ aquæ ſterilitatem fœminarum & inſaniam virorum abolere creduntur. *Et quia ad vitia muliebria: ideo in Martiali,*

> Diceret hiſtericam ſe forſitan altera mœcha
> In Sinueſſano velle ſedere ſinu.

*Sed & Claudius apud Tacitum lib.* XII. refouendis viribus mollitie cæli & ſalubritate aquarum, Sinueſſam perrexit.

PAG. 562. Tantò antè traditum Vitellio imperium.) *Maiora verba quàm pro re. Nam interuallum ſanè, inter Vitellij Othoniſque imperium, exiguum. Iurarunt enim Germanici exercitus in Vitellij nomen Kalendis Ianuarijs: at poſtridie Idus Galbæ caſus, & Princeps factus Otho. Ita pauci dies interfuerunt, & aut militum aut Taciti adſertio non vſquequaque cauta.*

N 3

Et ſtetit domus vtraque ſub Othone.) *Tu vni interpunge:* ſtetit domus vtraque, ſub Othone incertum an metu.

PAG. 563. Omnéſque verſæ in Orientem prouinciæ.) *Credo germanum eſſe. aliquot tamen libri,* omnéſque verſus Orientem.

PAG. 564. Lingonibus vniuerſis ciuitatem Romanam.) *Latet hic omnino mendum. Primum enim quis locus Lingonibus (Galliæ ij ſunt) inter Hiſpaniæ populos eſſe poteſt? Adde, quod Lingones iſti ipſi primi & præcipui in Othonem hoſtes. Hi, qui Vitellium fouêre: hi, qui milites turbidis colloquiis ad bellum impulêre: hi, qui etiam nunc Othonis partes oppugnant viris, armis, equis. Vnde igitur iis præmium? Claré aliena & falſa ea vox, & cenſeam Hiſpaniæ aliquam gentem reponendam: Lufonas, an Iurconauſan tale aliquod nomen, quod parum vicinum adhuc repperi corruptæ voci.* Nec ſcire fas eſt omnia, *ait Lyricus. tu cogitabis.*

PAG. 565. Cognoſcendi pudore.) *Malim,* agnoſcendi.

Ibi ſæuitia, hic miſeria vulnerum abſumpti.) *Mutilus locus, & præſto legend. eſſe,* Ibi ſæuitia hiemis, hic miſeria vulnerum.

PAG. 566. Seueriſſimum centurionum) *Varie.* ſeueriſſimos. *& Plutarchus ἑκατοντάρχας δύο interfectos ſcribit. Noſter tamen etiam infra de vno tantum:* Vnus alterve perditus ac temulentus, centurionis ac tribuni ſanguine manus imbuet. *Itaque placeat magis hic legi,* & Seueriſſimum centurionem, *vt proprium nomen expreſſerit interfecti, aut certé in altero Taciti loco,* centurionum ac tribuni, *ſcribendum erit.*

PAG. 569. Vt multa per centuriones tribunóſque

quo

Ayuntamiento de Madrid

que tantùm iuberi expedia: ) *Liber Hiſpanus, vt ſingula centuriones tribunóſque: omiſſa vocula. Verſſimè. Nam ea Othonis mens eſt, vt velit quadam imperia centurionibus tantùm tribuniſque indicari, non in milites ſpargi.*

Et fortiſſimus in ipſo diſcrimine exercitus, eſt, qui ante diſcrimen quietiſſimus.) *Veriſſima gnome. quæ veteri Græcorum dicto firmatur apud Euſtathium:* Θρασοὺς πρὸ ἔργου, ἐν πολλῷ κακός. Confidens ante rem, plerumque ignauus. *Ariſtoteles etiam aptè, in Nicomacheis, lib.* III καὶ οἱ μὲν θρασεῖς, προπετεῖς καὶ βουλόμενοι πρὸ τῶν κινδύνων κινδυνεύειν, ἐν αὐτοῖς δὲ ἀφίστανται. οἱ δὲ ἀνδρεῖοι, ἐν τοῖς ἔργοις ὀξεῖς, πρότεροι δὲ ἡσύχιοι. *Id eſt:* Temerarij quidem, prompti & volentes ſunt antè pericula periclitari, ſed in ipſis, deficiunt: at fortes, in rebus & factis acres, antè quietiſſimi. *Quem locum nihil abſurdum Tacitum aſpexiſſe & expreſſiſſe. Sed & Homerus Græcos ſemper quietos & tacitos facit ante pugnam: Iliad. γ.*

Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί.

*Iliad. δ.*

—οἱ δ' ἄλλοι ἀκὴν ἴσαν (οὐδέ κε φαίης
Τόσσον λαὸν ἕπεσθαι ἔχοντ' ἐν στήθεσιν αὐδήν)
Σιγῇ δειδιότες σημάντορας.

Non hercle illi quos cum maximè Vitellius in nos ciet.) *Locum ab aliis fœdè interpolatum è Vaticano reſtitui, religiosè ſeruata eius ſcriptura: niſi quod* Audeant *feci, ex* Audiant. *Ne Germani quidem, inquit, illi barbari, quos nunc Vitellius in nos concitat, audeant ad pœnam ampliſſimum ordinem depoſcere; nedum vos Romana ſuboles. Non etiam ſpreuerim ſcribere cum Hiſpano cod.* quîs cum maximè. *Id eſt, quîs comitatus maximè Vitellius in nos mouet.*



Ayuntamiento de Madrid

PAG. 570. Muta iſta & inania intercidere ac re-parari promiſcuè poſſunt.] *Budenſis codex, promiſcua ſunt quod, Halleſimo quodam, retineri poſſ adſentior Rhenano.*

Non tamen quies vrbi redierat.] *Lectionem hāc & diſtinctionē à libris priſcis nō potui quin anteferrem vulgatæ, aut coniecturis aliorum parum firmis.*

Militibus ſparſis per domos, occulto habitu.] *Turbarunt me verba, quæ iam capio. Significat enim milites in plebeia aut pacata veste ſine gladiis, domos perluſtraſſe, ſermones excepiſſe aduerſus Principem aut ſtatum præſentem. Arrianus eum morem nobis ſuggerit Diſſertation. Epicteti lib. IV. cap. XIII.* οὕτω καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐν Ῥώμῃ οἱ προπετεῖς λαμβάνονται. παρακεκάθικέ σοι στρατιώτης ἐν σχήματι ἰδιωτικῷ, καὶ ἀρξάμενος κακῶς λέγει τὸν Καίσαρα, εἶτα σὺ ὥσπερ ἐνέχυρον παρ' αὐτοῦ λαβὼν τῆς πίστεως τὸ αὐτὸν τῆς λοιδορίας κατῆρχθαι, λέγεις καὶ αὐτὸς ὅσα φρονεῖς, εἶτα δεθεὶς ἀπάγῃ. *Id eſt:* Hoc modo Romæ circumueniuntur a militibus iſti procliuis linguæ & effuſi. Adſedit miles tibi quiſpiam, habitu priuati is malè loqui de Cæſare incipit: tu tanquam pignus fidei id arripiens quòd cœpit prior, ipſe quoque effutis quidquid ſentis. Deinde vinctus, abduceris. *Et hoc ſine præſertim milites, qui Frumentarii dicti. De quo alias.*

PAG. 571. Atque eadem dicenti nota adulatio.] *E Vaticano ita reſtituimus, voce vna addita, & altera mutata. Diffiſus, inquit, in Senatu rerum omnium modus. Tacere? ſilentium pro contumacia eſſet. Diceres liberè & cenſeres? inuiſa libertas. Ad gratiam loquerère? non faceres fidem: quia priuatus nuper Othoni, peritus harum artium, & iiſdem adulationibus exercitus.*

PAG. 572. Vires & robur exercitus.] *A conie-*

*ctura*

Ayuntamiento de Madrid

*ſtura noſtra eſt. libri enim omnes*, è prætorianis viris, vt robur exercitus *parum aptè.*

Reliquos cæſorum ad pontem Muluium in numerum legionis compoſuerat.] *Hiſpanus codex* numerò: *Romana editio*, numeros *quod rectum hic eſt: intellegendique numeri militares, de quibus illum prædixi.*

Ad obſeruandam honeſtiorum fidem inuitatus.] *Vox Inuitatus, ſuſpecta. quidam libri*, imitatus. *Mihi Detius hic non fauet.*

Marius Celſus, Annius Gallus rectores deſtinati.] *Liber Couarruuia*, rectores conſtituti. *Verumque ſpurium: & ſententia ſine eo conſtat.*

Pag. 574. Tantùm pacis aduerſa pertimuere.] *Fallor, aut hoc rectum: etſi à mente tantum noſtra, ſine libris. Nam illi omnes voce auctiores*, aduerſa reip. pertimuere. *quam nos tamen ſupereſſe cenſemus, imò ſententiam perdere.*

Religionem nondum conditorum ancilium.] *Mitto te ad ea quæ ſcripſi olim lib.* V. *Antiq. Lection.* *cap.* XVI. *Quibus adiicxi velim Ouidij locum libro* III. *Faſtorum:*

Arma mouent pugnam: pugna eſt aliena maritis

Condita cum fuerint, aptius omen erit.

*quibus verſibus vult Poëta ne coniugium quidem dextro pede adiri, cum mota ſunt ancila ſed cum condita. Feſtus autem oſtendit etiam alios aliquot dies fuiſſe, quibus Romani tenuerint ſe ab armis:* Præliares dies, quibus fas eſt hoſtem bello laceſſere. erant enim quædam feriæ publicæ, quibus nefas erat id facere.

Pag. 578. Sed ex libidine ſeruitij, vt in familiis.] *Verius clariúſque diſtinxeris*, ſeruitij. Vt in familiis, &c.



Ayuntamiento de Madrid

# IVSTI LIPSI
# AD LIBRVM II. HISTOR.
## NOTAE.

PAG. 575. QVOD variè ortum, lætum reipub. aut atrox.) *Non ſuſpicabar de mendo, abſque Vaticano, fuiſſet. cuius lectio diuerſa coëgit me acrius paullò intueri. Nam in eo,* vari aborte, *ſcriptum. Et hercules vulgata & inepta expenſa. quid enim eſt, variè ortum eſſe imperium Veſpaſiani? Imo vnus & certus illius ortus. Scribo ex veſtigiis illis priſcis,* quod varia ſorte. *Atque ita eſt. imperium Veſpaſianorum, felix reipubl. & infelix, itemque ipſis Principibus fuit.*

Conditorem templi regem Aëriam.) *Libri ſcripti aut* Verianum *hunc nominant, aut* Venerianũ. *Pro vulgata lectione tamen Tacitus ipſe in Annalibus eſt, lib.* III. Exin Cyprij tribus delubris, quorum vetuſtiſſimum Paphiæ Veneri, Aërias auctor, pòſt filius eius Amathus, &c. *Ægyptum ipſam olim Aëriam dictam fuiſſe, Iſidoro alibi traditum eſt & Agellio. Alciatus hîc mauult,* Vranium.

PAG. 577. Continuus orbis latiore initio) *Tyrius Maximus:* Venus à Paphiis colitur, cuius ſimulachrum nulli rei magis aſſimile, quàm albæ pyramidi.

Ingens rerum fiducia acceſſit.) *Subdelum gloſſema & credam Tacitum ſcripſiſſe,* ingens rerum acceſſit.

Pro

Ayuntamiento de Madrid

Profligauerat bellum Iudaicum Veſpaſianus.) *Paullò aliter Profligandi verbo vſus, quàm placuit Agellio lib. XV. Noct.ium. qui in tenacia re vereor vt caliget. Ni ita eſt, barbarè etiam locutus ſit Auguſtus in Ancyrano lapide:* CORPTA. PROFLIGATAQVE. OPERA. A. PATRE. MEO. PERFECI. *quod exemplum rigidè & ex diametro cum Agellij nota pugnat.*

PAG. 578. Mucianus) *Ita vbique prapotentis huius hominis nomen ſcripſi. Græci ſuadent, qui* Μουκιανὸν *appellant & lapides, in quibus C. media, nō T. ſemper ſculptam. vt in illo Romæ:* L. ANNIO. FABIANO. M. NONIO. MVCIANO COS. *Multa etiam huius mentio in Plinio, qui Licinium ei nomen addit, & titulum ſe è ter conſulis, lib.* XII. Licinius Mucianus ter COS. & nuper Lyciæ prouinciæ legatus. *Libro* XXXII. *de oſtrearum præſtantia* Dicemus, *inquit*, aliena lingua, quæque periciſſima huius Cenſuræ in noſtro æuo fuit. Sunt ergo Munciani verba quæ ſubiiciam. *Et ſæpe alias oſtendit q, doctum & amœni ingenij fuiſſe, ſed mollem, fractum, & alterum velut Mæcenatem.*

Et inexpertus belli labor.) *Redundare vox*, labor, *videtur, & inculcata huc è priore verſu. Legam*, & inexpertis belli. *Ita ſuprà:* pacis artibus, belli inexpertus.

PAG. 579. Seclusum tutúmque ipſum mare.) *Vatic. & Romana editio*, ſecundum tutúmque. *quod approbo.*

Cum in victores victóſque nunquam ſolida fides coaleſceret.) *Rodolphus & priſca item editio*, cum victoribus victos nunquam ſolida fide coaleſcere, *& placet magis.*

P. 580. Veſpaſian⁹ Mucianuſq; nuper, ceteri olim



Ayuntamiento de Madrid

mixtis conſiliis.] *Locus ſubobſcuræ ſententiæ, imò incertæ. Qui enim illi ceteri? non certè milites aut ciues olim miſcuiſſe conſilia potuêre de imperio hoc nouo. Rodolphus legiſſe dicitur*, nuper Titi opera mixtis conſiliis. *ſententia nihil aberrante, vereor tamen ut propria quadam lectione, non à libris. Duæ quidem eæ voces*, ceteri olim, *tacent in mendo: nec à me aleuantur. Veteres editiones*, ceterum olim.

Scithinum inſulam detruſus.] *Farneſ.* Cynthũ. *Vatic.* Scithinum *Vera lectio.* Cythnum. *quæ inſula iuxta atticam ſub Eubœa. Plinio nominatur lib.* IV. *& Ptolemæo dicitur* Κύθνος. *Philoni etiam in Flaccum ſic dicitur, & iuxta Ceam collocatur. In Zonara non rectè ſcriptum ſiue verſum, hunc falſum Neronem in traiectu Cydni amnis interfectum: decepitque eum adfinitas hac vocum.*

PAG. 583. Veterani è prętorio.] *Supereſſe videantur hæ voces. Præmiſit enim iam nunc de prætoriis omnibus cohortibus: qui igitur iſti amplius è prætorio? Sed non ſuperſunt. Diſtinguit enim à cohortibus, Veteranos, rectè quia exauctoratos intellegit, & qui poſt ſedecim. ſtipendia habebantur ſub vexillo, non aliter quàm legionarij, de quibus ſcripſi ſatis ad* I. *Annal. Atqui hi nec in legionibus vltrà cenſebantur, nec illi in cohortibus*

Quibus tentandis, aggrediendæq; prouincię.] *Farneſiana hæc ſcriptura eſt: quam veriſſimam cenſeo. Duplex enim mandatum Othoniani duces habuerunt, tentandarum Alpium, & Prouinciæ inuadendæ, quæ ad Vitellium defecerat. Suprà lib.* I. Narbonenſem Galliam aggredi ſtatuit, claſſe valida & partibus fida. *Infra:* imminere prouinciæ Narbonenſi in verba Vitellij adactæ claſſem Othonis trepidi nuntij attulêre. *Vulgata lectio valdè tur*



Ayuntamiento de Madrid

*deturbat:* quibus tentandis aggrediendíſque, prouinciæ Narbonienſi, &c. *tanquam tres hi duces Prouinciæ impoſiti. & mage maiores tenebras effundit etiam Maurus.*

Non Italia adiri nec loca ſedéſque patriæ ] *Nihil ego hîc niſi germanum video. Sudant tamen in mutando Rhenanus pariter & Vertranius.*

Municipium Albium Intemelium ] *Ita quidem è Strabon ſcripſerit lib.* IV. τῶν οὖν Λιγύων, *inquit*, τῶν μὲν ὄντων Ἰγγαύνων, τῶν δὲ Ἰντεμελίων, εἰκότως τὰς ἀποικίας αὐτῶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, ἡ μὲν ὀνομάζεται Ἄλβιον Ἰντεμέλιον, οἷον Ἄλπιον, ἡ δὲ ἐπιτετμημένως μᾶλλον, Ἀλβίγγαυνον. *Id eſt:* Cum duplices ſint Ligures, Intemelij & Ingauni, iure eorum ad mare coloniæ, altera Albium Intemelium dicta, quaſi Alpium, altera paullò contractius Albingaunum. *Nec aliter in Plinio. Quin tamen etiã contractè Albintemelium dicta fuerit, haud pertinaciter eo negatum.*

Pag 584. Nec vilis deinde tortoribus aut morte.] *Regius codex,* temporibus. *ex quo Rhenanus,* terroribus.

Pag. 587. Spurinnæ. ] *Veſtricius eſt Spurinna, egregius dux & qui ad Taciti medium æuum vixit. Plinij Secundi de eo epiſtola capienda eſt, lib* II. here à Senatu Veſtricio principe auctore, Spurinnæ triumphalis ſtatua decreta eſt. *quem locum tamen emacula:* Veſtricio Spurinnæ, Principe auctore, triumphalis ſtatua decreta. *Malè enim traiecta verba.*

Tum vetuſtiſſimus quiſque caſtigare credulitatem ſuam. ] *Vulgata antè lectio*, tum mœſtiſſimus quiſque. *ex quo Rhenanus illud* vetuſtiſſimus *extudit: ego malim,* modeſtiſſimus.

Pag. 590. Cæcina fama & pudore cœptæ temerè oppugnationis. ] *Lego*, famæ. *Duplex enim*

*cauſſa*

*cauſſa abſceſſus, Fames & Pudor irriti cœpti.*

Bedriaci) *Vicus paruus, ſed duabus Romanis cladibus inſignis, nec indignior cuius verum nomen teneamus quam Cannæ aut Philippi. Vulgò* Bebriacum *appellant, atque ita Iuuenalis libri,*

Bebriaci in campo ſpolium adfectare Palati.

*At ſincerus ille Vatic.* Bedriacum, *ſemper. quomodo & in Clariſ. Sambuci ſcripto codice extare cognoui, cum ſtrictim eum Viennæ vidiſſem. In vetuſtis Suetonij libris,* Betriacum *dicitur: ſic et & in Plutarcho,* Βητριακὸν, πολίχνη πλησίον Κρεμώνης.

PAG. 591. Omnia quæcumque facta.) *Mihi,* omnia à quocumque. *Rodolphus audacior, qui legit,* omnia ducum facta.

Locus Caſtorum vocatur.) *Rectè, non* caſtrorum. *Suetonius eumpſe locum*, ad Caſtoris *dixit: Oroſius lib.* VII. circa locum quem Caſtores vocant.

PAG. 592. Dextra fronte, prima legio inceſſit) *Quæ ſit frons dextra? haud ſatis capio, & reſcribo:* Aggerem viæ tres prætoriæ cohortes obtinuêre dextrâ. A fronte, prima legio inceſſit.

A lateribus cohortes legionum.) *Nihil ambigimus quin Tacitus ſcripſerit*, à lateribus cohortes, legio aduerſa fronte. *Ita ſuperior acies diſpoſitio poſtulat: & ad circumueniendum hoſtes, inuaſionem tripertitam eſſe oportuit.*

Silentio, patientia, poſtremò precibus) *Malim,* ſilentio, pœnitentia.

Paucos incuſauit.) *Lego,* paucis. *ad breuitatem enim orationis refertur, non ad eos qui peccarant. & ſanè omnes in hac culpa, nec excerpi pauci potuêre.*

PAG. 593. Suetonius Paullinus dignum fama ſua ratus.) *Et hîc & alibi effuſè laudat hunc Suetonium,*

veru

Ayuntamiento de Madrid

veruſtiſſimum conſularium, *vt infrà vocat, & nō vna militia clarum. Præfuit Britanniæ, vt habes Annali* XIV. *& in Agricola: ſed & in Africa illum geſſit, è Plinio lib.* V. Suetonius, *inquit,* Paullinus quem conſulem vidimus, primus Romanorum ducum tranſgreſſus Atlantem, *&c. Vbi autem mens ſiue iudicium fuit viro magno & celebri, qui in Variis ſuis nuper hunc Suetonium, patrem facit Suetonij noſtri Tranquilli? Ita enim locum eum corrigit, Suetonij Othone:* Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertiædecimæ legionis tribunus anguſticlauius. *Et liber, inquit, qui tineas & cariem ſenſerat, habet,* Linus. *Omninò autem legendum Paulinus. Teſtem in eam rem laudabo Tacitum, qui fortis viri neque nomen neque virtutem tacitum eſſe ſinit. eius enim ſæpe & in Annalibus & in Agricolæ vita honorificam mentionem facit. Hæc ille. Quid dicam? Non inſector te vir elegantiſſime. ſed bona fide hæc ſcribis! Erras nimis. Suetonius ille Lenis, Tribunus fuit: noſter belli dux. Ille anguſticlauius, id eſt nondum Senator ſed inter equites: iſte, Conſularis. nec tenue vſquam veſtigium confuſionis eius, quam facis. Hoc mihi in tranſcurſu monitum, non vt carpam (Fidem teſtor:) ſed vt clarô ſub exemplo doceam quàm fallax hæc Critica, & ignoſcendum etiam nobis eſſe ſi labimur interdum in procliui iſta via.*

PAG. 596. Quoniam Galliæ tumeant, & deſerere) *Copulam aptè inſerui, ex Vatic. Tumere autem eleganti metaphora dicuntur, quæ erupturæ videntur. vſurpauit Cicero bis in Epiſtolis ad Atticum.*

PAG. 597. Paucis diebus quartamdecimam legionem.) *Hæc reſtitui, in vulgatis quæ à verbis quà ab interpunctis mendoſa.*

PAG. 601. Promoueri ad quartū à Bedriaco ca-

ſtra

Ayuntamiento de Madrid

ſtra placuit.] *E Plutarcho ſcriberes*, ad ſextum. *N* *ille quinquaginta ſtadia numerat. Sed & pau* *poſt vbi noſter* XVI. *milliaria numerat, Græci* *ta* *dem computatione* XII. *ſaltem eſſe iuuatur. Nihilo* *men ego mutem.*

Adeò imperitè.] *Totum hunc locum verbatim Plutarchus expreſſit, vt pleraque alia: etſi haud multum ætate noſtro inferior.*

Confluentes Padi & Adduæ fluminum.] *In Vatic. locus hic in litura, ſic tamẽ vt apertè eſſet* *re ſcriptum antiquitus*, Padi & Agele: *aliena deinde manufactum*, Adduæ. *Sed Agela ignotum mihi flumen, & cenſeam vulgatam eſſe veram. De Addua, Plinius lib.* II *Strabo.* III. *itémque Sidonius* Vidimus vluoſum Lambrum, cæruleum Adduam, velocem Atheſim, pigrum Mincium.

PAG. 603. Accurrentium, clamantium.] *Farneſ. & priſcæ editiones*, accurrentium, volantium, *Vatic.* vomantium *vt omnino aliud hîc verbi fuerit, mihi adhuc irreperti. Nam quod Palmerium*, boui- nantium. *audio ſcribere: non placet.*

Corporibus & vmbonibus niti] *Vocem*, niti, *ex Farneſ. & Vatic. addidi: & verò abeſſe ſine ſententiæ incommodo non poteſt.*

Cui cognomen Rapaci.] *Non abs re arbitror, quoniam cognomina legionum ſæpe Tacitus commemorat, veterem à me lapidem proponi, in quo ea ordine deſculpta. Conſpicitur autem Romæ in Capitolio, forma columellæ:*

Nom.

Ayuntamiento de Madrid

## NOMINA. LEG.

| | | |
|---|---|---|
| II. AVGusta. | II. ADIVTrix. | IIII. SCHYTHica. |
| VI. VICTrix. | IIII. FLAVia. | XVI. FLAVia. |
| XX. VICTRIX. | VII. CLAVDia. | VI. FERRATensis. |
| VIII. AVGusta. | I. ITALica | X. FRETEnsis. |
| XXII. PRImigenia. | V. MACEDonica. | III. CYRENensis. |
| I. MINERuia. | XI. CLAVDia. | II. TRAIANA. |
| XXX. VLPia. | XIIII. GEMina. | III. AVGusta. |
| I. ADIVTrix. | XII. FVLMinatrix. | VII. GEMina. |
| X. GEMina. | XV. APOLlinea | II. ITALICA. |
| XIIII. GEMina. | III. GALLICana. | III. PARTHica. |
| I. PARTHica. | II. PARTHica. | |

O

Ayuntamiento de Madrid

*Velim Dionis recenſum legionum, qui eſt lib. LV. cum hoc lapide conferri. à quo adiuti interpretes, paullo fœlicius ſanè eum vertiſſent.*

PAG. 603. Stratis vna etuiceſimanorum principiis.) *Aliquot libri*, principibus, *placet.*

PAG. 604. Suetonius Paullinus & Licinius Proclus caſtra vitauere) *Farneſ.* caſtra pertiuè e *falſò. Nam Plutarchus apertè:* τῶν δὲ στρατηγῶν οὔτε Πρόκλος οὔτε Παυλῖνος συνεισελθεῖν ἐτόλμησαν, ἀλλ' ἐξέκλιναν φοβούμενοι τοὺς στρατιώτας.

PAG. 605. Apud duces Vitellianos dubitatũ) *Imò verò*, non dubitatum. *idque res & Plutarchus ſuadere videntur.*

PAG. 606. Plotio Firmo, is prætorij Præfectus) *Duo Præfecti prætorio ſub Othone, Licinius Proculus & Plotius Firmus. Tacitus lib.* I Prætorij Præfectos ſibiipſi legêre, Plotium Firmum è manipularibus quondam, & Licinium Proculum. *Nec alios vſquam nominat. Vt iure mirer in hac Othonis morte Plutarchum commemorare Pollionem prætorij Præfectum. Quod vix eſt vt ſit ſine mendo. Verba eius:* οἱ δὲ στρατιῶται, Πολλίωνος τοῦ ἑτέρου τῶν ἐπάρχων ὀμνύειν εὐθὺς εἰς τὸν Οὐιτέλλιον κελεύσαντος, &c. *nam imò*, Πλωτίου. *niſi huic Plotio etiã Pollionis cognomen, quod vnum dici ſupereſt.*

PAG. 607. Temperare felicitati.) *Vocem iam felicitatis reperio in libris meis omnibus: quam eiecit Rhenanus, ſententia non volente.*

Saluium Cocceianum fratris filium.) *Melius ita, quam* Cocceium, *quod Plutarchus præfert. Nam & Tranquillus ita appellat, in Domit. cap.* X. *vbi narrat hunc interfectum. At Suetonius non fratris ſolùm filium, ſed ipſum hîc fratrem præſentem facere videtur; contra à Taciti & Plutarchi narratione apertè. Nam ille in caſtra euaſerat è pugna, ſequi*

*cum*

Ayuntamiento de Madrid

*cum alij dedidit. Suetonij tamen verba, cap.* X. Fratrem igitur, fratriſque filium, & ſingulos amicorum cohortatus. *quæ profectò non vera, ſi verus Tacitus.*

PAG. 608. Neu patruum ſibi Othonem fuiſſe aut obliuiſceretur vnquam, aut nimium meminiſſet.) *Totidem pæne verbis Plutarch.* μήτε ἐπιλαθέσθαι παντάπασι, μήτε ἄγαν μνημονεύειν, ὅτι Καίσαρα θεῖον ἔχει. *Non audiemus beatum, qui verbum*, nimium, *auctore Buderſi codice delet, & vnà ſententiæ acumen. Totum id enim in eo, ſicut & in Plinij loco fuerat, epiſt.* XIIII. *lib.* III. *quem deprauarunt:* Largius Macedo ſuperbus alioqui & ſæuus dominus, & qui ſeruiſſe patrem ſuum parum imò minimum meminiſſet. *Tu ſcribe*, nimium meminiſſet.

Veſperaſcente die.) *Farneſiano eſt*, veſperante. *quod verum arbitramur. Agellius:* Vbi iam veſperauerat.

Allatis pugionibus) *Vocem addunt aliquot libri*, pugionibus duobus. *atque ita Plutarchus:* δοῦναι ἓν τῶν αὐτοῦ ξιφῶν.

PAG. 609. Maternum genus impar.) *Quomodo? ſi ſplendidiſſima ea fœmina fuit, Suetonio teſtante? Scribit enim de patre Othonis:* Ex Albia Terentia ſplendidiſſima fœmina duos tulit filios. *Sed melior ibi ſcriptura*, ſplendida fœmina: *quam ex opt. libro Torrentius adnotauit, idque non aliud quam ordinem equeſtrem propriè notat.*

PAG. 611. Diplomata Othonis.) *Abundè ſi Deo ita viſum, in Comētarijs. nūc Suetonij locū* παρέργως *tacendemus, Calig. cap.* XXXVIII. Prolata diuorum Iulij & Auguſti diplomata, vt vetera & obſoleta deflebat. *Cur deflebat? aut qui id conuenit? vide qui* delebat, *vellet. Ego*, deflabat, *vel* difflabat,



Ayuntamiento de Madrid

*verum contendo. non enim alio geſtu melius expriſeris ſuperbum habitum illum contemnentis & reſpuentis. Eáque affiatio etiam in noſtris hodie moribus, vbi illudimus quid aut aſpernamur.*

Societate culpæ tutior.) *Puto*, tutiores.

Rurſus conſiliaturi) *Nota mutatio. Horatius hoc verbo vſus*, Gratum elocuta conſiliantibus Iunone diuis. *& alij.*

PAG. 612. Tantum peditum equitúmque, vis damnáque & iniuriæ) *Si attendis, haud diffiteberis mecum fatebere, illud,* tantum, *à gloſſographo eſſe, legéſque:* peditum equitúmque vis, damnáque, *&c. Vis pro multitudine & copia, tritum.*

PAG. 616. Vitellio anquirente.] *Meritò id verbum repoſui, cum in manuſſ. repperiſſem*, acquirente. *Anquiro enim pro Inquiro, ſiue potius valdè quæro, veteri & proba nota ſignatum verbum eſt, Ciceroni, Varroni aliiſque crebrò vſurpatum, crebrò corruptum.*

PAG. 615. Sed creditum fama.) *Reclúmus an ſcribendum*, deditum fama?

PAG. 617. Longum interfectori viſum) *Hic ordo verborum in meis libris: & ſententia liquet. Alij traijciunt, quod niſi libidine quadam omnia mutandi.*

PAG. 618. Miſſus eſt in locum eius Vectius Bolanus. E præſentibus angebat Vitellium.) *Diſtingui malim.* Bolanus è præſentibus. Angebat, *&c. vt ſignificet Bolanum è comitatu principis in Britanniam miſſum.*

PAG. 619. Apud victores orta ſeditio) *Vix tandem emerſi me ex hac ſalebra, & vidi errorem. Tranſpoſiti enim per negligentiam verſus ſunt, quos in hunc ordinem cogendi:* Et quidem partes modeſtè diſtraxerat, niſi numerus cæſorum inuidiam bello auxiſſet. Apud victores orta ſeditio, ludi-

cro

Ayuntamiento de Madrid

...o initio. Diſcubuerat Vitellius, *&c. Si tamen locus integer eſt, de quo ambigo. Scrip. ſi* diſtraxerat, *non*, diſtinxerat: *ex Vatic. & videtur ad ſententiam aptius, quia intellegit Vitellium ſatu clementer & modeſtè legiones aduerſæ partis diſpiraſſe & per varias prouincias diſtraxiſſe, ne coirent.*

Miles intentus aut licentior.) *Antea*, licentioris, *legebatur: quod eligam præ iſto quod ſuppoſuit Rhenanus.*

Per laſciuiam & certamen luctandi accenſis.) *Varius*, ad certamen.

Inter inania belli.) *An non* immania? *In quo ipſo verbo error inoleuit Ciceronis libris de legibus.* Tum ebur ex inani corpore extractum: *cum manifeſto legend.* immani. *Quidni tamen hîc libri.* munia belli.

P A G. 622. Diſſimulatus M. Marci tanquam Othonianarum partium ducis) *Scribendum videtur* Martij Macri. *Nam ita eum ſupra crebrò nominat qui præfectus gladiatoribus fuit.*

P A G. 626. Nec mihi maior in tua vigilantia, parcimonia, ſapientia fiducia eſt). *Ambigo de voce parſimonia. Conuenit in Veſpaſianum, ſed quem ſordidum auarúmque omnes faciunt, non ſolum parcum. ſed cur inter principes & illuſtres virtutes hanc domeſticam priuatámque nominet? aut cur in ea fiduciam boni euentus collocet? Non digna videtur, quæ ad Imperium adiuuet, aut aliud gradum ſtruat. Itaque reponendum fortaſſe*, acrimonia. *etſi pono, id non firmo.*

P A G. 627. Quinto Nonas Iulias.) *Suetonio ſcriptum*, quinto Idus. *ſed cum ad exemplar Taciti emendandam videri non ſinè pronunciat clariſſimus Torrentius.*

Non parata cognitione.) *Cui certè cognitio?*

*quam vocem Taciti mens planiſſimè ſperni.t Emendo verò*, non paratu ac concione.

PAG. 618. Militariter locutus.) *Rectiſſimè atque ita libri. Significat orationem eius caſtrenſem horridamq; fuiſſe, non cultam forenſi aut vrbano more. Qui*, militariter lautus, *caſtigant: ineptiunt.*

PAG. 629. Antiochus vetuſtis opibus ingens.) *Adtextam cenſeo vocem*, ingens: *certè obnubilat ſententiam & phraſem, quæ aliàs Tacito crebra.*

In modum penatium diligebantur.) *Id eſt, amabant vetera & nota caſtra, iuxtà ac ſuas ædes. Clarum, nec monitione dignum: niſi correctores*, dirigebantur, *maluiſſent.*

Ad obtinendas iniquitates.) *Phraſis inſolens & mihi ſuſpecta. locum etiam totum vitij arguit, quod ſtatim Romanus codex præfert*, haud perinde obſtinante.

PAG. 631. Aquileiam iam progreſſæ, proturbatis qui de Othone nuntiabant.) *Hiulca hæc, tranſpoſita, & cum defectu. Rem ordinemque videns fateberis veritatem: multo magis, Nam è Suetonio clarum, non ipſas tres legiones (vt hæc narratio ſuggerit) Aquileiam progreſſas, ſed dumtaxat bina è ternis legionibus millia. Verba eius Veſp. ſ. cap.* VI. Mæſici exercitus bina è tribus legionibus millia miſſa auxilio Othoni, &c. *vbi hæc eadem, ſed fidelius relata. Quin totum hoc exordium auſpiciumq; belli pro Veſpaſiano, confusè & hoc & ſequenti libro traditum. Di⸗am in loco.*

PAG. 632. Titus Flauianus.) *Malui quam*, Fabianus. *Faraeſianum codicem audio, & Tacitum ipſum qui non aliter ſequenti libro appellat.*

Pompeius Sullanus.) *Imò* Siluanus. *Ita enim libro proximo:* Sex millia Dalmatarum ducebat Pompeius Siluanus, conſularis ſenex.

PAG.

Ayuntamiento de Madrid

PAG. 636. Præpoſuerat prætorianis P. Sabinum ac præfecturæ cohortis Iulium Priſcum.) *Alij, ad præfecturam cohortis. Corrupta omnia, quæ enim hæc Præfectura cohortis cogitari appoſitè poteſt? Mihi ex ſententia & hiſtoria placeat ſcribi:* Præpoſuerat prætorianis P. Sabinum à Præfectura vrbis, & Iulium Priſcum, tum centurionem. *Siue etiam:* ac Præfecturæ vrbis. *Sanè hic Sabinus qui Principi Veſpaſiano frater: vtrumque munus tenuit ſub Vitellio. & de Præfectura Prætorij, libro proximo:* P. Sabinum Prætorij præfectum ob amicitiam Cæcinæ vinciri iuſſit, ſubſtituto in locum eius Alpheuo Varo. *De vrbis, plus vno loco habes, libro* III. *&* IV. *Iulium etiam Priſcum collegam ei in Prætoriana fuiſſe, libro ſequenti docet:* Vitellius vt è ſomno excitus, Iulium Priſcum & Alphenum Varum cum XIIII. Prætoriis cohortibus obſidere Apenninum iubet. *Scripſi etiam,* tum centurionem: *Farneſianum cod. ſecutus, cui vocula nulla, eſſet. & vt de Sabino dixi, Præfectum cum vrbis fuiſſe, éxque eo gradu ſublatum ad Prætorium: ita de Priſco, duntaxat centurionem.*

PAG. 638. Abditis pecuniis per occultos aut ambitioſos ſinus) *Argui olim de mendo, ipſe fortaſſe arguendus ſententiam nunc expedio: Vitellium quidem exſulibus reuerſus iura reddidiſſe vetera in libertos (de quo in Commentarijs) ſed non cum magno fructu, quia pecunias ſuas occultabant per varias artes & receſſus. ita in alimentis, teſtamentis, aliiſque patronos fraudabant, vt modici ipſi & inopes. Voci Sinus, ea vis ſubeſt fraudandi, ſubtrahendi, occulendi. Tacitus libro quarto, infrà:* Tradi ſe præfectis centurionibúſque, quos vbi ſpoliis expleuerunt,



Ayuntamiento de Madrid

mutari, exquiríque nouos ſinus & varia prædandi vocabula *Plinius lib.* XXXVI. Vnde M. Scaurus pater, toties Princeps ciuitatis, & Marianis ſodalitiis rapinarum prouincialium ſinus? *Sinum vocat hominem ipſum, in quem rapinæ omnes collectæ velut in ſinum. Plura exempla huic rei vide, ſi lubet, apud Barn. Briſſonium in Lexico: & lumen ab eo fœnerare, qui verè Europæ lumen.*

P A G. 638. Omnia alia militi largiebatur.) *Hunc quoque locum liberare iniuſta nota poſſumus. Ait enim hoc: Vitellium, qui pecuniam dare militi non poterat, impunitatem & licentiam omnis culpæ dediſſe: vt hac ſaltem blanditia eum retineret. Nec aliter ſanè fit in paupere militia.*

Liberti Principum conferre pro numero mancipiorum vt tributum iuſſi.) *Non muto: & ſi multos Romæ, eóſque prædiuites, priorum Principum libertos. Videatur tamen & lectio & ratio procliuior, ſi libertos* patrum *ſubſtituas: qui numero ſanè grandi.*

P A G. 639. Inferias Neroni feciſſet.) *Repoſui pro, ieciſſet.*

Prodigis epulis & ſumptu Gaianæ aquæ ſatiare inexplebiles Vitellij libidines.) *De Gaiana aqua, id eſt, vt reſcam, aquæ ductu illo ſumptuoſo, nuga magna. Nec Ferretti quod in emendatio ad gemmenta aut librorum,* Caianæ aulæ. *Nobis ſuadet mendum & eius cauſſa, è diductione copulæ: quam reddimus, legimúſque,* ſumptu ſagináque. *Sagina vox apta, quoties de helluone Vitellio: & Tacito vſitur de induſtria vſurpata. Vt,* luxu & ſaginæ mancipatus emptúſque. *Iterùm:* medio die temulentus & ſagina grauis. *Nec aliter Cicero pro Flacco:* Qui multitudinem illam non auctoritate, ſed ſagina tenebat. *Hæc apta & bona Palmerij tamen*

conn

Ayuntamiento de Madrid

*coniectura non minus recte*, ſumptu ganeáque

Nouies millies ſeſtertium pauciſſimis menſibus interuertiſſe.) *Sidonius in Panegyrico ad Maiorianum, abit nimis ab hac ſumma, & quinquies millies exprimere voluiſſe videtur:*

— poſt quina Vitelli
Millia, famoſi ventris damnata barathro.

*Minus abibit, ſi legas*, bis quina. *quod verum cenſes, atque ita decies millies (vt potuit tamen cumque) in carmine dixerit.*

Pag 640 Integrum illic ac fauorabilem proconſulatum Vitellius, famoſum inuiſúmque Veſpaſianus egerat.) *De Vitellio, eadem Suetonius in vita eius, cap.* v *At de Veſpaſiano mutat, &* Africam integerrimè, *inquit*, nec ſine magna dignatione adminiſtrauit. *Qui concilientur, non video.*

Aut ſuo metaſtu.) *A Ferreto eſt. malè antea*, flatu.

Pag. 641. Mare quoque Eteſiæ flabant. harum flatu, *&c.*) *Intricata valdè lectio in ſcriptis. Vaticanus:* mare quoque & Bleſi flabra Aquilonis, harum flatu, *nec aliter Farneſ. At Budenſis.* mare quoque & etſi flabra Aquilonis verum flatur. *Nos legimus*, Mare quoque Eteſij flabant (*ſiue* inflabant) Aquilones. Horum flatu. *Plinius lib.* 11. Poſt biduum iidem Aquilones conſtantius perflant per dies xl. quos Eteſias vocant. *Et clarum certè eſt, Aquilones propitios optabiléſque iis qui ex Italia Orientem aduauigant: qui ex eo Italiam, contrà.*

Et duodeuiceſima.) *Vatic. & ipſa res poſcunt*, duoetuiceſima

Pag. 641 Vexillarij quartæ decimæ & ſextædecimæ.) *Libri ſcripti*, vexilla xiv. & xiii. legionum.

Lucillus Baſſus.) *Fruſtrà ſollicitant libri. Nam Vaticano eſt,* Blæſus: *Farneſiano,* Blexus. *At Baſſi cognomen firmat omninò priſcum monumentum quod Aquileiæ, cuius exemplar à Fuluio Vrſino mihi traditum ſubieci.*

IMP. CAESAR. VESPASIANVS.
AVG. PONT. MAX.
TR. POT. II. IMP. VI. P. P. COS. III. DES.
IIII. VETERANIS. QVI. MILITAVERVNT.
IN. CLASSE. RAVENATE. SVB. SEX. LVCI-
LIO. BASSO. QVI. SENA. ET. VICENA.
STIPENDIA. AVT. PLVRA. MERVERVNT.
ET. SVNT. DEDVCTI. IN. PANNONIAM.
QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA. SVNT.
IPSIS. LIBERIS. POSTERISQVE. EORVM
CIVITATEM. DEDIT. ET. CONVBIVM.
CVM. VXORIBVS. QVAS. TVNC. HABVIS-
SENT. CVM. EST. CIVITAS. IS. DATA. AVT.
SI. QVI. CAELIBES. ESSENT. CVM. IIS.
QVAS. POSTEA. DVXISSENT. DVNTAXAT
SINGVLI. SINGVLAS. NON. APRIL. CAE-
SARE. AVG. DOMITIANO. CN. PEDIO. CA-
STO. COS. LATORI. VENETI. F. CENTV-
RIONI. AMEZEIO. DESCRIPTVM. ET. RE-
COGNITVM. EX. TABVLA. AENEA. QVAE
FIXA. EST. ROMAE. IN. CAPITOLIO. AD
ARAM. GENTIS. IVLIAE. DEFORAS. PO-
DIO. SINISTERIORE. TAB. I. PAG. DI-
LOG. XXXXIIII.

Ne ab aliis apud Vitellium anteirentur, peruertiſſe ipſum Vitellium videntur.) *Vox Vitellij inepte repetita, & inculcata, vt ſolet, ab interprete. Scribo ea eiecta,* peruertiſſe ipſum videntur.

IVST.

# IVSTI LIPSI AD LIBRVM III. HISTOR.

## NOTAE.

IAM reſerata militia.) Non ſperno: aptius tamen fortaſſe, certè clarius, reſerata Italia. Atque id Taciti ſiue Antonij conſultantis mentem propius tangit.

PAG. 645. T. Ampius Flauianus) Verum hoc nomen erui è libris, qui aut Tampius aut Tumpius præferunt, eò haud ſcilicet notæ. Ampia gens inter Romanas nota. Vulgò Appium hic legas, falsò: quia non vni duplex prænomen eſſe potuit.

PAG. 646. Ceterùm vt tranſmitteret in Italiam impunè.) Clauſula corrupta, manca, nec ſcio an loco poſita. Farneſianus: vt tranſmitteretur in Italiam impunè eo viſui foret ſcriptum Aponio Satiū reuireſcere crederetur. Nec aliter Vati. niſi quod, viſui & ſuprà Satiū, adnotat, Sotiū. Ficulneū auxiliū: certè mihi, qui ſine libris non exiſto ex hac lacuna.

Quæſitum inde quæ bello ſedes legeretur. Verona potior viſa.) Variè olim peccatum in libris: ſæpe etiam in tranſpoſitu foliorum aut traiectu. Quod hic factum mihi liquet. Quomodo autem id alij Critici non aduertêre ante me? mirum. Nam hiſtoriam ſaltem lege non ignauè: videbis, imò tanges. En, hîc deliberatur de ſede belli in Italia, & Verona eligitur. Atqui nondum in Italiam copiæ vllæ tranſmiſſæ. Pagina demùm ſequenti narratur, Antonio

ra

Ayuntamiento de Madrid

rapienti partem equitum ad inuadendam Italiam Arrius Varus comes fuiſſe, & Aquileiam & proxima quæque occupaſſe. *Verùm nàm ne igitur venire potuerunt, à tergo his relictis? Sed & tota narratio incompoſita, diſſona. cui verum veterémque ordinem dare, haud noſtrum: in meliorem tamen paullò apti rémque ſic redigi cenſeam.*

CAETERVM vt tranſmitteret in Italiam impunè & eo vſui foret, ſcriptū Aponio, & vnà cum Mœſico exercitu celeraret. Ac ne inermes prouinciæ barbaris nationibus exponerentur, principes Sarmatarum Iazygum in cōmilitium adſciti. plebem quoque & vim equitum qua ſola valent offerebant. remiſſum id munus ne inter diſcordias externa molirētur, ac maiore ex diuerſo mercede ius fáſque exuerent. Trahuntur in partes Sido atque Italicus reges Sueuorum, quibus vetus obſequium erga Rom. & gens fideicōmiſſæ * patientior. oppoſita in latus auxilia infeſta Rætia, cui Porcius Septimius procurator erat incorruptæ erga Vitellium fidei. Igitur Sextilius Felix cū ala Tauriana & VIII. cohortibus ac Noricorum iuuentute ad occupandam ripam Æni fluminis quod Rætos Noricóſque interfluit miſſus, nec illis aut his prælium tentantibus fortuna partium alibi tranſacta. Antonio vexillarios è cohortibus, & partem equitum rapienti comes fuit Arrius Varus, ſtrenuus bello, quam gloriam & dux Corbulo & proſperæ in Armenia res addiderāt. Idem ſecretis apud Neronē ſermonibus ferebatur Corbulonis virtutes criminatus. Vnde infami gratia primumpilum adepto, læta ad præſens male parta, mox in perniciem vertēre. Sed primus ac Varus occupantes Aquileiæ proxima quæque, & Opitergij & Altini lætis animis accipiuntur. Relictum

Ayuntamiento de Madrid

ctum Altini præſidium aduerſus claſſem Rauen-
natem, nondum defectione eius audita. Inde Pa-
tauium & Ateſte partibus adiunxere. Illic cogni-
tum tris Vitellianas cohortes,& alam cui Scribo-
nianæ nomen ad Forum Alieni ponte iuncto con-
ſediſſe. Placuit occaſio inuadendi incurioſos. nam
id quoque nuntiabatur. Luce prima inermes ple-
roſque oppreſſere. Prædictum vt paucis interfe-
ctis ceteros pauore ad mutandam fidem coge-
rent. Et fuere qui ſe ſtatim dederent. plures ab-
rupto ponte inſtanti hoſti viam abſtulerunt Vul-
gata victoria poſt principia belli ſecundum Fla-
uianos,duæ legiones ſeptima Galbiana,Tertiade-
cima Gemina cū Vedio Aquila legato Patauium
alacres veniunt. Ibi pauci dies ad requiem ſum-
pti,& Minutius Iuſtus præf. caſtrorum leg. VII.
quia audacius quàm ciuili bello imperitabat,
ſubtractus militum iræ, ad Veſpaſianum miſſus
eſt. Deſiderata diu res interpretatione gloriæ in
maius accipitur, poſtquam Galbæ imagines diſ-
cordia temporum ſubuerſas in omnibus munici-
piis recoli iuſſit Antonius,decorum pro cauſſa ra-
tus ſi placere Galbæ principatum partes prætu-
merent. Quæſitum inde quæ ſedes bello legere-
tur.Verona potior viſa patentibus circum campis
ad pugnam equeſtrem qua præualebant: ſimul
coloniam copiis validam auferre Vitellio in rem
famámque videbatur. Poſſeſſa ipſo tranſitu Vi-
centia; quod per ſe parum (etenim modicæ muni-
cipio vires) magni momenti locum obtinuit, re-
putantibus illic Cæcinam genitum, & patriam
hoſtium duci ereptam. In Veronenſibus pretium
fuit: exemplo opibúſque partes iuuere. Et inter-
ſeptus exercitus per Rætiam Iuliáſque Alpes. ac
ne peruium illá Germanicis exercitibus foret,
obſe-

obſepſerat. Quæ ignara Veſpaſiano aut vetita, quippe Aquileiæ ſiſti bellum, exſpectarique Mucianum iubebat. Adiiciebatque imperio conſilium, quando Aegyptus, clauſtra annonæ, vectigalia opulentiſſimarum prouinciarum obtinerentur, poſſe Vitellij exercitum egeſtate ſtipendij frumentique ad deditionem ſubigi. Eadem Mucianus crebris epiſtolis monebat, incruentam & ſine luctu victoriam & alia huiuſcemodi prætexendo, ſed gloriæ auidus atque omne belli decus ſibi retinens. Ceterùm ex diſtantibus terrarum ſpatiis conſilia poſt res afferebantur. Igitur repentino incurſu Antonius ſtationes hoſtium irrupit, tentatiſque leui prælio animis, ex æquo diſceſſum. Mox Cæcina inter Hoſtiliam vicum Veronenſium & paludes Tartari fluminis caſtra permuniit, tutus loco cùm terga flumine, latera obiectu paludis tegerentur. Quòd ſi affuiſſet fides, aut opprimi vniuerſis Vitellianorum viribus duæ legiones nondum coniuncto Mœſico exercitu potuere, aut retroactæ deſerta Italia turpem fugam conſciuiſſent. Sed Cæcina per varias moras prima hoſtibus vẽdidit tempora belli, dum quos armis pellere promptum erat, epiſtolis increpat, donec per nuntios pacta perfidiæ firmaret. Interim Aponius Saturninus cum legione VII. Claudiana aduenit. Legioni tribunus Vipſanius Meſſalla præerat, claris maioribus egregius ipſe, & qui ad id bellum ſolus artes bonas attuliſſet. Has ad copias nequaquam Vitellianis pares (quippe tres adhuc legiones erant) miſit epiſtolas Cæcina, temeritatem victa arma tractantium incuſans. Simul virtus Germanici exercitus laudibus attollebatur, Vitellij modica & vulgari mentione, nulla in Veſpaſianum contumelia. Nihil prorſus quod aut

Ayuntamiento de Madrid

aut corrumperet hoſtem, aut terreret. Flauianarum partium duces omiſſa prioris fortunæ defenſione, pro Veſpaſiano magnificè, pro cauſſa fidenter, de exitu ſecuri, in Vitellium vt inimici. Facta Tribunis & Centurionibus retinendi quæ Vitellius indulſiſſet, ſpes: atque ipſum Cæcinam non obſcurè ad tranſitionem hortabantur. Recitatæ pro concione epiſtolæ addidere fiduciam, *hic eo ordine quo deinceps vulgati.*

Vicentia.) *Vicetiam appellant Plinij melicres libri, & Strabo* Οὐικέτιαν. *Etiam lapis:*

INTER
ATESTINOS
ET
VICETINOS
FINES TERMINOSQ.
POSVIT.

Et interſeptus exercitus per Rætiam Iuliáſque.) *Vatic. & Farneſ. ita:* interiectus exercitus Retiam Iuliáſque. *Ego ne hæc quidem integra puto aut ſitu compoſita. Legam tamen:* interiectus exercitus Rœticas Iuliáſque Alpes, ne peruium illà Germanicis exercitibus foret, obſepſerat.

PAG. 647. Pro cauſſa fidenter, de exitu ſecuri.) *Manuſcripti,* de exercitu *Quod edidi, magis placet.*

PAG. 648. Et gens fideicommiſſæ patientior.) *Mei codices,* commiſſior, patientior. *An,* fide cognitior? *an impar medicina noſtra huic vulnui? Palmerius legit:* fideicommiſsior: patenti ora, oppoſita in latus auxilia. *neſcio an fauente Aeſculapio.*

Cũ ala Tauriana) *Vaticã atqui ala Tauriana ſiue Taurina, adiũcta legioni Italicæ in Vitellij partibus erat: nec de transfugio aut diſceſſu eius vſquam diximus. Vt iuſta cauſſa ſit, cur Vaticanam lectionem*

*rIci*

Ayuntamiento de Madrid

*recipiam* Ala Auriana. *Nomina enim ferè equitum alis, à Præfectis: Tauriana, Frontoniana, Valeria, Silanæ, Auriana. & nec ipſa Auriana perſeuerauit ad labens imperium, legaſq; in Notitia imperij. Sub diſpoſitione Ducis Armeniæ* Ala Auriana, Daſcuſæ.

Nec illis aut his.) *Non rectè editum,* nunc illis.

Arrius Varus ſtrenuus bello, quàm gloriam ei dux Corbulo, *&c.) Vetus quem ſæpe teſtem arbitror non vanè. Nam ſcripti mei,* Strenuus bello magis quàm gloria & dux Corbulo. *Diuinabam olim,* ſtrenuus bello, quàm gloria: ei dux Corbulo & proſperæ in Armenia res. *omiſſa voce,* addiderant, *quam additam cenſebam à gloſſographo ſententiæ fulciendæ. Genus quidem hoc loquendi, per Tacitum crebrũ. Annali* IV. Agrippa claris maioribus, quàm vetuſtis. *Annal.* I. Pacem quam bellum probabam: *& ſæpius. Plautus ipſe non refugit, Rudente:*

Eò tacent, quia tacita bona eſt mulier ſemper, quàm loquens.

*Iterum Menæchmis.*

Quin vidua viuã, quàm tuos mores perferam.

*Nec quidquam in his mutandum, intelligitur enim, magis, potius. ut Græcis crebrò τὸ μᾶλλον. Iterum Plautus.*

Certum eſt moriri, quàm hunc pati lenonem in me graſſari.

*Liuius:* Multiplex quàm pro numero damnũ eſt. *Laberius:* Conſiſtes ægrè, & quàm deſcendas, decides. *Curtius lib.* VII. Nec me ars mea, quàm beniuolentia perturbat. *Noto pluribus, vt iuſtiorem genus dicendi quod obſcurũ viſum multis & in Tacito durum. At de loco hoc ipſo, nunc quidem hæreo. Parum aptæ ſententiæ videtur,* ſtrenuus gloria: *nec antitheſis clara. Rodolphus adnotarat in ſuo codice,* ſtrenuꝰ bello magis quàm bonus. *Certè valdè mihi placeat*

legis.

Ayuntamiento de Madrid

legi, ſtrenuus bello, quàm bonus. gloriam ei dux Corbulo, *&c. Et vereor vti Rodolphus in libro aliquo repperit, non auſus ſequi.*

Occupantes Aquileiæ proximæ quæque.) *Budenſis codex & Rom. editio,* occupata Aquileia, in proxima quæque. *Haud diſplicet. poßit & legi,* in prox. quoque.

Alam cui Scribonianæ nomen.) *aliquot libri,* Sebonianæ.

PAG. 649. Vulgata victoria poſt principia belli.) *Abeſt particula,* poſt, *a Budenſi: eoq; Rhenanus,* principio belli, *reſcribit, me fauente.*

Minutius Iuſtus, quia audacius quàm ciuili bello imperitabat, ſubtractus militum iræ) *Sperno illud,* audacius: *nec proterno militi vnquam ea in duce diſplicuerit, ſed rigor potius & ſeueritas. Itaq; benè Vaticanus,* adductius: *cui verbo ea vis. Tacitus libro 14 Annal.* Pluribus ſermonibus, modò familiaritate iuuenili Nero, & rurſus adductius, quaſi ſeria conſociaret. *Idē* XIV *Annal.* Adductũ quaſi & virile ſeruitiũ. *ita enim ibi malo cum codice Budenſi quàm* Addictũ. *Suetonius ſenſu ſimili Tiberiũ inceßiſſe ſcripſit,* vultu adducto, plerũq; tacitũ: *i. graui, ſerio, & ſeuero. Ita Seneca* vultũ adducere in triſtitia *vſurpat: & Capitolinus de Aelio Vero ſcribit,* fuiſſe frõte in ſupercilia adducta venerabilẽ. *Cauſſa aperta huic ſignificationi, à geſtu. Qui enim alacres, comes, fronte etiã ferè ſunt exporrecta & diffuſa. qui triſtes, ſeueri, eã tũ contractâ & adductâ. Non aliamente Propertius ſubductum vultũ pro graui dixit:*

Nunc volo ſubducto grauior ſubducere vultu.

Decorũ prò cauſſa ratus, ſi placeret Galbæ principatus. & partes præſumpsère.) *Male diducta ſententia & ſcripta. Puto,* ſi placere Galbæ principatũ & partes, præſumpſiſſent. *Putauit, inquit, Antonius*



Ayuntamiento de Madrid

*e re futurum, ſi homines animo præſumerent, Galbæ principatū & optimatum partes Veſpaſiano placere.*

PAG. 650. Et vt proditionis ira militū in Flauianū incubuit.) *Vocem ſententia flagitat. & puto deeſſe, Auctorem, Compertum, aut tale. Itaque ſcribam,* vt proditionis auctorem, ira militum, *&c.*

P. 651. Corneliū Tuſcū.) *Lege,* Fuſcū. *Ille eſt qui ſuperiore libro nominatur.* Sed Cornelius Fuſcus procurator (*Dalmatiæ*) aderat vigens ætate claris natalibus. *Et hac in bello ciuili opera, niſi fallor, benè penitus in Veſpaſiani domum inſinuauit: & a Domitiano præfectus prætorio factus. Periit in Dacia, infelici pugna. Sueton. Domit. cap. 6. Dio, Victor. Iuuenalis de eodem:*

Et qui vulturibus ſeruabat viſcera Dacis.

Secreta caſtrorum.) *Principia ipſa, quia hæc ſeiuncta à tabernaculis & tentoriis militum. Ideò Statius vocauit,*

——Cæli penetrale, domūq; verenda Signorū.

Tranſfugiſſe claſſem, arcem commeatuum.) *Benè emendant iam olim in Antiquis. Præter exempla eius ſermonis, quæ tunc adduxi: velim addi nouitium à Liuio, lib. 3. qui Caſtellum etiam in hac metaphora ponit:* Reſpice, enit tribunal homines, caſtellum omnium ſcelerum.

Vbi totis caſtris in fama proditio.) *Alij libris* infamia prodita. *nec ſperno.*

PAG. 653. Etiam militibus principem auferre.) *Cum. Ferretto omninò lege,* etiam milites auferre.

P. 655. Fortè victi haud perinde rebus proſperis.) *Rodolphus,* victores *Mauté video: & tamē ſubuereor vt parū plena iſta, & huic narrationi quædā deſint.*

P. 656. Auceps belli fortuna.) *Farneſ.* prælij. *quod probo. Aliud enim bellum propriè, aliud prælium.*

PAG. 657 Non ſi pateant portæ, niſi explorato-

niſi

Ayuntamiento de Madrid

ſi die, Intrandum.) *Rodolphi lectio valdè mihi arridet, neſcio an à libris:* non ſi pateant portæ, non die, niſi exploratò intrandum.

PAG. 658. Hoſtẽ poſtera die profligare ac proruere ratio fuit.) *Noſtri in Antiquis lib. II. cap. XVI. videri inducta voce legend.* ac proruere fuit, *id eſt, licuit. Sed vereor vt ego quoque interdum (cur vrgem aut purgem cõmunem Criticorũ hanc noxã?) interſpectores, non medicos. Nunc ſanè vocem eã reuoco.*

PAG. 659. Quartædecimæ legionis baliſta.) *Qui poteſt? Nam quartadecima legio pro Othone ſteterat, & poſt Bedriacenſe prælium ſtatim à Vitellio in Britanniam remiſſa. Sed nec mentio eius in hac pugna, imò bello. Reponam fidenter,* quintædecimæ, *quæ in Vitellianas paulò ante cenſa.*

PAG. 660. Hinc maiores equorum virorúmq; vmbræ, & falſo vt in corpora ictu, tela hoſtiũ citrà cadebant.) *Ita è libris reſtituimus, nec ſententiam difficile capi, è ſimilibus auctorum locis. Nam hæc fraus ſiue error aliâs quoque obiectus hoſti. Plutarchus in Pugna Pompeij cum Mithridate:* ἐπῆεσαν μὲν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ νώτου τὴν σελήνην ἔχοντες. πεπιεσμένης δὲ περὶ τὰς δύσεις τοῦ φωτὸς, αἱ σκιαὶ πολὺ τῶν σωμάτων ἔμπροσθεν προϊοῦσαι τοῖς πολεμίοις ἐπέβαλλον, οὐ δυναμένοις τὸ διάστημα συνιδεῖν ἀκριβῶς, ἀλλ' ὡς ἐν χερσὶν ἤδη γεγονότων, τοὺς ὑσσοὺς ἀφέντες μάτην, οὐδενὸς ἐφίκοντο *id eſt:* Aggreſsi eos Romani ſunt, Lunã à tergo habentes. qua inclinante in occaſum, vmbræ corporũ anterius productæ hoſtib. incurrebant, qui parũm exactè interuallum hac cauſa diſcernere potuerũt. ſed tanquã iam in manibus & intra tela eſſent, haſtis temerè emiſsis, neminẽ attigerũt. *Florus paullo aliter narrat, nec rẽ cepiſſe viſus eſt, de illa ipſa pugna:* Nocturna ea dimicatio fuit, & Luna in partibus. quippe quaſi

commilitans, cum à tergo hoſtibus, à facie Romanis ſe præbuiſſet. Pontici per errorem, longius cadentes vmbras ſuas, quaſi hoſtium corpora petebant. *Si tamen ea lectio recta, nec interpolata ab imperitis. Nam certe Oroſius etiam & Frontinus, Romanis in hac pugna Lunam fuiſſe à tergo fatentur: & Dio clarè, κατόπιν. Itaque emendem in Floro:* cum à tergo Romanis, à facie hoſtibus ſe præbuiſſet: Pontici per errorem longius cadentes vmbras (*voculam illam*, ſuas, *expungimus*) quaſi hoſtium corpora petebant. *Sanè ratio ipſa ita vult. nec tam bardum ego Florum vnquam cenſeam, vt hoc non ceperit.*

Cur rari ſumpſiſſent arma.) *Ex hiſtoria & ſententia*, cur reſumpſiſſent. *Nam Pannonici ſemel victi, arma tamen iterum ſumpſerant.*

Orientem Solem (ita in Syria mos eſt) Tertiani ſalutauere.) *Nam hæc legio è Syria deducta, in qua ſub Corbulone militauerat. At de more ipſo, Herodianus lib.* IIII. *de Parthis, qui pugnam inituri orto iam Sole: ἀσπασάμενοι δὲ τὸν ἥλιον, inquit, ὡς ἔθος αὐτοῖς, οἱ βάρβαροι μεγίςῃ κλαγγῇ βοήσαντες ἐπέδραμον τοῖς Ῥωμαίοις.*

Vagus inde an conſilio ducis ſubditus rumor.) *Romanus codex*, vagus inde, an conſilio *quod valde amplector. Ambigit videlicet, fortuitu natus inter milites is rumor, an arte ducis ſparſus.*

Contraheret diduceretve.) *Sententia & διάθεσις ſic viſa poſtulare. vulgò*, duceretue.

Pag. 662. Multa cum ſtrage inceſſerat: contatio) *Quem do* contatio *imò ardor vbique & feruens opus. Scribimus*, tentatio.

Viles ad prædam, in ludibrium trahebant.) *Turnebo ne accedamus reſcribenti*, miles ad prædã. *Taciti enim hæc mens, eos ipſos qui aut ætate aut imbecil*

*ſilitate non erant vilius aris, raptor tamen per ſcurtiam & ad illuſum. Curtius non abſimiliter in direptione Perſepolis* Neque auaritia ſolùm, ſed etiam crudelitas in capta vrbe graſſata eſt. auro argentoque onuſti, vilia captiuorum corpora trucidabant.

PAG. 666. Ti Sempronio.) *Id eſt, Tiberio. Malè enim vulgò,* Tito: *ex Liuio, & Faſtis.*

Siqua alia vis per Alpes rueret.) *A Beato hoc eſt, antea,* irrueret. *Legam,* ingrueret.

Antonius pudore flagitij.) *Ita mei libri. Budenſis,* piſtore *vulgati peſſime,* poſt rem flagitij.

PAG. 667. Repoſita templa foráque, magnificentia municipium.) *Placet magis quod in Rom. codice eſt* munificentia.

Non in ore vulgi agere.) *Vera noſtra coniectura. Nam in libris omnibus,* more vulgi. *quod ſanè haud conuenit. At in ore agere, eſt Latinis coram & in conſpectu eſſe, ſeſe offerre. Salluſtianum eſt, & ab eo penu Tacito promptum. In oratione Cottæ ad Quirites:* A prima adoleſcentia, in ore veſtro, priuatus & in magiſtratibus egi. *Fragmento alio:* In ore agens gentibus, populo, ciuitati. *Tacitus iterum hoc libro:* Iulianus ad L. Vitellium perductus, verberibus fœdatus, in ore eius iugulatur.

PAG. 668. P. Sabinū prætorij præf.) *Publij prænomen hic & infra tributū huic Sabino aſſenſu magno librorum. Quæ ratio aut mens igitur Onufrij, negantis id prænomen receptum vmquam in Flauiis?*

PAG. 669. Nobili gaudio Blæſum viſendo.) *Neſcio an* notabili gaudio.

PAG. 671. Gallias & Germaniæ gentes.) *Vo em aptè inſerit Vat. codex:* Gallias & exercitus & Germ. gentes.

PAG. 672. Simul ceterorum fides metu intacta.)



Ayuntamiento de Madrid

*Mihi hæc non integra, etſi ſcio quam ſententiam ex eys Ferretius extorqueat ſed vere extorqueat. Palmarius legebat*, metu intuta: *auxilio vano.*

Sæuitia maris, aut aduerſante vento.) *Romanicæ tio*, ſegnitia maris: *quod auribus meis blandibatur, vix ſententiæ.*

Regreditur maturè: ceteriſque remanere & in verba Veſpaſiani adig: volentibus fuit.) *Priora lego*: regreditur. Maturo ceteriſque. *Intellexit enim Marium Maturũ procuratorẽ Alpium, qui diſceſſu Valentis velut exſolutus, tranſiit in Flauianas partes. Poſteriora rectè olim Rhenanus emẽdauit, cũ vulgò eſſet*, volentibus liberũ fuit, *inſiticia voce: aut, vt in quibuſdam*, auctor fuit. *Qui ſcilicet gloſſographi ignorarunt genus dicendi à fonte Græco: quod peritum ſagacemq; Germanum non fugit. In eo enim & induſtriæ laude Rhenano libens do: & ſcio inter primores eum ſuæ gentis. At carpſi olim liberius. Non ego, ſed ætas. (etſi tamen ea multa in Rhenani iudicii, quæ probet nemo Iudex è Selectis.) Nunc abijt ille feruor: & obtendere manum ad magnorum virorum culpas poſſim, quam diducere & explicare. Reuera autem quantulæ hæc ſunt, de quibus litigamus? litteræ, ſyllabæ, voculæ. Ridere mihi lubet, cum virorum grauium & grandium velitationes, imò pugnas video in his nugis. & metuo vt excitent me ad alteram Satyram. Nunc cum Ariſtophane ſatis mihi inclamaſſe:*

—Λοιδορεῖσθαι δ' οὐ πρέπει
Ἄνδρας ποιητὰς ὥσπερ ἀρτοπωλίδας.

P. 673. Auxerat potẽtiã.) *Fallor, aut Tacitus ſcripſit*, potẽtia. *Quis enim alias iſte qui auxit? At genus illud dicẽdi perelegans, Auxit potentia, id eſt, Auctus eſt, ſignificatione occulta quadã patiendi. Cato in hoc ipſo verbo*: Eodem nomine complures ex agris acceſſitauere, eo res eorum auxit. *Velleius Sedando*

ver

*verbum ſic vſurpat:* Poſtquam tempeſtas ſedauit, Adherbal taurum immolat. *Plautus Lenunculi:*

Dum hę conſileſcunt turbę atque irę leniunt.

*Et plures eiuſmodi Latinæ linguæ delicias guſtare tibi fas apud Agellium lib.* XIIX. *cap.* 12. *Non diſsimile, quod in Thucydideo charactere obſeruet Dionyſius: ſæpe* τὰ παθητικὰ ῥήματα, δραστήρια: τὰ δὲ δραστήρια, παθητικὰ *eſſe.*

P. 675 Cameras vocant.) *Noſtri áſne hac voce? certè etiam hodie Cubilia recta & clauſa Cameras vocamus. & ab ea ſimilitudine profecti, opinor, has naues. Strabo in deſcribenda Boſphorana ora:* ἀκάτια ἔχοντες λεπτά, στενά, καὶ κοῦφα, ὅσον ἀνθρώπους πέντε καὶ εἴκοσι δεχόμενα. Καλοῦσι δὲ αὐτὰ οἱ Ἕλληνες καμάρας. *Vbi in gloſſula fortè non illæ voces,* οἱ Ἕλληνες.

Aduertit ea res Veſpaſiani animum.) *Scribas,* ea res Veſpaſianum, *voce ſequenti inducta, breuius & verius. Ita loquitur Annal. l.* 11. Octo aquilæ petere ſiluas & intrare viſæ, aduertere imperatorem.

Sedocheſorū regis) *Vatic.* Sedothezorum. *Rom.* Sedetoſorū *Nullum hunc populum ego notum ſcio.*

Pag 676. In regione bello attrita) *Male enim omnibus libris,* in legione.

Pag. 677. Prælio quo apud Ianiculum aduerſum Cinnam pugnatum eſt.) *Cum Tacito aut Siſenna potius conſentit Liuius epitoma 79 & alterū militem in Pompeij exercitu ſtatuit, alterum Cinnæ. At Valerius lib.* V *pro Cinna Sertorium ſubſtituit, ſuóne an correctorum lapſu? Bello Actiaco etiam idem euenisse, commemorat Epigramma vetus, quod vulgatum magno Scaligero debemus.*

Mæuius à caſtris miles melioribus auſus
Hoſtilem ſaltu præcipitare ratem
In damnum felix, & victor vt impius eſſet
Neſcius occiſo fratre ſuperbus erat.



Ayuntamiento de Madrid

Dum legit exuuias hoſtiliáque arma reuellit,
　Fraternos vultus oráque nota videt.
Ille ferox quid lenta manus nunc denique ceſſes?
　Iuſtius hoſte tibi qui moriatur adeſt.
Fraternam res nulla poteſt defendere cædem,
　Mors tua ſola poteſt, morte leuanda tua eſt.
Viximus aduerſis, taceamus partibus iſdem,
　Dixit & in dubio eſt verius enſe cadat.
Enſe meo moriar maculato cæde nefanda?
　Cui moreris, ferrum quo moriare, dabit.
Dixit & in fratrem fraterno concidit enſe,
　Victorem & victum condidit vna manus.

PAG. 678 Et certiora de Muciano ſperabantur.) *Magis antiqua, rectiora. Antonij vitiorum, inquit, iam pertæſum erat: & meliora de Muciano ſperabantur, ſi aduenisſet.*

Muciano volẽtia ſcripſere.) *Ita libri. Salluſtianũ videtur:* Põpeius multis ſuſpicionib. volẽtia plebi facturus habebatur. *Beatus tamẽ volentia maluit.*

PAG. 681. Qui Mæuaniam inſederat.) *Vocula addita è libris.*

Nube atra diem obtenderent.) *Benè ita libri, non* obtunderent, *vt viſum Beato. Quibuſdam ſcriptum,* nube radium obtenderent. *vitio è.*

Profugus altaribus taurus, longè, nec vbi feriri hoſtias mos eſt, confoſſus.) *Prætulit ad emendationem hanc Vaticanus quiſquis*, longè nec vbi feriri. *Nam a quibusdam libris mutili. Ominoſum verò antiquitus, ſi hoſtia fugiſſet, nec ſuo loco, id eſt, ante aram cæſa fuiſſet. Feſtus.* Piacularia appellabant, quæ ſacrificantibus triſtia portendebant, cum aut hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitũ dediſſet, aut in aliã partem corporis quam oporteret, cecidiſſet. *Plinius.* Notatum eſt vitulos, ad aras humeris hominis allatos, nõ ferè litare: ſicut nec claudicãtes,

nec

Ayuntamiento de Madrid

nec aliena hoſtia deos placari, nec trahente ſe ab aris.

Arcuêre eos intimi.) *Verè. non* arguêre.

Pag. 685 Victoriam conſiliis & ratione perfici.) *Vulgati*, proficiſci. *ſcripti*, profici. *ex quo nobis* perfici *viſum facere.*

Pag. 686 Ludicro Iuuenalium ſub Nerone.) *Hoc malui, quàm quod vulgo eſt* Iuuenum.

Vt ad prælium intentus armatúſque.) *Codex regius*, ornatúſque. *quod germanum eſt. Loquebantur enim ita etiam in armis. Vnde & gladiatorum ornamenta. Tacitus libro* v. pauci ornati militariter. *Liuius lib.* ix. Diémque iis qua equis armiſque inſtructi ornatíque adeſſent, edicit.

Pag. 687. Vitellius de numero ſeruorum, electione lictorum loqui.) *Quorſum lictores? Si enim priuatum ſeriò indueret, nihil in opus. Scribendum omnino* litorum *Seceſſum videlicet aliquem amœnũ & maritimum adtribui ſibi Vitellius volebat, velut ad otium. Itaque in oratione aduerſariâ mox amicorũ, reſpondetur huic parti.* Nunc pecuniam, & familiã, & beatos Campaniæ ſinus promitti. *Suetonium ego in hac voce paullò grauius & obſcurius corruptum reſtituo, Tiber. cap.* LXXII Nec abſtinuit conſuetudine, quin tunc quoque inſtans in medio triclinio, adſtante lictore ſingulos valere dicere appellaret. *Cui enim rei lictor ibi in triclinio? aut ex quo vſu? Beroaldus & priſcæ editiones*, vt ſtãs in medio. *Legã & reſcribã totum locum:* aut ſtans in medio triclinio, aut ſtans in litore, ſingulos, *&c. ſiue relegata altera voce breuius*, aut ſtans in medio triclinio, aut è litore. *Temerè enim repeti ita videtur à librario. Sententia autem liquida & pura, Tiberium Capreis diſſimulando morbo ſtantem valedixiſſe comiter ſingulis, ſiue in triclinio, ſiue in ipſo litore. Nã*



Ayuntamiento de Madrid

*modicâ ea inſula, & amici plerique diuerſabantur, vt opinor, in oppoſita Italiæ terra.*

Inualidus ſenecta.) *Vocem Rodolphus addit,* ſenecta ſeniúque *valdè appoſitè, m[illegible]ò e libris.*

Offenſarum operta metuebantur) *ita Farneſianus, proba & ſolemni Tacito dictione. Alij,* operta

PAG. 688 Ne victos quidem laturos.) *Varia emendatio vel crux potius adhibita huic loco. Vertranius legit,* ne victor quidem laturus. *Beatus:* Ne victum quidem laturus. *Mihi ſana lectio eſt, ſana ſententia. Si Veſpaſianus, inquiebant, tam alto animo eſt vt rectis oculis æmulum quondam imperij poſſit adſpicere: tamen id iſtæ ipſæ victæ partes ferent nunquam, qui miſeratione olim Principis, ad vltionem & res nouas accingentur. Atque huic ſententiæ ipſe ſubnexum.* Ita periculum ex miſericordia.

Non ſecuritatem, niſi exſtincto æmulatu redituram) *Cenſeo nos aptè reſtituiſſe: etſi in libris,* æmulatore redituram. *Budenſis aliquid tenuit, qui* æmulatore datura *præferebat. Tacitus alibi:* & ne æmulatus in vrbe ageret, prouinciæ Luſitaniæ præficitur.

Vitellij cliens, cum Vitellius collega Claudio foret.) *Poſtrema ea verba,* cum Vit. col. Cl. foret, *gloſſulam ſapere videantur, ad ſubſequentia verba,* Quin vt cenſuram patris. *Fero tamen.*

PAG. 689. Vt tot egregiæ domus honores deceret.) *Rectè: & capio. In Romana tamen editione,* honores degeret. *ex qua (ſiquid mutandum eſt) fecerim,* tegeret. *Rodolphus enim longius abire a ſcripto videtur, qui reponit,* negligeret.

PAG. 691. Inſedit milite, & quibuſdam Senatorum equitúmque.) *Plerique libri voce inſita,* inſedit mixto milite è quibuſdam. *Fabio. Sententia eſt, Militem aliquem vrbanum Sabino fuiſſe, & prætereà quoſdam ex equite & ſenatu.*

*Nar*

Ayuntamiento de Madrid

*Narratio ipſa Taciti addocet.*

In Capitolium acciti.) *Priores duæ voces à gloſſographo ſunt aſſutæ, certè in Capitolium eos acceſſos, ſine monitore vllo nimis [illegible]*

Suſtinentes faſtigium Aquilæ.) *Græci etiam eamente ἀετὸν dicunt. Heſychius:* ἀετὸς καὶ ὄρνεος καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ γείσου κυμάτιον. *Pauſanias aliquoties vſurpat. vt lib. X.* τὰ δὲ ἐν τοῖς ἀετοῖς ἐστιν Ἄρτεμις καὶ Λητὼ καὶ Ἀπόλλων. *Libro V.* ὕψος μὲν δὴ αὐτὸ τοῦ ναοῦ ἐς τὸν ἀετὸν ἀνήκον εἰσιν οἱ ὀκτὼ πόδες καὶ ἑξήκοντα. *Niſi fallor, iſte ipſe aquilæ, ἀνάποδες P[illegible] dicuntur.*

PAG. 693. Neque Galli capta temerare potuiſſent.) *Ita Farneſianus melius eſſe, quàm,* tenere, *quod obtinuit. Pollutio enim iſta ad locum ſacrum ſpectat.*

PAG. 694. Quo tantæ cladis pretio pro patria bellauimus?) *Æger malè locutus: ut non ego medicus. Libri vocem inferunt,* pretio ſtetit pro patria. *Rodolphus iterum aliam:* pretio ſtetit, cum pro patria. *Mihi coniecturæ quadam ſub calamo: ſed leues, & quas nebulæ cyatho nemo emat.*

CCCCXV. annorum ſpatio.) *Ratio temporum euincit. ſcrib.* CCCCXXV. *Ad Faſtos.*

Lutatij Catuli nomen, inter tanta Cæſarum opera, vſque ad Vitellium manſit.) *Fallit nos ergo, aut falſus ipſe Dio, qui adſeuerat inter alios honores datum Cæſari, vt nomen eius Capitolio inſcriberetur, deleto Catuli: idque eum recepiſſe. Quod ex hoc loco omnino non poteſt.*

PAG. 695. Immixtus, ignarúſque.) *Ita Vatic. quod germanũ iudicamus, non,* ignoratúſque. *Nominat quædam in ea voce eſt, quam Salluſtio debet:* Moræ humanæ cupidinis ignara viſundi. *id valet,* ignota.

PAG. 697. Reliquas in litore captas.) *Couarruuiæ codex,* reliquæ in litore captæ. *quod verius.*

Dum peractum bellum putant.) *Romanus:*

patra

patritam bellum. *prole.*

Pugnatū haud procul vrbe) *Hiſpanus*, vrbē *vrid.*

Diremta belli commercia.) *Quid clar. uel Corrector tamen aduentat*, diremta bellico commercia.

P. 702. Exſultabāt, nulla partiū cura.) *Vox interiecta in priſcis libris*, exſultabant. Fruebātur nulla partiū. *Quam, aut meo exēplo, eijciendum eſt: aut flectendum, ſcribendumq́;* exſultabant, furebāntque.

PAG. 703. Per auerſam palatij partem.) *Roman.* portam. *quod præfero: aut potius vtraque voce ſpreta*, per auerſa palatij. *Sæpe ita noſter loquitur: itémque Velleius:* Antonius per auerſa caſtrorum, proruto vallo, receptus eſt.

PAG. 704 Præcipiti in occaſum die.) *E Vatic. nam aliq.* præcipitanti.

---

IVSTI LIPSI

# AD LIBRVM IV. HISTOR.

NOTAE.

P. 705. VBIQVE laméta, conclamationes, & fortuna captæ vrbis.) *Nō diſplicet Vettranij diuinatio*, forma captæ vrbis.

PAG 706. Præmiſſi Aricia equites.) *Liber vnus*, Arriani equites. *quid? an Arrij Vari turmas intellegit? Non opinor. & magis eſt vt vera ſit vulgata.*

PAG. 708. Prompſit ſententiam, vt honorificam in bonum principem.) *Aut mihi mens, aut huic loco aliquid deſit. Quid enim hic in quo Heluidius offenderit? Sed nec iſta ipſa ſententiolæ integra.*

*græ-ſcri inſeritq;* Tacitus, vt honorificam in bonum principem, ita adulationis expertem. *Certè membrum tale aliquod requiro. Rhodolphi enim noster exempl.* quo legit, vt honorif. in b. princ. ita falſa aberant. *quæ ſententiam ſequentem debilitat & eneruat.*

Heluidius priſcus regione Italiæ ſeptima, Tarracinæ municipio.) *Locus nec bonus nec firmus, de firmiſſima vero. Nam in libris abeſt vox,* ſeptima: *quam nos tamen inſeruimus, ſententiæ vtcumque fulciendæ, admonitionibus Vertranij & Ferreti. Scimus enim Italiam totã in* XI. *regiones diuiſam ab Auguſto. itaque cum regionis illi mentio ἐλλείπει, alius, numerũ eius a Cornelio expreſſum. Sed iure ambigo. primum quia non Tacito, non aliis hiſtoricis vſurpatũ, vt in opidi mẽtione regionem Italiæ adiũgant. Et vt id in loco ignotiore fiat: quid opus in Tarracinia, municipio iã vicino vrbi, tã noto? Denique libri etiam in illo ipſo verbo vacillant. Nam vaticano eſt,* Tarentium municipium: *Farneſ.* Tarentinæ: *priſ. in editionibus.* Tarentino. *Mirum verò, ſi libri omnes in opido toties iã antè ſine errore vllo nominato, hîc demum offendant.*

Non vt plerique, vt nomine magnifico ſegne otium velaret, ſed quò firmior aduerſus fortuita rem capeſſeret.) *Diſce iuuentus. & vide verum finem quem Sapientiæ ſtud. is proponas.*

Pag. 709. Ciuis, ſenator, maritus, gener, amicus, cũctis vitæ officiis æquabilis, opum contemptor, recti peruicax, conſtans aduerſum metus.) *Magna laudes: & quæ iure nos rapiant in admirationem viri. Cui Tacitum ipſum per familiarem fuiſſe, mihi liquet. Non minora de eo elogia ſparſim reperias in Diſſertationibus Epicteti apud Arrianum: & Plinius etiam in Epiſtolis celebrat, plus vno loco. At tam illuſtre ſidus (heu, quid ſperemus?) in tenebris penè iacebat, abſque vna hac Taciti face.*

Erant

Ayuntamiento de Madrid

Erant quibus appetentior famæ videretur, quando etiam ſapientibus.) *Veriſſimè nec mutandum. Omnes adfectus faciliùs à Sapiente exuuntur, quàm hæc cupido: & in magnis viris,*

—tu ſola animum mentémq; peruris Gloria.

Egregiis orationibus vtrinſque teſtatum.) *Noſtri libri Viſum Rhenano,* certatum.

Pag. 710. Senecione.) *Malè fateor fuiſſe Herennium Senecionem inſignem virum, ſed quem Domitianus occiderit, non Nero. Sequor igitur libros ſcriptos, qui hic,* Sentio.

Pag. 711. Sæuitiam Neronis per huiuſmodi imagines illuſiſſe.) *Bene ita libri. Hoc enim dicit Eprius: Non ſe magis auctorem interficiendi claros viros Neroni fuiſſe, quàm Senatum vniuerſum qui eos damnauerit: ſed Neronem videlicet hoc quaſi velum prætendiſſe ſceleribus, vt quæ ſponte iuſſerat, ea per accuſatores & Senatum exerceret, atque imagine quadam iuſtitiæ hominibus velut illuderet. Vulgò eſt,* illuxiſſe.

Pag. 712. Proditor corruptórque amicitiæ, cuius ſe magiſtrum ferebat.) *Non damno, reuera enim philoſophus magiſter amicitiæ, vti & aliarum virtutum eſt. Nec tamen vetus coniectura mea mihi euiluit,* corruptórque amici, & cuius ſe magiſtrum ferebat. *Vix enim eſt vt Tacitus omiſerit, quod valdè ad rem & ad culpam facit, fuiſſe hunc Celerem Bareæ præceptorem. Iuuenalis docet:*

Stoicus occidit Baream delator amicum,
Diſcipulúmque ſenex.

Ceteríque moris ad vltionem animis expectabantur.) *Corruptiſſimus antea locus, quem reſtituimus abiungendo: cum in libris eſſet*, moris adulationibus animis; *aut, vt Vatic.* notis adulationi. *Sententia eſt: Non tam minuti illi & plebeij delatores expecta-*

*pecta*

Ayuntamiento de Madrid

*pectabantur aut expetebantur, quam, erectŭ ſemel cupidine vlciſcendi animus, illi Senatorij & illuſtres Priſcus ac Marcellus.*

PAG. 713. Ille vnus ambiti, co'i.) *De hac flagranti ambitione Muciani, locus incerti ſcriptoris apud Suidam in voce* Ἀγάλλειν. *Ait:* ὅτι Μουκιανὸς ὁ Ῥωμαῖος τιμᾶσθαι ὑφ' ἁπάντων ὑπὲρ πάντας ἤθελε, καὶ ἤχθετο εἴ τις ὁστισοῦν οὐχ ὅτι ὑβρίσειεν αὐτὸν, ἀλλ' ὅτι μὴ οὐ μεγάλως ἀγάλλειν.

Inſulam inter vada ſitam occupauere.) *Valdè turbant libri. Quidam*, inſulam vocatam ſitam, *alij*, inſulam Vacaſitam: *Budenſis*, inſulam iuuara ſitam. *Et certè inter vada aut vadoſa loca, propriè ſita non eſt hæc nobilis inſula. quippe inter Rhenum Moſámaue, alta & profunda planè flumina. ſed Vadorum ſcilicet voce paullo laxius & latius Tacitus vſus, pro aquis. Quomodo Catullus pro mari,*

—vada ſalſa cita decurrere puppi:

*Virgilius, Ouidius, alíque. Etſi reuera vada & breuia multa olim (vt opinor) in illis fluminibus cum aggeres nondum & certæ ripæ coërcerent. ideóque latè diffundebantur.*

Nec opibus Romanis, ſocietate validorum attriti) *Sententia eſt. quanquam Romanis ſocij & fœderati Batavi, quæ ſocietas apud potentiores plerumque in ſeruitutem tranſit: tamen non ita iis factum. libertatem tenuêre, nec tributa iis impoſita aut ſeruitij alia nota: Vaticanus liber*, ſocietatéue aliorum adſtricti, *quod minus placet.*

Arma equoſq; retinens) *Romanus codex*, arma quoque retinens *quod haud ſpreuerim. vti non tam ipſi tranataſſe, quam equis tramiſiſſe intellegantur. Certè ambiguū mihi, Batauorúmne hæc ars & operæ fuerit, ita vt ipſi nantes, equos armáq; tenuerint: an potius equi ipſi docti ſic & facti. E Tacito aut priſcis*

*ſcri*

Ayuntamiento de Madrid

*ſcriptoribus litem hanc haud facilè decidas. Noſter in Agricola, viris ipſis tribuere iterum videtur: (de Batauis enim illa capio) lectiſſimos auxiliarium,* quibus nota vada, & patrius nandi vſus, quo ſimul ſéque & arma & equos regunt repentè immiſit. *Xiphilinus in Hadriano, ambiguè:* τὸ ἱππικὸν τῶν καλουμένων Βατάβων μετὰ τῶν ὅπλων διενήξατο. *Hadrianus de Sorano Batauo:*

Hadriano potui qui iudice, vaſta profundi
Æquora Danubij cunctis tranare ſub armis.

Pag. 714. Ciuilis diſcidij certus.) *Libri veteres,* deſciſcendi certus. *Vtrum mavis rectum,*

Quando legatum, ſuperbo cum imperio venire?) *Nota interrogandi hæc ſcripſerim, atque interpreter: En, vſque eò viles Romanis ſumus, vt non legati aut Prætores ſaltem nos diripiant, id eſt, honeſtiorum manibus pereamus: ſed latrunculi aliquot minuti, præfecti & centuriones.*

Pag. 715. Ipſo rebellis familiæ nomine placuit.) *Siue etiam*, omine. *At Brinionem ipſum,* Brunonem *ſcribi verius fortaſſe ſit.*

Duarum cohortium hiberna, proximo occupato Oceano, irrumpi) *Legam,* proxima occupatu, Oceano irrumpit. *hac mente, vt Brinio duarum cohortium castra quæ finitima Caninefatibus, per Oceanum irruperit. Aliàs, videatur vox,* occupato, *occupaſſe non ſuum locum, & eradenda.*

Pag. 717. Viribus cohortium abductis.) *Bona & fida lectio è libris. Fruſtrà Rhenanus è Budenſi admutilato codice turbat, miſcet. Vitellius quidem non cohortes ipſas aut legiones omnes è Germania adduxit: ſed illis manentibus nomine & ſpecie, valentiſſimum quemque militem ſubtraxit. id eſt, vires cohortium abduxit, vt hic ait.*

Pag. 718. Multos adhuc in Gallia viuere, ante
tribu

Ayuntamiento de Madrid

tributa genitos.) *Cautè vide legas. Si enim de prima ſeruitute & ſtipendio quod Cæſar impoſuit, capiendum cœperis. quomodo enim vera hæc adſertio, cum ab eo tempore ad hunc diem, anni ſint inter ferè CXX? nec iam vitales, vt opinor, tunc noſtri Galli. Sed ad Auguſtum eiúſque æuum id referri verius erit: qui cenſum tributúmque inſtituit, quod penderent Galli. idq; in conſulatu ſuo ſeptimo. Ad quam rationem nihil abſurdi aut vani in hac oratione ciuilis.*

PAG. 720. Fraude ducum euenire.) *Vocem ſuſtuli,* metuebantur, *auctore Vaticano. quæ perperam hic inſerta, & è priore linea repetita.*

PAG. 721. Sed parum prouiſum, vt copiæ in caſtra conueherentur: rapi permiſere.) *Itáne in littera vnius ſalebra viri docti hæſerant? Nam,* ni, *antea legebatur, non,* vt, *velut nos emendauimus. Itaque conſenſu Vertranius & Rhenanus corrigunt,* ſed parum prouiſum, ni copiæ. *& prouiſum interpretantur commeatum, annonam. Ludibria. Noſtra ſententia clara. Peccatum, inquit, in eo à ducibus, quod dum ædificia pro caſtris diruuntur, commeatum aliaq; toleranda obſidioni diripi permiſere, potius quàm vt in caſtra conueherent ad vſum.*

PAG. 722. Vtramque Rheni ripam, quo truculentior viſu foret, complet.) *Vox,* vtramque, *Budenſi abeſt. Et verò cur vtramque ripam milite compleuerit, cum hæc in alterâ geſta? Inducatur igitur id verbi: aut reſcribatur,* vtrimque. *Id enim veri ſpeciem habet, ſuprà infráque caſtra militem locatum, ad obſeſſorum terrorem.*

Depromptæ ſiluis luciſque ferarum imagines.) *Sic libri noſtri, non* iugiſque. *Enimuerò in ſacris Germanorum lucis ferina iſta ſigna. Tacitus de moribus gentis:* Effigieſque & ſigna quædam detracta lucis in prælium ferunt.



Ayuntamiento de Madrid

Iuxtà belli ciuilis externique facie obſtupeſcerant obſeſſos ) *Puto, germanum eſſe. Romanus tamen codex*, mixta belli ciuilis: *non item malè.*

PAG. 713. Ipſe pauidus torpere ) *Quædam editiones*, ipſe nauibus inualidus corpore. *Fortè,* ipſe pauidus, inualidus, torpêre. *Duplex certè vitium & ſequitur hunc ſenſum, corporis animique.*

PAG. 724 His inter ſe, vocibus inſiſtentes.) *Alij* vocibus inſtinctos.

PAG. 725. Magis vſurpandi iuris, quàm quia vnius culpa foret.) *Vaticanum iure ſequor in elegantiſſimo genere dicendi. Nam vulgati ſcilicet,* Cauſſam, *inculcauerant, ſine cauſſa. Priſci autem hac breuitate ſermonis vſi ſæpe. Salluſtius:* Quæ poſtquam glorioſa modò, neque belli patrandi cognouit. *Liuius* Ea prodendi Imperij Romani, tradendæ Annibali victoriæ eſſe. *Plautus:* Iuſiurandum rei ſeruandæ, non perdundæ conditum eſt. *Vlpianus.* Si quis euitandi criminis id egit, vt reip. cauſſa abeſſet. *Rectè enim ita liber Florentinus.*

PAG. 726. At ciuilem immenſum vniuerſa Germania extollebat.) *Locum rectè ita purgauimus, cum legeretur* immenſis actibus, *vulgò. In Couarruuiano erat*, auctibus. *in Rodol. ibi cod. et,* laudibus. *Quæ omnes externæ & additititiæ voces pro libito explentium. At mihi Vaticanus ille bonus benè præiuit, qui legit*, immenſis vniuerſa Germ. *Ex quo phraſim facile eliciunt Tacito & Salluſtio notam. Noſter lib.* III. *Annal.* Opúmque, quis domus illa immenſum viguit, primus accumulator. *Salluſtius* III. *Hiſtoriar.* Neque iam ſuſtineri poterat, immenſum aucto mari, & vento gliſcente. *Nec tamen abſurde etiam ſcripſeris,* immenſum quantum. *Nam Vaticano certè ſpatium aliquod poſt eam vocem eſt, quaſi altera deſit.*

Quos

Ayuntamiento de Madrid

Quos genus Germanicæ originis. *E Budenſi & Romano colligas*, quod gens Germ. *& ſtatim*, vocarentur.

PAG. 718. Neue externa armis falſis velaret.) *Clarius*, externa arma. *hoc ſenſu ne, ciuilis vltrà tegeret perfidiam & rebellionem: non quod reuera externum bellum erat, tegeret & velaret quaſi pro Veſpaſiano ſumptum, & ciuile.*

PAG. 729. Claudio victore, ſororis ſuæ filio) *Romanus cod. & Rodolphus*, ſororis ſuæ viro.

PAG. 731. Credita per vtrumque exercitum fama.) *Rhenanus*, edita, *ego*, dedita, *vel* didita.

PAG. 732. Qui reuerſus, miſſos Noueſium frumentatores.) *Magis placet quod è quibuſdam libris eruas*, qui vbi rurſus miſſos. *Sententiam certè aptius nectit.*

Frumentatoribus onuſtis pauculiſque.) *Rom.* onuſtis perculſiſque.

PAG. 735. Diſceſſerant obſeſſores, ſatietate prædæ, nec incruenti. Ita diſperſos & neſcios.) *Iudicabā deeſſe quippiā, nunc reſtituere iuuāte Romano cod. poſſe videor*: nec incruenti. In via diſperſos.

Vulgus, cui vna ex repub. annonæ cura.) *Nihil mutauā. Tale illud Iuuenalis de populo Romano eſt:*

——— duas tantùm res anxius optat
Panem & Circenſes.

*Rom.* Pana, *ſubſtituunt ſequūtque malè.*

PAG. 736. Ipſi Publio neque animus) *Vox addita, auctore Vatic.*

PAG. 737. Sulpicia Prætextata Craſſi vxor.) *Vox*, vxor. *abeſt Rom. edit. Rectiſſimè. Vix enim aliter priſci locuti aut ſcripſere, quàm Terentia Tullij, Liuia Druſi, &c. cùm intelligant vxorem.*

Aut ſalute illa ſæuitia redemiſti.) *Ex ductu ſcripturæ Vaticanæ reſtitui. Nam ibi*, nec dignitatem



Ayuntamiento de Madrid

hauſtaliſsem. *Vulgo*, nec dignitatem aut iſta lucem.

PAG. 738. Septuagies ſeſtertio dignatus.) *A coniectura mea eſt ante enim*, ſignatus. *ex quo Rhenanus*, deſignatus. *& fieri poteſt ut nota aut vox exciderit, fueritque*, pr deſignatus, *aut*, COS.

Diutius durant exempla quàm mores.) *Rodolphus*, quâm homines.

PAG. 740. Manlius Patricius Senatorij ordinis) *Vatic. & Rom.* Patruitus. *Fortaſſe*, Patruinus, *quod nomen in Symmachi epiſtolis plus ſemel leges.*

Colonia Senenſi.) Senienſi *in Vatic. ſemper.*

Prenſare commanipularium pectora, ceruicibus innecti. *Ita lego. non tamen malè*, prenſare comman pulares, pectori, ceruicibus innecti.

PAG. 742. Magna documenta inſtabilis fortunæ, ſummáque etiam miſcentis.) *Rodolphus acutè*, ſummáque & ima miſcentis.

M. Silanum obtinentem Africam metuens.) *Dio hæc in rebus Caij mirè confundit ac miſcet. Nec M. Silano Proconſule tenuiſſe diuiſionem hanc vult, ſed ipſo L. Piſone. Vide eum: & de hac ipſa cæde Plinium, lib.* III. *epiſt.* VII.

PAG. 744. Mox Ophenſium.) *Rodolphus hic & infrà*, Ruſpenſium *ſubſtitur.*

PAG. 746. Ingreſſi milites, quibus fauſta nomina.) *Non*, omina, *vt vulgò. Vaticanus ita ineſt, & mos religionis priſcæ. quibus magna curæ vt in his talibus initijs homines præeſſent aut intereſſent bono nomine. id eſt è quorum nominibus captari velut augurium aliquod poſſet proſperitatis & diuturnitatis. Talia ſunt, Saluius, Longinus, Statorius, &c. Mala contrà, è quibus triſte aliquod, infirmum, breue, vt Curtius, Minutius, Furius, Hoſtilius. Cicero de Diuinat.* Cum Imperator exercitum, Cenſor populum luſtraret, bonis nominibus qui hoſtias duce

ducerent eligebantur:quod idem in dilectu Conſules obſeruant, vt primus miles fiat bono nomine. *Plinius;* Publicis luſtris etiam nomina victimas ducentium proſpera eligimus. *Tale vaticinium lenonis illius Plautini, in Lucride:*

Nomen atque omen quantiuis eſt pretij
Mihi quoque Lucridem confido fore te.

*Adi & Feſtum in Lacus Lucrinus.*

Plautio Eliano.) *Vatic. Barbarè vulgò,* Eliatius.

Luſtrata boue tauriſque area ) *Vera lectio,* Suouetaurilibus. *Praet Vatic. in quo,* bouetaurilibus: *& Couarruuia, qui,* bouetauribus. *Scilicet prisci in luſtrationibus aut piamentis hoc ſacrificij genus adhibebant, ſolemni ritu. Liuius lib. IX.* Telo potiri hoſtem fas non eſt: ſi potiatur, Marti Suouetaurilibus piaculum fieri. *Tacitus V. Annal.* Sacrificantibus, cum hic more Romano Suouetaurilia daret, ille equum placando amni. *Cato de re Ruſt.* Cum diuis volentibus, quódque benè eueniat, mando tibi Mani, vti illace Suouetaurilia, fundum: agrum, terrámque meam, quota ex parte circumferenda cenſeas, vti cures luſtrare. *Quae victima in hoc ſacro, etſi vox indicat, clarè etiam Varro lib. II. De re Ruſt.* Populus Romanus cum luſtratur Suouetaurilibus, circumaguntur verres, aries, taurus. *Et Quinctilianus:* Nam Suouetaurilia iam perſuaſum eſt eſſe ex ſue, oue, & tauro. *Solitaurilia haec etiam dicta, docebit te Feſtus. nec abeunt à Graecorum veteri ſacro, quod illi τριττύαν dicebant, niſi quod ibi inter victimas, hircus.*

P A G. 747. Claſſicus nobilitate opibúſque anteibat alios ) *Breuius & verius Vat. & Couarruuia,* ante alios. *Sic lib. V. Hiſtor.* Templum in modum arcis, propriíque muri labore & opere ante alios.



Ayuntamiento de Madrid

*Lib.* 1. *Annal.* Cn. Lentulus ante alios ætate & gloria belli.

PAG. 748. Ipſe è maioribus ſuis hoſtis populi Romani, quàm ſocius iactabat.) *Sic reſtitui. Tranſmarinum & elegans dicendi genus eſt, Iactat eſſe ſocius, quod plebs dixerit, Iactat ſe ſocium eſſe. Homerus.*

Ἕκτωρ ὃς Διὸς εὔχετ' ἐρισθενέος παῖς εἶν.

*& crebrò Græci: quos ſæpe & vulgò imitati Latini, ſed locis hodie ferè corruptis. Plautus Aſinaria:* Argenti viginti minæ me modò ad mortem appulerũt: Quas hodie adoleſcẽs diabolus ipſi daturus dixit. *Ita enim conſenſu manuſcripti. ſicut & illo Bacchidibus:* Hia, nunc eſſe ego opinor Hercules, tu autem Linus. *Apuleium eo exemplo ſcripſiſſe cenſeam, lib.* VII. Summos illi promitterent honores habituri mihi. *nec mutem. Virg.* — ſeſe in medios delapſus in hoſtes.

In tot malis hoſtium.) *Vox,* hoſtium, *aliena videtur, & huc traiecta e lineis ſequentibus.*

PAG. 751. Si vobis non fuit cordi, me duce hæc caſtra.) *Imitatum clarè è Liuio:* Vos di immortales precor quãdoque, ſi vobis nõ fuit cordi Sp. Poſtumium cum Samnitibus bellum gerere. *Tacitus infra:* Id fortaſſe cordi diis, & diuino miniſterio Principem electum. *Nec quidquam hic ſ. rupi aut mali. Rhenanus tamen ait in Budenſi, in* cordi, *non legi: ex quo ille iratus emendat,* ſi vobis non fuit *Id eſt, ſi uit, inquit, more Græco, Bene beate manibus tuis ſit. nam periuria hæc litteratorum, pariter ac amantium, ut ſpero, venti auferunt.*

PAG. 754. Reuulſæ imperatorem imagines, innexa ſigna.) *Budenſis codex,* inhora ſigna. *Roma.* in ora. *Innexi quidem vox ſuppoſititia eſt: nec ſententia huic facit. Diuinabam olim,* inuerſa ſigna.

quo

*quod ignominia fuit, & victos ſe fatentium. Spartianus in Seuero:* In palatium eodem habitu perrexit, prælatis ſignis quæ Prætorianis ademerat, ſupinis erectis. *Idem vſurpatum in dolore. Tacitus III. Annal.* Præcedebant incompta ſigna, verſi faſces. *Pedo Albinouanus ad Liuiam:*

Quos primùm vidi faſces, in funere vidi,
Sed vidi verſos indiciúmque mali.

*At nunc puto commodius legi,* inhonora ſigna. *id eſt, ſqualida, non vncta, non nitidata: quæ opponit* fulgentibus Gallorum vexillis.

PAG. 755. Quomodo lucem noctémque.) *Perſpicuè rectum, atque ita in Vatic. Vulgò,* lucem noctémque *quaſi ea differant.*

PAG. 756 Abruptis voluptatibus, quibus Romani plus aduerſus ſubiectos, quàm armis valét.) *Ambigua lectio. Quam poſui, libri firmant, nec ratio impugnat. Verè enim inter Romanas artes fuit, ad homines in imperio retinendos, mollire vires eorum, & per delicias amœnaſq; voluptates frangere. Tacitus in Agricola:* Sequens hiems ſaluberrimis conſiliis abſumpta vt homines diſperſi ac rudes, eóque bello faciles, quieti & otio per voluptates aſſueſcerent. *Et paullò poſt:* Paullatímque diſceſſum ad delinimẽta vitiorũ, porticus, & balnea, & conuiuiorum elegantiã. ídque apud imperitos humanitas vocabatur, cũ pars ſeruitutis eſſet. *At veteres tamen editiones,* abruptis vectigalibus. *quod ſtabiliri prorſus reſponſo Vlitoris videtur, ad hac orationis partem:* Vectigal & onera commerciorum reſoluimus.

PAG. 757. Eductis olim.) *Scribe,* deductis olim *colonos veteres intellegit.*

In vetuſtatem conſuetudine vertantur.) *Antiùs & continuatius viſum, quàm illud tritum,* vetuſtatem & conſuetudine. *Quod antè poſui in Farneſiano eſt.*

Ipſa edita in turre. dilectus è propinquis conſulta reſponſáque, vt internuntius numinis, portabat ) *Romana edit. & Rodolphus :* ipſa adyta intrare dilectus è prop. *Quam lectionem haud temerè ſpernendam. Ut de fatidico numine quopiam loquitur. cui rei apta hæc Adytorum vox. Vulgata nihilo ſecius valdè proba.*

PAG. 758. Iulius Sabinus.) *Alius ab iſto, qui Senecæ patri nominatur, lib.* IX. *Controu.* IV. *ubi corruptè legas*, Et ab Iulio & à Sabino. *Sed iunctim fuiſſe*, ab Iulio Sabino. *qui Galliis præfuit ſub Caio: patréne huius? Dionem vide, lib. vltimo.*

Fuſi Lingones ) *Tangit hoc bellum, quod in lectione Saruberienſi legitur, lib.* V. *cap.* VII. Auſpiciis Imperatoriis Cæſaris Domitiani Germanico bello, quod Iulius ciuilis in Gallia mouerat, Lingonum opulentiſſima ciuitas quæ ad ciuilem deſciuerat, cum adueniente ab exercitu Cæſaris populationem timeret, quod præter ſpem inuiolata nihil ex rebus ſuis amiſerat, ad obſequium redacta, ſeptuaginta millia armatorũ tradidit ei. *Quæ iiſdem verbis apud Frontinum, lib.* IV. *Stratagematon.*

Inſigne Epponinæ vxoris exemplum ſuo loco reddemus.) *Verè inſigne & rarum, plenumq; fidei in ſexu infido. Non eſt in libris qui exſtant. Seruauit enim Tacitus in vltimum Veſpaſiani annum, cum & Iulius hic Sabinus (qui gloriabatur a Cæſare genus ducere) & iſta ipſa Epponina interfecti. Tota hiſtoria digniſſima lectu, apud Plutarchum diſertè eſt in Erotico extremo. Aliquid & Dionis compendium, in Veſpaſiano.*

Epponinæ.) *At Plutarchus* Emponã *ſcribit, & illud non è Gallis Heroinã ſignare addit* τὴν δὲ γυναῖκα, *inquit,* πασῶν ἀρίστην ὑπομείνας, ἣν ἐκεῖ μὲν Ἐμπονὴν ἐκάλουν, ἑλληνιστὶ δ᾽ ἄν τις Ἡρωΐδα προσαγορεύσειεν.

Nequa

Nequaquam egregij duces ) *Corruptionem video, vix tollo. Conabar:* Et quanquam egregij duces (iam enim Gallum Annium & Petilium Cerialem diligerat ) ſummam belli parum tolerare. *ſiue*, tolerabant.

PAG. 760. Aut vetuſtatem originis, per iurgia iactantibus. ) *Sumpſi lectionem à P. Manutio: qui amicè mihi in pomeridiano ſermone contribuit. Nam vulgò eſt*, periuriáque iactantibus *in manuſ.* periuria iactantibus. *quod Manutianam coniecturam firmat. Romano tamen libro eſt*, pro iure iactantibus. *quod reijcere, iniurium ſanè ſit.*

PAG. 761. Ardua Alpium præſidiis claudere.) *Rom.* Præſidiis capere. *quod recipio.*

PAG. 762. Rigodulum venit. ) *Vetic.* Ridogulum. *Hodie dimidiatũ nomen tenet, aliquot milliaribus ſuprà confluentes, pagus* Rigol *dictus.*

PAG. 763. Cerialis metu infamiæ.) *Vulgati*, Cerialis à metu. *Mihi vox aliqua excidiſſe videtur, & alternaſſe cauſſas, vt ſolet, Tacitus:* Cerialis emptus, an metu infamiæ. *ſiue*, Cerialis clementia, an metu.

PAG. 767. Laudatorum principum vſus ex æquo, quamuis procul agentibus-ſæui, proximis ingruunt ) *Acuta gnome: quam non abeſt quin caliide abductam Salluſtio credam, in oratione Sullæ ad Bocchum:* Tibi verò nulla amicitia opportunior noſtra. primum quod procul abſimus, in quo offenſæ minimum, gratia par ac ſi pr[illegible]è adeſſemus.

PAG. 768. Quod vos Gallici fœderis oblitos prædixerim, memoriam Romani ſacramenti tenere credidi.) *Vocem*, prædixerim, *ſupereſſe & ſuperfluere vides. Rodolphus pro ea legiſſe videtur*, oblitos, proximam memoriam, *&c.*

PAG. 769. Flagrantiſſima cohortium ſuarum



Ayuntamiento de Madrid

integra, & è Chaucis Friſiiſque compoſita.) *Romanus codex, & editiones aliæ:* integra manu, & è Chaucis. *Legam,* integra manente, è Chaucis.

Talbiaci.) *Farneſ.* Colbiaci. *In itinerario Antonij*, Tolbiaci.

PAG. 771. Statos æſtiuis flatibus dies) *Fortaſſe,* ſtatos Eteſiarum flatibus.

PAG. 775. Qua cogitatione bellum aduerſus patrem cogitauerit.) *Spernimus, ut ſpurcum, cogitare cogitatione. Rom. cod.* qua contagione. *ex quo verè emendo,* contatione. *Contari, velut conto explorare: & propriè noſter hîc vſus.*

Cuius diſparem mitiorémque naturam contrà interpretabatur.) *Scripti libri ſubtexunt*, neque vos impunitos patiâtur. *Perperam, quia verba ſunt ex oratione Cerialis ſuprà reperita. Farneſianus adſcribit.* Deeſt hîc aliquantulum. *cui fidem habeo.*

IVSTI LIPSI

# AD LIBRVM V. HISTOR.

NOTAE.

PAG. 776. PRIVATIS vtriuſque rebus militia clarus.) *Probam lectionem cenſeam & ſententiam, abſque libris ſit: qui conſenſu omnes,* præliatis vtriuſque. *aut,* prælatis. *Ego quanquam intentus, nihil elicio.*

Vt ſuperior ſui iam crederetur.) *Hic quoque me locus diu torſit, per ſingulos apices & ductus ſcri-*

ptura

Ayuntamiento de Madrid

*ptura veteris euntem. Sed exclamare tandem cum Philoſopho poſſum, εὕρηκα. Budenſis codex habuit,* Superior vnam crederetur. *Vatic.* ſuperiori vnam. *Ex quo, vix duabus litteris leuiter mutantibus, facio ipſe* vt ſuper fortunam, *eleganti ſententia. Titus, inquit, iam tum primarius clarus bello: nunc multò promotior, vt parem vel ſuperiorem ſe potius fortunæ hac Imperatoris oſtenderet. Rhenanus diuinabat:* vt ſuperiori via ingrederetur. *Farneſian. autem cod. & Rom. abeunt ab hoc ſcripto longius,* vt ſuperior omnibus crederetur.

PAG. 777. Solymos carminibus Homeri celebratam gentem.) *Locus Homeri notus, ſententia tamen valdè ambigua inter natantes Scholiaſtas. Sunt qui deſignari Lycios aut finitimos quoſdam velint: quò Strabo, & Euſtathius, & Pindari interpres inclinant. ſunt qui Piſidas: quò Plinius & Stephanus. ſunt qui Iudaeos quod noſter hîc ſuggerit, & Tzetzes. Euſebius etiã Charili Poetæ teſtimonio, Hebræos Solymos olim dictos cenſet euinci. Nec Q. Calaber ſanè aliter apud Homerum accepit: ideoq́ue,* — Σολύμων ἱερὸν στατὸν *dixit: ſacri epitheto ſacram indicãs gentem.*

Orta per Ægyptum tabe, quæ corpora fœdaret, regem Occhorim.) *Ita libri vet. quos ſum ſecutus, non,* Bocchorim. *etſi vulgata huic ſcripturæ adſertor Iuſtinus venit λόγῳ παραμέτρῳ. Nam ait:* Τετάρτην δὲ φασι νομοθέτην γενέσθαι Βόκχοριν τὸν βασιλέα, σοφόν τινα καὶ πανοῦργον διαφέροντα. *Etiã Oroſius, lib. 1. qui locum hunc totum transſcribens, Bocchorim tamen appellat. Sed & Plutarchus ita nominat, libello περὶ δυσωπίας. Itaque iure vacillo. Nam Clemens Strom. 1. nimis diuerſus à nobis abit, qui Onnoſim hunc, vel Amaſim appellat.*

Poſtquam vaſtis locis relictum ſit.) *Mirum non addere cum quibus in locis. Ac ſanè ex Tertulliano*

*legend.*

Ayuntamiento de Madrid

*legend. videatur*, vaſtis Arabiæ locis. *Is enim Apologetico narrat Cornelium Tacitum ſcripſiſſe in 4. Hiſtoriar.* Iudæos Aegypto expeditos ſiue extorres in vaſtis Arabiæ locis aquarum egenos, *&c. Oroſio tamen non aliter lectum, quàm noſtri libri præferunt.*

PAG. 778. Primo cuius auxilio credentes.) *Citat etiam ita Oroſius. ambigo tamen & contor, an non vox*, credentes, *eÿcienda ſit.*

Effigiem animalis.) *Hoc de capite aſini magno conſenſu omnes veteres tradiderunt; ne tantopere noſter culpetur, tanquam* mendaciorum pleniſſimus *ſcriptor. Et ſanè Strabo, Plutarchus, Damocritus apud Suidam multo maiora deliria delirarunt contrà gentem & libros ſacros.*

PAG. 779. Vim ſuam & curſum ſeptimos per numeros conficiant.) *Vera lectio, quam è Vatic. prompſi referente*: per numeros conicians. *ex quo ego* conficiant. *Aliter vulgati. De re autem ipſa Dionem vide*, XXXVII. *& inprimis Alexandrinum Clementem Stromate* VI.

Et ſtipes illuc congerebant.) *Cicero pro Flacco:* Cùm aurum, Iudæorum nomine, quotannis ex Italia & ex omnibus prouinciis Hieroſolymam exportari ſoleret, Flaccus ſanxit edicto, ne ex Aſia exportari liceret. *Philo legatione ad Caium:* καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἱεροπομποὺς στέλλοντας χρυσὸν καὶ ἄργυρον πλεῖστον κομίζοντας εἰς τὸ ἱερὸν, τὸν ἀπαρθέντα ἐκ τῶν ἀπαρχῶν. *Et paullo ante* ἠπίστατο (Τιβέριος) καὶ χρήματα συναγαγόντας ἀπὸ τῶν ἀπαρχῶν ἱερὰ, καὶ πέμποντας εἰς Ἱεροσόλυμα διὰ τῶν τὰς θυσίας ἀναξόντων.

Exuere patriam.) *Rom. cod.* exire.

Augendæ tamen multitudini conſulitur. nam & necare quenquam ex agnatis nefas.) *Qui etiam lege*

*legerit, nihil offendet: fortaſſe is, qui intentè. Sic enim de cæde capis tantum, quid in eo noui? Sanè & Romanis & Barbaris pleriſq; necare conſanguineos nefas. Sed alium ego hunc ſenſum odoror, & ſcribo:* necare quemquam ex gnatis. *Scimus Græcis Latineſq; in promiſcuo vſu fuiſſe abiectiones infantum & expoſitiones, imò neces. Id aliter in Iudæorum moribus, & gentem in primis ſuboli ſtuduiſſe, adeò vt nulliuſmodi partum necare fas, notat vt nouum noſter. Itaq; quia de liberis, iure addit* hinc generandi amor: *quoniam matres ſcilicet certæ, prolem tollendam. Simile prorſus, quod de Germanis in libello De moribus:* numerum liberorum finire, aut quemquam ex agnatis necare nefas habetur. *Nam & ibi ſcribo,* gnatis.

Iudæi mente ſola, vnumq; numē intellegunt.) *Benè & verè hæc Tacitus. Strabo vanior, qui Terram, Cælum, Mare, & hoc quod Mundum vocamus ſiue rerum naturam, coli à Iudæis voluit. Quæ ſententia in Varronianam illam incidit, Animam mundi, eſſe deum: Iuuenalis ab hac mente:*

Nil præter nubes & cæli numen adorant.

PAG 760. Exuberant fruges noſtrum ad morem.) *Mihi verò vox eaipſa exuberare videtur. legamq;:* vber ſolum fruges noſtrum ad morem.

Si vim ferri adhibeas, pauent venæ) *Sic interpungenda iſta: & in pauendi verbo elegans metaphora. Plinius de eâdem arbore.* Inciditur vitro, lapide, oſſeiſve cultellis: ferro lædi vitalia odit. *Et Ioſephus, qui indigena: ὀξεῖ λίθῳ, aut ὀξέσι λίθοις incidi adſerit. Falſus ergo cum Theophraſto Dioſcorides, qui ferreis vnguibus ſcari arborem credidit falſus compilator Iſidorus, qui* percuſſum ferreis vngulis corticem. *Pauſanias lib. IX. neſcio quid de Balſamo Arabiæ negatur, & circa eum viperis.*

Vnum atque alterum lacum integer perfluit,

ter

Ayuntamiento de Madrid

tertio retinetur.) *At Pauſanias repugnat clarè, & quidem oculatus, vt ait, teſtis, lib.* V. Ἐν δὲ τῇ γῇ ποταμὸν τῇ Ἑβραίων καὶ αὐτὸς οἶδα Ἰόρδανον λίμνην Τιβερίδα ὀνομαζομένην διοδεύοντα, ἐς δὲ τὴν λίμνην ἑτέραν καλουμένην Θάλασσαν νεκρὰν, ἐς ταύτην ἐσιόντα, καὶ ἀπὸ τῆς λίμνης αὐτὸν ἀναλούμενον. *id eſt:* In Hebræorum terra fluuium quendam Iordanum & ipſe noui, qui ſtagnum Tiberias ſubit, ac deinde alterum, cui Mare mortuum nomen eſt, in qua ipſa palude conſumitur. *Sed Tacito nec iure ſidem habemus: qui in Trachonitide lacum minorem eſſe ſcimus quem primo Iordanis ingreditur, cui Samochonitis nomen.*

Incertæ vnde ſuperiacta, vt ſolido feruntur.) *Emendatio è libris. Vulgò eſt,* incertum vnde. *quod ſententiam etiam aptam recipere poteſt.*

PAG. 781. Certo anni bitumen egerit.) *Ita libri. & phraſis nota, & Tacito frequens. Vulgati vocem addunt,* certo anni tempore.

Fulminum iactu arſiſſe.) *Oroſio lib.* I. *qui hæc expreſſo etiam Cornelij nomine tranſcripſit, legas,* fulminum ictu.

Terrámque ſpecie torridam.) *In eodem Oroſio,* terrámque ipſam ſpecie ſolida.

Ego ſicut Iudaicas quondam vrbes.) *Libri aliquot,* inclitas vrbes. *nec aliter Oroſius.*

Circà cuius os conlectæ arenæ, admixto nitro.) *Non,* conlectæ. *Farneſianus etiam rectè,* lectæ arenæ. *Plinium adi libro* XXXVI. *Strabonem* XVI.

Illic immenſæ opulentiæ templum & primis munimentis vrbs.) *Ex Ioſepho & Zonara legam,* & tritis munimentis. *Nam triplici muro circundatam eam fuiſſe vterque is ſcriptor te docebit. Ioſephus libro* VI. *Haloſeos cap.* VI. *Zonaras tomo* I.

PAG.

PAG. 781. Vrbs deiugis, templum intimis clauſum.) *Iure nato, & mecum libri F.ru.ſ.* vrbs deingia templum clauſum. *Vatican.* vrbs ob deingia. *Adhæreſco.*

Templum intimis clauſum.) *Quomodo, intimis? Ablego eam vocem cum nonnullis libris, & lego, extrinis* munimentis * vrbs, ob deingia. Templum clauſum, ad fores tantùm Iudæo aditus. *Aut ſi retineri placet: ſcribam oppoſitè,* Templum intimum. *Duplex enim templum. Exterius & Interius, vt Zonaras & Ioſephus deſcribunt appellantq́ue, quod intimum, Ioſephus etiam Sanctum agnominat. Rodolphus hæc omnia concinnaxit (ſed ab ingenio, opinor.)* & primis munimentis vrbis, alienigenis templum interius clauſum.

Mox bello ciuili interno) *Cur hæc geminat Ciuile & Internum? placet imò Romana ſcriptio,* bello ciuili inter nos.

C. Soſius.) *Siue* Soſtius. *Male quidã libri,* Seſtius.

Victor Auguſtus ſanxit.) *Quidam,* auxit.

PAG. 785. Ceterarũ vrbiũ clade.) *Alij,* exterarũ.

Multitudinem obſeſſorum omnis ætatis, virilis ac muliebris ſexus, ſexcenta millia fuiſſe accepimus.) *Numerus mihi non certus, & quem ex Budenſi cod. & Oroſio ſubſtitutum vides parùm cautè. Nam ille ſcribit,* ſexcenta millia Iudæorum interfecta Cornelius & Suetonius referunt. *Sed interfecta autem noſter hîc vniuersè, de obſeſſis, qui certè nullo plures. Libri etiam inſtabiles, & quidam,* ducenta millia. *Fortaſſe,* dena, *aut,* vndena millia. *Quod paullò propius ad Ioſephum & Zonaram & Iornandem accedat, qui omnes* vndecies centena millia *periiſſe obſidione illa clarè tradunt: periiſſe, inquam, fame, morbo, ferro.*

PAG. 788. Suam illic victoria Germanis obſti-

tiſ

Ayuntamiento de Madrid

tiſſe, dum omiſſis telis prædæ manus impediunt) *Vatic.* ſuam illic materiam. *quæ lectio inuoluit aliud verbi, quod nondum educo. certè de auaritia aut cupidine, id dici verius, quam de victoria.*

Fluitantem labantémque militem.) *Interpunxi & voce addita expleui locum, fide Vaticani.*

PAG. 789. Non tamen auſas opidum Batauorum armis tueri) *Quod opidum? nominare enim certe debuit. An* Batauodurum *ſcribendum? an cum Rom. codice legimus,* opida Batauorum? *Et intellegam tunc ea opida, quæ extrà inſulam. Nam Batauorum veterum ſedes, non dubiè ſuprà & extrà etiam inſulam, in ora Gallica. Tacitus clarè ſuprà:* Extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, ſimúlque inſulam inter vada ſitam occupauere.

PAG. 791. Adiecta ingens lintrium vis.) *Locum vitiatum & mutilum correxi & auxi è Vatic. qui ſic:* at armamenta liburnicis ſolitæ & ſimul captæ lintres ſagulis verſicoloribus haud indecore pro velis iuuabantur *Hegeſippi verba commodè adducam corrigam qui Germanos, ait,* Rhenum capulis nauigaſſe, poſteà verò quàm armis Romanis ceſſiſſet ſubacta Germania, liburnicis ſtratum opertúmque fuiſſe. *vbi ſcribe,* caupulis: *& capi exiguas illas lintres. Quam vocem Agellio etiam reſtituimus in Electis, cap.* VII. *At hic inſignis locus tunc me fugit.*

PAG. 792. Moſæ fluminis amnem Rhenus Oceano affundit) *Probè, nec improbè in libris quibuſdam,* Moſæ fluminis os amnem Rhenum. *Res quidem ipſa eadem, aliter elata.*

PAG. 793. Virtutes & viros indici.) *Rhenanum audis corrigentem* iuuentutem & viros *quamquam & vulgata cum obſcuritate quadam acuta.*

PAG. 794. Nabaliæ fluminis pons) *Nuſquam in*

Ayuntamiento de Madrid

*fluminis in hoc tractu. An opidum eo nomine? Quod Iunio Hadriano videtur, legitq́;* Naualiæ: *& vrbem Campos ita indigitat ad ſinum hodie Auſtralem. Ptolemæo pariter firmiter innixus. Ego ambigo ne* Vahalis *corrigendum ſit. Pontem quidem aliquem cæſum à Romanis paullo ſuprà legas, ſed Batauodurum: de quo hæc non vanè intelligas, niſi quod Batauodurum ad Rhenum fuiſſe volunt, quos arguat hic locus.*

Et cum priuatus eſſet, amici vocabamur.) *De hoc loco ſenſit Sidonius in Epiſtolis:* Caius Tacitus è maioribus vnus tuis, ſub verbis cuiuſdam Germanici ducis in hiſtoria ſua retulit. Cum Veſpaſiano mihi vetus amicitia, & dum priuatus eſſet, amici vocabamur.

---

# IVSTI LIPSI AD CORNELII TACITI GERMANIAM NOTAE.

ORDINEM *ſcriptionis ſi ſequimur, ante Hiſtorias & Annales ſibi locum vindicet hic libellus. Scriptus enim eſt Traiano ſecundum conſule, id eſt Nerua adhuc viuo. Ipſe oſtendit infra:* Cæcilio Metello ac Papirio Carbone Coſſ. Ex quo ſi ad alterum Traiani conſulatum computemus, ducenti ferè & decẽ anni colliguntur. *Ad Hiſtoriæ cœptæ Nerua iam viuo, & interdum, vt docui.*

Mutuo metu, aut montibus) *Vitiat occultã ſententiam Bambergenſe exemplar,* mutuo victu. *Imò*

*verò melius qui inter æque potentes, pro termino ac repagulo. Thucydides benè & apposite:* τὸ δ᾽ ἀντίπαλον δέος, μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν.

Nuper cognitis quibuſdam gentibus) *Domitiani imperio, opinor, cui bella cum Cattis, Suevis, Sarmatis, & ea occaſione, illuſtratæ magis vicinæ gentes.*

Montis Abnobæ.) *Plinius nominat lib. 4. cap. 12. ſed ibi quoque infida ſcriptura. Alij enim libri,* Arnobæ. *Bambergenſis ſic,* Anribæ. *Rom.* Arbonæ. *Ptolemæo ſunt* [illegible] *montes.*

Vtque ſic dixerim, aduerſus Oceanus.) *Haud ſatis capio. An aduerſum dicit, oppoſitum & contrarium? An* obuerſum *veriùs ſit legi, idque ex ſitu ipſo? An vox aliqua durior aut remotior fuit, præſertim quam præfati ut ea leniret?*

PAG. 797. Celebrant carminibus antiquis, quod vnum apud illos memoriæ & annalium genus eſt.) *Vt apud Barbaros ferè omnes, & rudes litterarum. Nec Hiſpani aliter comperêre, apud nouos Indos. Eginhartus in vita Caroli Magni:* Barbara & antiquiſſima carmina, quibus veterum regum actus & bella canebantur, ſcripſit, memoriæque mandauit. *Iornandes de Gothis:* In priſcis eorum carminibus pænè hiſtorico ritu recolitur, *&c. At propriè de Germanis, noſter lib.* II. *Annal. de Arminio.* Caniturque adhuc Barbaras apud gentes. *Iulianus egregiè in Antiochico, qui hæc* ἄγρια μέλη *vocat,* παρεμφερῆ ταῖς κλαγγαῖς τῶν τραχὺ βοώντων ὀρνίθων: agreſtia carmina, ſimilia clangoribus auium aſperè clamantium.

Germaniæ vocabulum recens & nuper additum.) *Nos* auditum *malumus legi, quàm* additum. *quod ait,* nuper: *non hercules ita nuper: quippe cum ab æuo Iulij Cæſaris, quo conſtat Germanos Galliam intraſſe.*

Nunc

Ayuntamiento de Madrid

Nunc Tungri, nunc Germani vocati ſint.) *Valdè amplector Bambergenſem ſcripturam*, ac nunc Tungri, tunc Germani, *atque ita euoluam me ex obſcura origine nominis, quod hodie hæret in pace & bello optima gente. Sententiam enim hanc reor (quicquid diſſerunt alij) eos qui transgreſſi primitus Rhenum ſint, eſſe eundem ipſum populum qui nunc Tungri appellentur, at tunc Germani. quod tamen vnius nationis peculiare nomen, paulatim transfuſum ad omnes.*

Vt omnes primum à victore ob metum deinde à ſeipſis inuento nomine Germani vocarentur.) Vox Germani, *eidem Bamberg. rectè abeſt. Iſta ipſa enim nouiter interpretari eſſe videor, & præter mentem omnium, etſi non præter verum. Cenſeo eum hoc dicere: Factum vt omnes qui Rhenum accolerent, nomen ab iſta victrice natione inuenirent, ob metum ſcilicet recentem Gallorumque quoties de transgreſſu vel aduentu Transrhenanæ nationis audirent, aiebant trepidi aduentare Germanos. at iſti propriè Germani, nouum nomen inuenirent à ſeipſis, diſcriminandi nimirum cauſſa, & dicerent ſe Tungros. Poſſim vulgatam tueri & explicare. ſed cur nuger? hac mera veritas.*

A ſeipſis inuēto nomine Germani vocarentur.) *Si mordicus hanc retines, legam*, à reipſa inuento. *Germani enim etymo priſco, bellaces viri ſunt. Gerra bellum. inuenere ergo id nomen, ab ipſa re, quia tales. Vulgatam quomodo expedies? aut quo à ſeipſis nomen hoc inuenere, quod antiqua in Tungri? Sane interpretes hi fluctuant, & fluctuabunt æternum.*

Primumque omnium virorū fortium ituri in prælia canunt.) *Recte diſtinxi. Non enim ea mens, quod Herculē canant; ſed quòd alacres & cum cantu ciuiant pugnam. Tacitus lib.* II *Hiſtor.* Tenere ſeſe cantes



Ayuntamiento de Madrid

cohortes Germanorum, cantu truci, & more patrio nudis corporibus. *Lib.* XV. Vt virorum cantu, fœminarum vlulatu ſonuit acies.

Quem Barditum vocant.) *Ita Farneſ. & ſcio Bardos Gallis dictos cantores ſiue poetas. Placeat tamen nunc magis,* Baritum: *quæ mera vox noſtris, quibus* Beren *aut* Baeren, *clamare, vocem tollere. Errabis enim qui ab elephantis barritu deducet, Germanis tunc ignotis. Althamerus,* Blaritum *vellet, Germanico item verbo. Quidquid de nomine ſit, Ammianus hunc deſcribit,* clamorem fuiſſe maximum, qui ipſo feruore certaminum exoriens identidem, paullatimque adoleſcens, ritu extollitur fluctuum cautibus illiſorum.

Nec tam vocis ille, quàm virtutis concentus videtur.) *Bambergenſis,* quàm mentis concentus. *quod haud præferam vulgatæ.*

PAG. 798. Vlixem quidam opinantur in hunc Oceanum delatum) *Interq; eos Strabo, magni & directi iudi iij, et prior lib.* III *qui adfirmitate tradit Vlyſſeam Luſitaniæ (Vlyſſiponē aliter dicimus) Homerici Vlyſsis monumentum eſſe. Sed & in Britanniam eũ veniſſe; ex ara Græcis litteris inſcripta collegit Solinus cap.* XXV. *itemq; Mela. Cui miræ & blandienti opinioni ſi indulgemus: quidni Vliſinga noſtra in Zelandia, ab eodem ſit? quidni Circzea, a Circe? Sed vani & leſciui, vereor, luſus iſti ingeniorum ſunt: quibus tamen hodie non nemo ſe oſtentat & ſuperbit. Io. Brodæus hæc de Vlyſſis errore in Miſcellaneis ſcitè coarguit: Brodæus, vir ſiue adoleſcens potius, acris ingenij, probi iudicij, lectionis diffuſæ, quem non magis in ore famæ eſſe miror, imò indignor.*

Nominatúmq; ἀσκιπύργιον) *Vel vt Rhenanus,* ἀςύργιον *etſi abeſſe vox ea poteſt, incolumi ſenſu Præ-*

ceſſit

Ayuntamiento de Madrid

*ceſsit enim. At libri quidam magis hic diuerſi, qui ἀσκιπύργιον referunt. ex quo placet quibuſdam ἀσκι-πύργιον, à Nerito, vt volunt, Ithacæ monte. locum quidem hic ipſe, quidem indicari putamus, cliuoſus eſt, haud procul Veteribus vicus*, Aſchelburg *nunc dictus.*

Græcis litteris inſcriptos.) *Litteris fortaſſe, vix credo lingua. Quid autem mirum de illis, cum etiam Heluetij & Galli litteratura Græca vſi ſint, Romanis characteribus iuxtà cum imperio ignotis?*

Propriam & ſinceram gentem.) *Bamberg.* perpetuam & ſinceram.

Rutilæ Comæ.) *Siue flaua, & colore auri. Ideo Auricomi Bataui, Silio:*

At puer auricomo iam formidate Batauo:

*VVandali χρυσοειδεῖς, Procopio dicti. Ruffum Seneca dixit* III *De ira:* Non eſt Æthiopis inter ſuos inſignitus color, nec ruffus crinis & coactus in nodum apud Germanos. *Et Martialis, ruffam ea mente Batauum:*

Sum figuli luſus ruffi perſona Bataui.

*Græci plerumque ξανθὸν verterunt: etſi Galenus commentario ad Polybum De victu, velit Germanos magis propriè πυῤῥοὺς dici, quàm ξανθούς. Calpurnius Flaccus Declamat.* II *de hoc Germanorum cognato habitu:* Miramur hanc légem eſſe naturæ, vt in ſubolē trāſeant forma, quas quaſi deſcriptas ſpecies cuſtodiunt! Sua cuique genti etiam facies manet. Rutili ſunt Germaniæ vultus, & flaua proceritas Hiſpaniæ. non eodē omnes colore tingūtur. Diuerſa ſunt mortalium genera, nemo tamē eſt ſuo generi diſſimilis. *Quæ obiter emendo:* & flaua proceritas (*apage enim hæc de Hiſpanis.*) Hiſpani an non eodem omnes colore tinguntur? *Nec à natura ſolùm rutilus hic crinis, etiam ab arte. Laui-*



Ayuntamiento de Madrid

*bant enim crebro, & medicamento rutilabant. Ammianus:* Videbat (*Germanos*) lauantes alios, quoſdam comas rutilantes ex more. *Medicamentum, ſapo. Martialis:*

Cauſtica Theutonicos accendit ſpuma capillos.

*Plinius* Prodeſt & ſapo. Galliarum hoc inuentum rutilandis capillis, ex ſeuo & cinere. *Ita Caligula proceriſſimum quemque è Gallis ad Germanicũ triumphum legit,* coegitq; rutilare & ſubmittere comã: *vt germani ſcilicet Germani viderentur. Suetonius narrat cap.* XLVII. *Herodianus item de Antonino Germanos æmulante:* κόμας τε τῇ κεφαλῇ ἐπετίθετο ξανθὰς, καὶ εἰς κουρὰν Γερμανῶν ἠσκημένας. *id eſt:* comas etiam flauas capiti circumpoluit, & ad tonſuram Germanicam factas. *Cauſſam huic coloris ſtudio adſignat Clemens (lib. III. Pædagogi cap. III.) terrorem.* Τῶν ἐθνῶν, *inquit,* οἱ Κελτοὶ καὶ οἱ Σκύθαι κομῶσιν, ἀλλ᾽ οὐ κοσμοῦνται. ἔχει τι φοβερὸν, τὸ εὔτριχον τοῦ βαρβάρου, καὶ τὸ ξανθὸν αὐτοῦ πόλεμον ἀπειλεῖ, συγγενές τι χρῶμα τῷ αἵματι. *Romanæ etiam matronæ veteres amœnere hunc colorem,* & ſumma diligentia capillos cinere rutilabant, *ait Valerius lib. II. cap. I. Poſteriores magis auidè, quæ capillitium ipſum emebant à Germanis & pro comis ſuis ſupponebant. Ouidius ad puellam:*

Iam tibi captiuos mittet Germania crines,
Culta triumphatæ munere gentis eris.

*Quanquam Seruium notare video in 4. Virgilij,* matronis nigram comam, meretricibus flauam probatam fuiſſe. *Quo videtur Satyricus reſpexiſſe de Meſſalina matronam ſedulò diſſimulante:*

Et nigrum flauo crinem abſcondente galero.

*De hac ipſa re doctiſſimus Tertullianus, libello De cultu.* Video quaſdã & capillũ croco vertere, pudet eas etiã nationis ſuæ, quod nõ Germanæ aut Gal-



Ayuntamiento de Madrid

læ procreatæ ſint: ita patria capillo transferunt. Malè ac peſſimè ſibi auſpicantur, flammeo capite. *Nam quod malè auſpicij eſt flammeum caput intellegit omen ad flammas [illegible].*

Magna corpora & tantùm impetu valida. *Mutilus, me iudice, Bambergenſis, qui ſpreta priore voce ſcribit:* corpora tantùm impetu valida. *Nam proceritas etiam inter Germanorum proprias notas.*

Terra etſi aliquanto ſpecie differt.) *Neſcio quid idem liber ſibi velit,* etſi aliquando ſpecie aret.

Ventoſior quà Noricum ac Pannonias aſpicit.) *Vix fidis. Loca certè quæ humida & ad mare, magis obnoxia ventis, quàm ſicca & mediterranea, quod vtique veriſſimũ experimur in omni Germaniæ iſtô tractu, qui ad Septemtrionem. Sed nec veterum propriè hic res eſt: de humore agitur, aut ſiccitate. Anne* verticoſior, *auſim legere? id eſt magis alta & montana? Mela quidē ita diſparat, in hac ipſa terra deſcribenda:* Terra multis impedita fluminibus, multis mōtibus aſpera & magna ex parte ſiluis aut paludib⁹ inuia. *An ſi ſicca angimur? & vētoſā accipi, pro ſicca atque arida, ſimplicius & verius ſit?*

Pecorum fecunda, ſed plerumque improcera.) *Malo,* pleraque. *De re ipſa autem, ita hodie contrà eſt, vt armenta noſtra Batauis aut Friſiæ, palmam præferre audeat contrà omni in Europæ.*

P.799 Pecuniā probant veterē & diu notam, Serratos, Bigatóſque.) *Dum hos Serratos nummos quæro, homo ab eâ nō ſpertes valde nummorum. Nam vulgò leniter defungitur. & Serrati, inquiunt, nūmi quibus ſerræ forma impreſſa ſiue inciſa, vt Bigati quibus Bigarum. Et de his quidem clarum eſt, oculi me docent cotidie. at de Serratis, quis obſecro in tanta iſta copia nummorum veterum vnum aliquem protulit aut proferet cum ſerra! Non vidi, non legi.*



Ayuntamiento de Madrid

*Fulvius ſiuè Vrſinus, in gente Manlia nummum repræſentat, cuius in poſticâ parte caput vrbis, & inſcriptum* ROMA. SER. *quod ipſe interpretatur Serratum. ſed quo argumento? Mille nummi cum illo capite, in quis nihil tale. & potius id referendum ad Serrani cognomen, quod ex alia gente hærere huic potuit per adoptionem. An lectio ſolicitanda in Tacito? an* æratos, *aut* ratitos, *aut* Seruianos *legendū? De prioribus quid fuerint, clarum. Seruianos autem interpreter veteres regios, quos in pretio fuiſſe notat Suetonius Auguſto. Seruius certè primus regum, ei ſignauit. Adde quod in codice Bambergenſi,* Seruatos. *An ſeruamus lectionem, & capimus Serratos eos, quorum ambitus dentatus atque aſper ſit in modum ſerræ? quæ proba nota, & nihil periiſſe longo vſu aut reſectione. Nummos ego quoſdam argenteos ita formatos vſurpaſſe his oculis ſum certus. Spectaſſe autem id eos in nummis vulgò, ratio & Tertullianus adducent:* Qui venditant, prius nummum quo paciſcantur examinant, ne ſcalptus, néve raſus, ne adulter ſit. *Sed tu erudite lector cogita. nam de me Tullianum illud habe,* Cedo, eia manum tollo.

Rari gladiis vtuntur.) *Iiſque grandibus & oblongis. Plutarchus de Cimbris: μεγάλαις ἢ χαύνοις καὶ βαρείαις μαχαίραις. Cæſar item, Liuius, & Hiſtorici paſſim. Illud dignum notæ è VVitichindo:* Erat illis diebus Saxonibus longorum cultellorum vſus, quibus vſque hodie Angli vtuntur morem gentis antiquæ ſectantes. Cultelli autem noſtra lingua Sahs dicuntur: ideóque aiunt quidam Saxones nuncupatos. *De veritate etymi neſcio. illud ſcio falces oblongas & grandes frumentarias eo nomine etiam hodie nobis dici.*

Pag. 800. Neque animaduertere, neque vincire, neq; verberare quidem niſi ſacerdotibus permiſſum.)

miſſum.) *Repugnare Cæſar videtur lib.* VI. Cum bellum ciuitas aut illatum defendit aut inſert, magiſtratus qui ei bello præſint, vt vitæ neciſq; habeant poteſtatem deliguntur. *Sed Cæſar de belli tempore tantùm: noſter in pace intellexit.*

PAG. 831. Nec illæ numerare aut exſugere plagas pauent.) *Ita Rhenanus ſ[illegible] itáque ſuctus ille ad medicinam. Farneſ. tamen codex & Rom.* exigere, *quod robur fœmineum magis exprimere videtur, tamquam illæ non numerauerint ſolùm plagas, ſed exegerint, expoſtularintque cum ſuis ſi illæſi rediſſent, tamquam ignaui & vitæ ſuæ parci.*

Inter obſides puellæ quoque nobiles imperantur) *Igitur ad Germanos referam, quod generatim à Suetonio ſcriptum in Auguſto cap.* XXI. A quibuſdam, nouum genus obſidum fœminas exigere tentauit, quod negligere marium pignora ſciebat. *Etſi cur id Tranquillo nouum? Romani ipſi, virgines obſides Porſenæ olim dederunt, interq́; eas Clœliam. Athenæus id primum inuentum Cleonymo Spartano vult, parum verè libro* XIII. *cap.* XXVIII. ἐμοὶ γὰρ, *inquit,* κατὰ φύσιν δοκεῖ πεποιηκέναι Κλεώνυμος ὁ Σπαρτιάτης, πρῶτος ἀνθρώπων εἰς ὁμηρείαν λαβὼν παρὰ Μεταποντίνων γυναῖκας παρθένους τὰς ἐνδοξοτάτας καὶ καλλίστας διακοσίας. *Id eſt:* Mihi iuxta naturam feciſſe Cleonymus Spartanus videtur qui primus mortalium (*magis rectè, ſi primus Græcorum dixiſſet*) obſides à Metapontinis fœminas virgines accepit nobiliſſimas & pulcherrimas. *Vbi liſcu Metapontinas, imò credo ceteros Italiæ populos, habuiſſe antiquitus hunc morem.*

Nec conſilia earum aſpernantur.) *Hócne ſuperſtat? nem ipſos pa[illegible] in firma mente, qui eam quæſiuere apud [illegible]mentem ſextum? Et tamen adeò vera Taciti adfirmatio, vt Plutarchus narrat, conſultationibus*



Ayuntamiento de Madrid

*omnibus apud Celtas (ita Germanos Græci vocant) de pace denique bello fœminas arbitrari, & lites cum fœderatis ſuis ſocijs populis ex ijs earum interuentu decidi. Verba ipſa in re parum credibili dabo. In libello De Virtutib. mulierum:* Ἐκ τούτου διετέλουν, ἐκκλησιάζοντες περί τε πολέμου καὶ εἰρήνης βουλευόμενοι μετὰ τῶν γυναικῶν, καὶ τὰ πρὸς τοὺς συμμάχους ἀμφίβολα δι' ἐκείνων βραβεύοντες.

Velledam.) *De qua multa noſter libro* IIII. *Hiſtor. quam captiuam & in triomp ho poſteà ductã colligas ex Statio:*

Nõ vacat Arctoas acies Rhenúmque rebellem
Captiuæque preces Veledæ.

*qui nomen tamen id corripit. cuius germanum ſcripturam fuiſſe cenſeo* VVeldam.

Auriniam.) *Fernaſ. liber*, Fluriniam. *Putem fuiſſe*, Aluriniam. *Quod Iornandes mihi auctor in rebus Gothicis, non proprium nomen, ſed commune omnium ſagarum fuiſſe.* Repperit, *inquit*, in populo quaſdam magas mulieres, quas patrio ſermone Aliorunas ipſe cognominat. *De fatidicis autem feminis, Germanorum, præter Cæſarem libro* I. *Plutarchum in Mario & Cæſare, Strabonem libr.* VII. *vide etiam Clementem Stromate* I.

Deorum maximè Mercuriũ colunt.) *Plura igitur ac certiora de religione Germanorũ Tacito nota, quàm Cæſari, qui contra ſcribit lib.* VI. Deorum numero eos ſolos ducunt quos vident, Solem, Vulcanum, & Lunam, reliquos ne ſama quidẽ acceperunt. *Falsò. Nam noſter etiam in Annal.* XIII. *ſcriptum reliquit:* ab Hermũduris diuerſam aciem Marti ac Mercurio ſacratam. *Paulus Diaconus notat Longobardis (ij autem Germani)* VVodam *Mercurium appellari. Ego legerim* VVondam, *vel*
VVon

Ayuntamiento de Madrid

VVóſtam: *à lucro ſcilicet, cui præeſt. Materibus quidẽ noſtris ita dictum, cl vet vel eſt Mercurij dies, ut veteri & gentili appellatione nobis* VVonſtdach.

Humanis quoque hoſtiis litare fas habẽt.) *Quod Gallis Germaniſque commune, & pluſsis teſtatũ crebro. Illud noto, manſiſſe eam diuinatem etiã inferiore æuo. Procopius lib. II. De bello Gothico ait Francos etſi Chriſtum iam colerẽt, humanis tamẽ ad ſuum morem hoſtiis vſos. Ditmarus lib I. Nortmannos & Danos quotãnis menſe Ianuario in ſuis immolaſſe XCIX. homines, totidem equos cum canibus & gallis: ab quáque barbarie Henricum Aucupẽ primum eos abduxiſſe.*

Herculem & Martem conceſſis animalibus placant.) *Non certè Gothi, de quibus Iornandes:* Martem ſemper aſperrima placauere cultura. nam victimæ eius mortes fuere captorum.

PAG. 802. Proprium gentis equorum præſagia & monitus experiri.) *Ditmarus Liuitius (qui veterem ſuperſtitionẽ adhuc retinebant, & in pleriſque ritum) hoc idem præſagium equinum adtribuit: ſed diuerſa paullum forma.* Equũ, *inquit*, qui maximus inter alios habetur, & vt ſacer ab his veneratur, ſuper fixas in terrã duorum cuſpides haſtillium inuicem transmiſſorum, ſupplici obſequio ducunt: & præmiſſis ſortibus quib^9 id explorauere prius per hunc quaſi diuinum denuò augurantur

PAG. 803. Non ſimul nec iuſſi conueniunt.) *Bambergenſis*, iuſſu. *Rhenanus in veteri codice lege, ait*, nec iniuſſi *ex quo bene etiam ſcripſeris*, nec vt iuſſi.

Ignauos & imbelles & corpore infames.) *Hoc lego de Germanis? feris illis & horridi, fœmineo morbo & mollitie corporis infames? Numquam credam: & Quintilianus certè eos purgat in Declamatione pro Milite, cuius pudicitia tentata à Tribuno:*

Nihil

Ayuntamiento de Madrid

Nihil tale nouêre Germani, & ſinctius apud Oceanum viuitur. *Scribamus igitur (gratiam mihi age magna patria)* & torpôre infames. *Non enim alia mens hîc Taciti, quàm quot ignauos, torpentes, bello inutiles, opate impoſita merſerint. Idem in eodem verbo vitium apud Agellium lib.* XIX. *cap.* XII. *in extremo.* omnibus vehementioribus animi officiis amputatis in corpore ignauæ & quaſi eneruatæ vitæ conſeneſcunt, *ſcribe*, torpore. *Hoc mihi certum. quatit tamen nonnihil Athenæus lib.* XIII. *qui fœdum illud vitium remotum à me, rurſus imponit Germanis:* Κελτοὶ δὲ τῶν βαρβάρων, *inquit*, καίτοι καλλίστας ἔχοντες γυναῖκας, παιδικοῖς μᾶλλον χαίρουσιν· ὡς πολλάκις ἐνίους ἐπὶ ταῖς δοραῖς μετὰ δύο ἐρωμένων ἀναπαύεσθαι. *Quem mentiri tamen improbè ſcio: nec vrtica illa vnquam tetigit maiores noſtros. Auſtri & Orientis iſta inſania eſt: quæ ne nunc quidem Septentriones habitat aut frigidum caſtúmque hunc orbem.*

PAG. 804. Nihil neque publicæ neque priuatę rei niſi armati agunt.) *Quem eundem morem Græcis priſcis fuiſſe, eóque ſolitos* σιδηροφορεῖσθαι, *Thucydides notauit. Idémque de Gallis, Liuius lib.* XXI. In his noua terribiliſque ſpecies viſa eſt, quod armati (ita mos gentis) in concilium venerunt. *Quin conuiuia etiam Germani adibant in armis. Tacitus hoc ipſo libro:* Tum ad negotia, nec minus ſæpe ad conuiuia procedunt armati. *Athenæus lib.* IV. *famulos adſtitiſſe vel aſſediſſe conuiuantibus in tergo, cum ſcuto, lancea, & iuſtis armis* καὶ οἱ μὲν, *ait*, τοὺς θυρεοὺς ὁπλοφοροῦντας ἐκ τῶν ὄπισθεν παρεστάναι, οἱ δὲ δορυφόροι, κατὰ τὸ ἀντικρὺ καθήμενοι κύκλῳ, καθάπερ οἱ δεσπόται συνευωχεῖσθαι. *Denique templa ipſa adiere armati. Panegyriſtes:* Nec maiores veſtri templa ingrediebantur, niſi armati.

Eli

Eliguntur in iiſdem conciliis & principes qui iura per vicos pagóſque reddunt.) *In alia verba & ſententiam it Bambergenſis liber*: qui vita per pagos vicóſque ex.. ellunt. *Sed non auctor à vulgata.*

Ceteris robuſtioribus.) *Lege, ceteri. ſtatim liber vetus*, aggregant, *non* aggregantur. *quod Taciti & veterum phraſim olet.*

Præcipuum ſacramentum eſt.) *Liber ſcriptus*, principum ſacramentum.

PAG. 805. Non niſi vi bellóque tucantur) *Scriptus*, tueare.

Quoties bella non ineunt, non multum venatibus plus per otium tranſigunt.) *Pugnam cum Cæſare hic video, imò cum vſu & ratione. Cæſar ait:* Vita Germanorum omnis in venationibus, atque in ſtudiis rei militaris conſumitur. *Iterùm de Sueuis:* Multum ſunt in venationibus. *Vſus etiam & ratio ſuadent, gentes acres, feras, vbi ſiluarum copia, venatui addictas. Nec aliter in hac ipſa gente hodie. Pacem vita emendatio faciet:* quoties bella non ineunt, multum venatibus. *negatione eiecta, quæ haud dubiè malè geminata & petita è prioribus verbis.*

Ipſi habent. mira diuerſitate naturæ.) *Expreſsi Farneſ. ſcripturam, nec quin ea germana ſit dubitauerim. Vulgati*, ipſi habent miram diuerſitatem.

Mos eſt ciuitatibus vltrò ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugium.) *Immutatum locum eſſe res & ſermo ipſe clamant. Rhenanus ex veſtigiis, vt ait, libri*, vltrò equitiũ conſerre. *Iſta vocem Equitij probant, iuriſconſul is vſurpata & morem ipſum in Armenia etiã obtinuiſſe, qui equos regi alebant in tributum. Xenophon id me docuit lib. 4. De exped. iune Cyri. At ne ſic quidem pendentia verba firmauerim, quæ ſequũtur. An equitium*

Ayuntamiento de Madrid

*ritum armentorum diceret an frugum? ridiculum. Mihi nota excidiſſe videbatur* X. *quæ Decimam ſignificat vel Decimas: ſicut eadem geminata* XX. *vigeſimam, in lapidibus ſæpe. ſcribéſque, meo ſenſu: vltrò ac te*meritum X. conferre. *Quin mos quidem ille etiam hodie obtineat apud pleróſque, de conferendis Decimis in nobilitatis vſum, negari non poteſt.*

PAG 806. Solent & Subterraneos ſpecus aperire, eosque multo inſuper fimo onerant.) *Idem Pomponius* Mela *de Sarmatis.* Atque ob ſæua hiemis aſſiduæ, demerſis in humum ſedibus, ſpecus aut ſuffoſſa habitant. *Xenophon de frigida Armeniorum regione, lib* IV. *Expedit. Cyri:* αἱ δ' οἰκίαι ἦσαν κατάγειοι, τὸ μὲν στόμα ὥσπερ φρέατος, κάτω δ' εὐρεῖαι· αἱ δὲ εἴσοδοι τοῖς μὲν ὑποζυγίοις ὀρυκταί, οἱ δὲ ἄνθρωποι κατὰ κλίμακας κατέβαινον. ἐν δὲ ταῖς οἰκίαις ἦσαν αἶγες, βόες, οἶες, ὄρνιθες, καὶ τὰ ἔκγονα τούτων. *Fruſtra autem originem Stuuarum (ut Ditmarus & illa ætas appellat) petunt iſti. nequid enim ſimile? Quæ tamen antiqua: & niſi fallor, Iulianus intellexit in Antiochico, vbi de Lutetia vrbe* Ἐθάλπετο δὲ τὸ δωμάτιον οὐδ' ἀμῶς, ὥσπερ εἰώθει τρόπον ὑπὸ τοῖς καμίνοις τὰ πολλὰ τῶν οἰκημάτων ἐκεῖ θερμαίνεσθαι. *Quamquam & Romano Senecæ neſcio quid tale commentus reperit effectu quidem pari cum Stubis, non prorſus forma. Seneca de Prouidentia, capite* IV. Quem ſpecularia ſemper à flatu vindicarunt, cuius calefactiones ſubditus & parietibus circumfuſus calor temperauit. *Quod fieri ſolitum, per ambientes quoſdam tubos. Item epiſtola* XCI. Quædam noſtra demum prodiſſe memoria ſcimus, vt ſpeculariorum vſum, vt ſuſpenſuras balnearum, & impreſſos parietibus tubos per quos circumfunderetur calor, qui ima ſimul & ſumma foueret

æqualiter. *Quos tubos vidiſſe & notaſſe me in ruinis balnearum Romæ, probe memini. Ceterum quòd hic legitur, fimo onerant: in Bambergenſi eſt*, fimo operiunt.

Locupletiſſimi veſte diſtinguuntur, non fluitante ſicut Sarmatæ ac Parthi, ſed ſtricta & ſingulos artuus exprimente.) *Exprimit vero egregiè veſtitum hunc noſtrum, qui à nobilitate Germanica diffuſus non dudùm per Europam. Deſcribit & Sidonius eleganter, in Panegyrico:*

Striatius aſſutæ veſtes, procera coercent
Membra virûm: patet iis arctato tegmine poples *Pars tamen quædam Germaniæ olim in laxis veſtibus, Sarmatico ritu, ſiue braccis. Lucanus Batavis & Vangionibus hoc tribuit:*

Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis
Vangiones, Batauíque truces.

*Quamquam de plebe id tantum ceperim.*

Detracta velamina ſpargunt maculis pellibúſque belluarum.) *Suſpectus mihi locus. nec ſat ſcio quo modo detractas feris pelles, ſparſerint maculis & pellibus aliis piſcium. At Tacitus ipſe hoc parum intellexit? an macula vox non ſine macula? Ego de Maſtrucis aliquid libens ſuppoſuiſſem, ſi velificata mihi libri alicuius aura. Iſidorus.* Maſtruca, veſtis Germanica ex pelliculis ferrarum. *Prudentius.*

——maſtrucis proceres veſtire togatos.

*Cicero Sardis etiam tribuit:* Sardorum maſtruca tentauit. *Ceterùm non dubium, quin duplici vnatus ſit vox Tacitus velit, ſiue è feris, ſiue è piſcibus. Iuſtinus clarius paullò idem tradidit de Scythis:* Lanæ iis vſus ac veſtium ignotus: pellibus tantùm ferinis aut marinis veſtiuntur.

PAG 807. Fæminæ ſæpius lineis.) *Plinius.* Iā quidem

dem & Tranſrhenani hoſtes vela è lino texunt, nec pulchriorem aliam veſtem eorum fœminæ nouere.

Dotem non vxor marito, ſex vxori maritus offert.) *Illud*, marito, *abeſt Bambergenſi: & ſic ſcribe.*

Accipere ſe quæ liberi inuiolata ac digna reddat.) *Vox*, digna, *non ſincera videtur. Sed & paulò ante Rhenanus*, ſic viuentes, ſic parientes, *alibi legiſſe ait.*

PAG. 808 Quorum pœna præſens & maritis permiſſa) *Ad ius & Romanos mores propius in Bambergenſi ſcriptum*, quorum pœna parentibus & maritis. *Nam maritos ſolos hîc eſſe arbitros, ſatis crudum. Tamen è Tacito non aliter apparet.*

Publicatæ enim pudicitiæ.) *Scribam*, publicatæ etiam. *Non enim hoc ad adulteras refero: ſed ad eas quæ adhuc iniuges, vulgò tamen ſe vulgabant.*

Corrumpere & corrumpi, ſeculum vocatur.) *Graue & acuta ſententia. Seneca ſimiliter:* Deſinit eſſe remedio locus, vbi quæ fuerant vitia, mores ſunt.

Melius eæ ciuitates, in quibus tantùm virgines nubunt.) *Inter quas ciuitates fuiſſe Erulos reperio, apud quos adeò ſecundo matrimonio non locus, vti vxor marito mortuo laqueo ſeſe ſtatim iuxtà ſepulchrum induceret: niſi inuiſa viuere mallet & infamis. Procopius tradit lib. 2. De bello Gothorum.*

Numerum liberorum finire aut quemquam ex agnatis necare nefas) *Agnatos hîc accipies non ἀγχιστεῖς aut συγγενεῖς, ſed liberos qui adnaſcuntur, etſi mallem omninò ſcribi*, gnatis. *Illud autem mirũ, Tacitum omittere inſignitum illud ritum & peculiarẽ Germanis de exploratione liberorum. Prolẽ enim natam*

tam

Ayuntamiento de Madrid

*tim ad Rhenum ferebant, clypeóque imponebant. ſi undis abſorberetur, nothum cenſebant: ſi innataret, verè ſuum. Claudianus in Ruffinum:*

Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus.

*Iulianus in epiſtola ad Maximum:* πάντως οὐδὲ ὁ Ῥῆνος ἀδικεῖ τοὺς Κελτούς, ὃς τὰ μὲν νόθα τῶν βρεφῶν ὑποβρύχια ταῖς δίναις πέμπει, καθάπερ ἀκολάστου λέχους τιμωρὸς πρέπων. ὅσα δ' ἂν ᾖ ἐπιγόνου καθαροῦ σπέρματος ὑπερέχων τοῦ ὕδατος αἰωρεῖ, καὶ τῇ μητρὶ τρεμούσῃ πάλιν εἰς χεῖρας δίδωσιν ὥσπερ ἀδέκαστόν τινα μαρτυρίαν αὐτῇ καθαρῶν καὶ ἀμέμπτων γάμων τὴν τοῦ παιδὸς σωτηρίαν ἀντιδωρούμενος. *Meminit & Galenus de ſanitate tuenda, & alius N. Zanzenus. Nonnus in Dionyſiacis ob hanc cauſſa Rhenum* ἐλεγχεγάμων *agnominat, velut iudicem vindicemq́ue coniugij: & vidi, qui Rheni etymon hinc petendum aſſeneraret, quaſi purgatorem. Purus quidem ſermone noſtro* reyn *dicitur.*

Pag. 809. Separatæ ſingulis ſedes, & ſua cuique menſa) *Quæ ſedes è gramine aut frondibus, & propriè thori. Strabo ſuggerit, qui de Gallis:* καθεζόμενοι δειπνοῦσιν ἐν στιβάσι. ſedentes cibum capiunt in thoris gramineis. *Poſidonius apud Athenæum, fœnum ſibi ſubſtraviſſe ſcribit, ab eâdem mente:* Κελτοὶ τὰς τροφὰς προτίθενται, χόρτον ὑποβάλλοντες, καὶ ἐπὶ τραπεζῶν ξυλίνων, μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπηρμένων, *&c. Plura de ratione Germanici victus, ibi vide, lib. IV. inquam, cap. XIII.*

Diem noctémque continuare potando, nulli probrum) *Uti & de Perſis Xenophon ſcribit in Pædia, lib. VIII. extremo. qui mirum (ſtudio è cuius notaui & comparaui) quàm in pleraque omni ratione vitæ, imò & lingua, conſentiant cum Germanis.*

Pag. 810. Ergo detecta & nuda omnium



Ayuntamiento de Madrid

mens poſtera die retractatur, & ſolita vtriuſque temporis ratio eſt.) *Ego ſcribo*, & ſua vtriuſque temporis. *Interpretor: Germani in conuiuijs & compotationibus deliberant quidem agitantq́; vt graues: ſed ea ſtatim ſobrij recognoſcunt & retractant, & vtrique rei ſua quædam ratio eſt. Rationem autem addit*, deliberant, dum fingere neſciunt, conſtituunt, dum errare non poſſunt. *Ex quo diſcimus, Germanos in conuiuijs illa licere propoſuiſſe quidem ſeria: ſed eadem concluſiſſe & finiſſe, non niſi matutinos & ſobrios. Perſarum ſimilis mos, qui, vt Strabo ait*, ἐν οἴνῳ τὰ μέγιστα βουλεύονται, καὶ τὰ βεβαιότερα τῶν ἐν νήψει τιθέναι. *idemq́; de ijs Ammianus lib.* XVIII. *Sed & Creticiſmum: ex Athenæo, lib.* IV. *cap.* V. *Græcorum omnium veterum: ex Homero, & Plutarcho diffuſè Sympoſiacorũ, lib* VII.

Haud minus facilè vitiis, quam armis vincentur.) *Bambergenſis*, vino quàm armis.

PAG. 811. Agri ab vniuerſis per vices occupantur.) *Idem liber*, ab vniuerſis vicis occupantur. *longè alia, nec deteriore ſententia.*

PAG. 812. Nulla regnorum potentia diuiſus.) *Codex illeipſe*, diuerſus. *quod probum ſcio.*

Manet adhuc Boijemi nomen.) *Latere aliud videtur in ſcriptura Bambergenſi*, manet adhuc Boiis è munere nomen. *Scribo*, manet adhuc Boiaſmi è re nomen. *vel* Boyaſmum è re. *aptè ad hæc veſtigia, & rem ipſam. Strabo quidem clarè* Βουίαιμον *regiam Marobodui nominat: quam dictam à Boijs vult nunc noſter. Poſſis &* Boyhaimum *ſcribere, verius prop iuſque ad etymon, quaſi Boiorum domum.*

Loci veterem memoriam.) *Voculam inſerit Bamberg.* veterem viæ memoriam: *qua quid faciam, ſum incertus.*

PAG.

Ayuntamiento de Madrid

PAG. 813. Origine erubeſcunt.) *Imò verò, non erubeſcunt. Quamuis, inquit, Vbij nomen mutarint, & colonico iam iure, libentius Agrippinenſes dicantur, à conditore. tamen nec Germanicæ originis eos pudet, libentérque ſe iis inſerunt.*

Nec tributis contemnuntur.) *Siue*, continentur. *In promptu erat*, conteruntur. *ſed parùm elegant, cum idem verbi ſtatim ſequatur*, nec publicanus atterit. *Ferri & vulgata poteſt. Nam quibus tributa imponuntur, hoc ipſo, vt victi, pro contemptis habentur & deſpretis.*

PAG. 814. Qui decumates agros exercent.) *Errare cenſeo, qui proprium hic gentis aut loci nomen quærunt. Quomodo verò iidem populi, ſiue agri, trās Rhenum & Danubium ſimul ſint? quod tamen ponit noſter. Ego communiter Decumates agros interpreter: qui decumas ſoluunt. Cicero Decumanos dixit:* Omnis, *inquit,* ager Siciliæ decumanus eſt. *Nam hi agri non aliud ſunt, quàm trans limitem capti ab hoſte, & militibus dati, ſiqui ex iis fructus. Qui haud multi aut vberes, quoniam hoſtibus expoſiti, & vt ipſe ait dubiæ poſſeſſionis id ſolum. Tacitum de his ipſis loqui ego ſentio* XIII. *Annal:* Friſij imbellem ætatem admouêre ripæ, agróſque vacuos & militum vſui ſepoſitos inſedêre. *Hos ipſos agros non fructu tantùm, ſed mancipio militum eſſe iuſsit Imp. Alexander. de quo Lampridius:* Sola quæ de hoſtibus capta ſunt limitaneis ducibus & militibus donauit, ita vt hæredum eſſent, ſi hæredes militarent: nec vnquam ad priuatos pertinerent. Addidit ſanè his animalia & ſeruos, vt poſſent colere quod acceperant. *Adde huc l. III. Cod. De Fundis limitrophis.*

Quódque rariſſimū, nec niſi ratione diſciplinæ



Ayuntamiento de Madrid

conceſſum ) *Bambergenſis*, nec niſi Romanæ diſciplinæ. *Et noſtram ſanè lectionem iure ſpernas.*

Nec niſi hoſte cæſo exuere votiuum obligatúmque virtuti oris habitum.) *Hoc teneo, præ eo quod ſcriptum*, nec non hoſte. *At de more ipſo, Tacitus lib.* IV. *Hiſtor.* Ciuilis barbaro voto, poſt cœpta aduerſus Romanos arma, propexum rutilatúmque crinem, patrata demum cæde legionum depoſuit. *Silius item Italicus eleganter & decorè expreſſit in Sarmente Gallo:*

Occumbit Sarmens, flauam qui ponere victor
Cæſariem, crinémque tibi Gradiue vouebat.

PAG. 816 Quando vrgentibus imperij fatis.) *Scriptus liber non malè*, vergentibus.

In claritatem eius referre conſenſimus.) *Idem*, referre conſueuimus.

PAG. 817. Et tam magni exercitus fidem.) *A coniectura repoſui: cum in libris ſit*, magni exitus.

PAG. 818 Inſigne gentis obliquare crinem, nodóque ſubſtringere.) *Quod Sueuis propriè tribuit noſter, alij Germanis vulgò. Seneca de Ira:* Non eſt Æthiopis inſignitus inter ſuos color, nec crinis ruffus & in nodum coactus apud Germanos. *Idem in epiſt.* CXXVI. Quid capillum ingenti diligentia comis? cum illum vel effuderis more Parthorum, vel nodo Germanorum vinxeris, vel vt Scythæ ſolét, ſparſeris. *Martialis etiam Sigambris.*

Crinibus in nodum tortis venere Sigambri.

*Idem* [illegible] Rhenique nodos. *Tertullianus Cirros in Germanis agnoſcit, fortaſſe ab hac crinium obliquatione & flexu. De virginibus velandis:* Debebunt & ipſi aliqua inſignia ſibi defendere, aut pennas Garamantum, aut crobylos barbarorum, aut cicadas Athenienſium, aut cirros Germanorum.

Ayuntamiento de Madrid

rum. *idò quia, vt hic ſcripſrum, crinem obliquabant, Iuuenalis:*

Cærula quis ſtupuit Germani lumina, flauam
Cæſariem, & madido torquentem cornua cirro?

*Libens igitur Poetas aliquot emendem, qui Cirrigeri epitheto Germanos ornant, quod malè flexit in Crinigeros vbique. Apud Sidonium:*

Inter cirrigeras ſitum cateruas,
Et Germanica verba ſuſtinentem.

*Lucanus libro primo.*

Et vos cirrigeros bellis arcere Caicos
Oppoſiti.

*Claudianum de laudibus Stilic.*

—— ingentia quondam
Nomina, corrigero flauentes vertice reges.

*Tacite tamen locum huncce de obliquando crine, fateor ita etiam capi poſſe, vt crinem non in rectum paſſi ſint deſcendere, ſed reduxerint in poſteriorem verticem & obliquarint.*

Pag. 8 9. *Vt* hoſtium oculis, ornantur.) *Placet. Bambergenſis,* armentur.

Auguriis patrum & priſca formidine ſacrum.) *Legitimus verſus longius eſt (monuit me G. Falkenburgius) ſponte effuſus, an à veteri Poeta?*

Longobardos paucitas nobilitat.) *Ita Farneſiani. Vulgò erat,* paucitas nobilitáſque.

In commune Herthum, id eſt, terram matrem colunt.) *Libri alij* Nerthum, *aut* Verthum. *ego veram vocem cenſeo,* Aerthum. *Ita enim noſtratem eam vocem efferimus ſcribimúſque. Cum a ſpiratione, ſonum nobis ſignet non terram. Martianus Capella an huc adſpexerit, dum Hemoes ab Hera deriuat, id eſt terra, neſcio. Verba eius lib.* 11. A medietate aëris vſque in montium terræque confinia Hemithoi Heroéſque verſantur, qui ex eo quod He-



Ayuntamiento de Madrid

ram terram veteres dixerunt, Heroës nuncupant. *Nam ab his certè à craſſo errore eum non excuſes.*

PAG. 820. Atque in ſplendidiſſima Rhætiæ prouinciæ colonia paſſim ſine cuſtode trāſeunt.) *Diſtinguè,* colonia. paſſim ſine cuſtode tranſeunt. *Quod ait, ſine cuſtode: morem ingenit rarum & notabilem. Romani enim in limite imperij hoc ſeruabant, vt externum neminem admitterent exciperéntve, niſi cuſtode dato & arbitro actionum. Diſcu ex hoc loco, & lib. IV. Hiſtoriar. vbi acris querela hac de re Germanorum, ad Vbios:* Nam ad hunc diem flumina ac terras & quodammodo cælum ipſum clauſerunt Romani, vt colloquia congreſſúſque noſtros arcerent: vel quod contumelioſius eſt viris ad arma natis, inermes ac propè nudi ſub cuſtode & pretio coiremus. *Et in reſponſo Agrippinenſium:* Sint tranſitus incuſtoditi, ſed diurni & inermes.

PAG. 821. Quatenus Danubio prætexitur.) *Scriptus liber,* peragitur. *malè.*

Gothini.) *Gothuni ſemper Claudiano.*

PAG. 822. Regnantur paullo iam addictius.) *Bambergenſ. & Rom.* adductius. *etiam rectè. & dixi de eo verbo ſuprà.*

Nec velis miniſtrantur ) *Melius,* miniſtrant, *Virgilianum eſt.*

—— veliſque miniſtrant.

Sonum inſuper emergentis audiri ) *Malim,* ſe mergentis. *Nam hac perſuaſio rudis & caſca plebis fuit, Solem dum in Oceanum cadit, ſtridorem edere non aliter quàm ſi ignitum ferrum condatur in aquam. Poſidonius apud Strabonem, lib. III.* λέγει δή φησι Ποσειδώνιος τοὺς πολλούς, μείζω δύειν τὸν ἥλιον ἐν τῇ παρωκεανίτιδι μετὰ ψόφου παραπλησίως, ὡσανεὶ σίζοντος τοῦ πελάγους κατὰ (σβέσιν αὐτοῦ

διὰ

*διὰ τὸ ἐμπίπτειν εἰς τὸν βυθόν. Florus de Decimo Bruto in Hiſpaniis bellante:* Non prius ſigna conuertit, quam cadentem in maria Solem, obrutúmque aquis ignem, non ſine quodam ſacrilegij metu & horrore deprehendit.

PAG. 824. Id pro armis omniúmque tutela) *Fortaſſe melius,* omníque tutela.

# IVSTI LIPSI AD CORNELII TACITI IVL. AGRICOLAM NOTAE.

LIBROS DEL DR. L. MARCO

LIBELLVS *hic, ſi quis alius, verè diſertus, verè prudens, ſcriptus videtur ſub idem tempus cum illo de Germania: vel certè haud longè ſecus. Nam quadriennio poſt mortem Agricolæ hunc contexiſſe videtur, ipſo quidem iudice, hoc libro:* Nobis tam longæ abſentiæ conditione, ante quadriennium amiſſus es. *Atqui obijt Agricola Pompeio Collega & Corn. Priſco* COSS. *Vt hac ratione, ſcriptum ſyntagma hoc eſſe oporteat ſub ipſum initium Imperij Traiani.* PAG. 825.

Nec illi Rutilio citra fidem) *Rutilium Rufum intellegit qui & hiſtorias ſcripſit, & orationes, & de vita ſua. Citant eum Latini Græciq; ſcriptores paſſim, & nominatim Chariſius hæc de vita. Etiam Iſidorus, ſed corruptus, lib.* XX. *Orig.* Lecticæ ſiue plutei

Jectide quibus Satilius Rufus de vita ſua: Primùm, inquit, conſuetudine Imperatorum iok pro lectis lecticis vtebatur. *emenda*, Rutilius Rufus.

Scauro.) *De quo Cicero in Bruto*: huius & orationes ſunt, & tres ad L. Fuſidium libri ſcripti de vita ipſius acta, ſanè vtiles. *Plinius lib.* XXXIII. L. Fuſidium illum, ad quem Scaurus de vita ſua ſcripſit. *Valerius Maximus, lib.* IIII. M. Scaurus quantulam à patre hæreditatem acceperit, in primo libro eorum quos de vita ſua ſcripſit, refert.

Legimus cù Aruleno Ruſtico.) *Itáne legimus, imò, vidimus. nam hæc ſub Domitiano geſta, vt in extremo libello indicat, te viuo, atque adeo præſente.*

PAG. 826. Adempto per inquiſitiones & loquendi commercio.) *Malo*, etiam loquendi

Augeat quotidie facilitatem imperii Nerua Traianus.) *An ne*, felicitatem imperii? *tametſi vulgatum quoque aptum ad ſcriptoris mentem.*

Multi fortuitis caſibus.) *Vulgati hîc confuſi, nec ſani. nos ab ingenio reſtituimus; vt pleraque alia in hoc libello, quem non inuenimus in vllis manuſcriptis, etſi germaniſſimum Taciti fœtum.*

PAG. 827. Memoriam prioris ſeruitutis.) *ſorreximus verè: cum in libris eſſet*, prioribus ſenectutis. *niſi quod Venetus*, prioris. *At non de ſenectute ſua Tacitus, ſed de priorum temporum ſeruitute clarè loquitur, & præſentium ſub Nerua felicitate.*

Cn. Iulius Agricola.) *Ad quem pertinere videri Epigramma quoddam Antiphili, probabiliter obſeruauit Io. Brodæus lib.* I. Ἀνθολογ. εἰς θάνατον.

Iulius Græcinus.) *De quo Seneca de benefic. lib.* II. Si exemplo magni animi opus eſt, vtemur Græcini Iulij viri egregij, quem C. Cæſar occidit

ob

ob hoc vnum quod melior vir eſſet, quàm eſſe quemquam tyranno expediret. *Et epiſt.* XXIX. Iulius Græcinus vir egregius. *Scripſit de re Ruſtica, aut cert è de vineis. ex Columella, lib* I. *cap.* I. Iulij Attici velut diſcipulus, duo volumina ſimilium præceptorum de vineis, Iulius Græcinus compoſita facetius & eruditius poſteritati tradenda curauit. *Citat & Plinius eundem inter ſcriptores, Indice libri* XIV. *&* XV.

PAG. 818. Nihil apperere ob iactationem.) *Ita Rhenanus. Venetus,* in iactationem, *alij lib. i particula vtraque vacui. Scribo,* appetere iactatione.

Incenſæ coloniæ.) *Coloniam vnicam deletam reperio Camalodunum. Tacito ipſi id crede, lib.* XIV. *atque hoc ipſo libello, infra. Magis ergo ex rei fide ſcribes,* incenſa colonia.

Mutuam diſſimulationem mali.) *Redundare ſuſpicor τὸ* mali.

PAG. 829. Mox inter Quæſturam ac Tribunatum.) *Venetus voce auctior,* inter Præturam, Quæſturam.

PAG. 830. Habuerunt virtutes ſpatium exemplorum. Sed primò Cerialis.) *Corruptionem facilè videmus, vix medicinam. Fortaſſe,* habuerunt virtutes ſpatiū exemplúmque. Se primò Cerialis, modò labores & diſcrimina, mox & gloriam communicabat. *Sub Ceriale duce, inquit, campus ad virtutem apertus Agricolæ, imò & exemplum. Nam ipſe ſtrenuus, & huic volens, primum ſe conſiliáque cum Agricola diuiſit, mox labores: denique & gloriā. Sententijs quidem eiuſmodi ſine vlla adfectatione acutis & pariter grauibus, refertus hic libellus.*

PAG. 833. Rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus Germanicam originem adſeuerant: Silurum colorati vultus & torti plerumq;

crines.) *Adſpexit imò tranſcripſit in parte hunc ſi- cum Iornandes de origine Gothorum:* Silurum (*ma- in co,* ſylorum) colorati vultus, torto plerique cri- ne & nigro naſcũtur. Calidoniam verò incolenti- bus rutilæ comæ, corpora magna ſed fluida: qui Gallis ſiue Hiſpanis à quibúſque attenduntur adſimiles.

PAG. 814. Fert aurum & argentum & alia me- talla.) *Hunc ipſum locum adducere fortaſſe Iornan- des voluit, & quidem Cornelij noſtri nomine laudat: ſed vt vulgata lectio eſt falsò. Ait:* In extrema eius parte Memma, quam Cornelius etiam Annalium ſcriptor narrat metallis plurimis copioſam, herbis frequentem, & his feraciorem omnibus, quia pe- cora magis quàm homines alat. *Quæ enim iſta Memma? an Mona reponendum? an totus locus re- ſcribendus?* noctem quoque clariorem in extrema eius parte meminit. Quam Cornelius etiam, *&c. Nam priora illa ad Strabonem ablegāda, quem iſ- citat. De Mona quidem, nihil tale tradidit noſter. di- tanti eſt, vide barbarici ſcriptoris ipſum locum.*

Conſiliũ id D. Auguſtus vocabat Tiberius præ- cipuè.) *Valde blãditur mihi correctio,* Tiberius præ- ceptum. *Hoc ſenſu. Abſtinere à Britannia Auguſtus conſilio viſus: Tiberius, præcepto. atque id vterque præ- ſe ferebat. Reſpicit in Auguſto illud, quod Annali pri- mo de eo ſcriptum:* Addideratque conſiliũ coercen- di intrà terminos imperij, incertum metu an per inuidiã. *At hoc Auguſteum conſilium Tiberius,* qui omnia dicta factáque eius vice legis obſeruabat, (*ipſe ita apud Tac. loquitur* IV. *Annal.*) *habebat vt præceptũ, ſiue interdictũ. Cauſſæ porrò ipſæ huius con- ſilij in Strabone ſunt, lib.* IV. *iuſtæ, & ex mente, ni fallor, Auguſti. Ait cum Principem cõtentum fuiſſe amicitiã cum Britannis colere, & tributi loco neſſi-*

*qui-*

Ayuntamiento de Madrid

*quid minutarum rerum accipere:* ὥστε, *addit,* μηδ' ἐν δεῖν φρουρᾶς τῆς νήσου. πλεῖστον γὰρ ἑνὸς τάγματος χρήζοι ἂν, καὶ ἱππικοῦ τινος, ὥστε καὶ φόρους ἀπάγεσθαι παρ' αὐτῶν. εἰς ἴσον δ' ἂν καθίσατο πᾶν τὸ ἀνάλωμα τῇ στρατιᾷ τοῖς προσφερομένοις χρήμασιν. ἀνάγκη γὰρ μειοῦσθαι τὰ τέλη φόρων ἐπιβαλλομένων, ἅμα δὲ καὶ κινδύνους ἀπαντᾶν τινας, βίας ἐπαγομένης.

Pag. 836. Alterius manus centuriones, alterius vim & contumelias miſcere.) *Corrigo,* alterum manus, centuriones: alterum, vim & contumelias miſcere. *Legatus quidem, inquiunt, manus militum & centuriones immittit: procurator vim & contumelias infert. Fortaſſe etiam pro Manus,* minas commodè *legeris: & clauſula alia,* alterum ius, vim, & contumelias.

Qui relegatum in alia inſula exercitum.) *Placet, nec male tamen,* religatum.

Pag. 837. Eadem inertia erga hoſtes) *Poetæ certo illi non fides, qui Bolanum hunc magnum bellatorem facit apud filium, & trophæa eius Britannica oſtendit. Statium dico, in Siluis libro* v. *ad Criſpinum:*

Cernis adhuc titulos, hunc ipſe vacãtibus armis
Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno.

*Atque alia in eodem Protreptico vatum more inflat.*

Pag. 838. Vt quibus bellum volentibus erat.) *Vellem,* vt quibuſque.

Pag. 840. Frumenti & tributorum auctionẽ.) *Legam,* exactionem. *Nisi tamen tributa aucta recenter intellegit, idq́; ea voce ſignat.*

Pag. 842. Copiis inſtruxit, in ſpem magis quàm in formidinem.) *Vel potius,* in ſpeciem magis.

P. 844. At Britanni nõ virtute ſe, ſed occaſione & arte ducis rati.) *Omninò aliquid huic ſententiæ deeſt. Puto cõmodè expleri,* arte ducis victos rati. *Ideò*

*prom*

Ayuntamiento de Madrid

*prompti & feroces, inquit, Britanni, quia ipſi ſæ victi, non tamen vera virtute victos ſe, ſed a abiona & arte Romana putebant.*

Pag. 846. Nihil niſi fluctus & ſaxa: & infeſtio res Romani.) *Alij libri,* inferiores *Meo animo ſan bat,* & iis infeſtiores Romani. *Ad extrema ven tum eſt, aiebat Galgacus, illinc infeſtum mare & ru pes: hinc Romani, illis haud mitiores.*

Pag. 847. Nata ſeruituti mancipia ſemel ve neunt, atque vltrò à dominis aluntur: Britann ſeruitutem ſuam cotidie emit, cotidie paſcit.) *E gregium verò membrum, & qualia multa in pul cherrimo corpore huius orationis quæ, meriti, ſi qui meo ſenſu prudentius, diſertius, argutius eſt in om Romana lingua. Ceterùm huic ſententiæ pla compar, & velut hinc hauſta, illa Salviani libro v. extremo, vbi queritur Romanos tributa barba pendere, quæ munera vocabant:* Dicimus donu eſſe, quod precium eſt, & quidem precium con ditionis duriſsimæ ac miſerrimæ. Omnes qui pe captiui cum ſemel redempti fuerint, liberta potiuntur: nos ſemper redimimur, & numquam liberi ſumus.

Sicut in familia recentiſſimus quiſque ſeruo rum & conſeruis ludibrio eſt.) *Itaque ſerui recen tiores non in magno pretio. Suetonius aliter præfe in Iulio, cap.* XLVII. Seruitia recentiora politior que immenſo pretio comparaſſe dicitur. *ſed ip ſum mendo & interpretes aſtu lacere, ſcribóque:* ſer uitia decentiora.

Nos integri & indomiti & libertatem non i præſentia laturi.) *Romana editio;* & in libertatem non in præſentiam laturi. *ex quo M. Antonius M retus ingenioſè, diductis vocibus litteriſq.,* in liberta tem, nó in p.r ſeruitium nati, *id eſt, ſeruis Roman*

*Ari*

*Ambigo tamen: & malim,* libertatem non in præſenti ablaturi, vel illaturi. *In hoc enim ſententiæ huius penetrantis vis & velut acies eſt, integros adhuc Caledonios eſſe, & libertatem ſine vllo iugo illibatam habere. irent igitur pugnarentque, non vt amiſſam iterum inferrent, ſed tot ſæcula retentam vt nequis auferret.*

Primo ſtatim congreſſu vnde oſtendamus.) *Corrigo vere,* prima ſtatim congreſſione oſtendamus.

PAG. 848. Paucos numero circum.) *Lego,* numeroſos. *& Scipio cohortes, vt notaui ad lib. 1. Hiſtor.*

Clauſos quodammodo ac vinctos alij nobis addiderunt.) *Qui alij? imò verò,* dij, *repone mea fide & iuſſu.*

PAG. 849. Agricola quanquam lætum & vix monitis coercitum militem adhuc ratus: *Vox peſſime excidit,* militem acuendum adhuc ratus, *vel,* incitandum: *ſiue aliud tale.*

PAG. 852. Sequi, vulnerare, capere.) *E Salluſtio ſumpta hæc ſcio.*

Miſcere inuicem conſilia aliqua, dein ſperare.) *Tota hæc periodo ornatum ex oppoſitis quæſiuit. id. eoque ſic legam,* dein ſeparare. *Aliquando, inquit, cum alij, aliquando rurſus ſeorſum deliberabant.*

PAG. 853 Hunc rerum curſum, quamquam nulla verborum iactantia epiſtolis Agricolæ actum.) *Hæſi olim: nunc leui emendatione me expedio,* auctum, *pro* actum, *reſcribens.*

PAG. 855. Peſſimum inimicorũ genus, laudantes.) *Gnome ex ipſis adytis humanæ vitæ, cui Mamertinus interpres, Panegyrico ad Iulianũ:* Cum, *inquit,* tanti Principis merces (*legimus* mores) atque inſtituta falſarum vituperationum licentiam ſubmouerẽt; callido nocendi artificio accuſatoriam diri

Ayuntamiento de Madrid

diritatem laudum titulis peragebant, in omnibus conuenticulis quaſi per beniuolentiam illa iactantes, Iulianus Alemanniam domuit, Iulianus vrbes Galliæ excitauit. &c. *Statimque:* Hæ voces fuerunt ad inflammanda odia probris omnibus potentiores. ſi enim comminiſci aliqua flagitia tentaſſent, facilè ipſo ſplendore laudis & gloriæ refutarentur, inuenerunt accuſandi genus, quod nullus refelleret.

Pag 856. Proconſulatum Aſiæ & Africæ ſortiretur. ) *Non poteſt, vt ſortitus fuerit vtrumque ſimul. nec ferunt Romani mores. Scribo,* Aſiæ aut Africæ.

Pag. 857. Eò laudis excedere.) *Malo,* accedere, *vel potius,* eſcendere. *Sequentia huius comprehenſionis parùm integra cenſeo.*

Pag. 858. Vna adhuc victoria Carus Metius cenſebatur. & intra Albanā villam ſententiis Meſſalini ſtrepebat.) *Veteres editiones,* intra Albanam arcem villam. *Opinor,* villam, *gloſſematium eſſe: & germanum,* Albanam arcem. *Certè Domitianus delectatus eo loco, eumq́; habuit velut arcem. Dionis compendium:* τοῦτο τὸ χωρίον ὑπὸ τῷ ὄρει τῷ Ἀλβανῷ, ἀφ' οὗπερ οὕτως ὠνομάσθη, ὄν, ὥσπερ τινὰ ἀκρόπολιν ἐξείλετο. *At peſtes iſtas hominum, & diſtrictus eius aut accuſatores, Plinius paſſim nominat. etiam Sidonius:* Hi ſunt quorum comparatione digitum tollerent Narciſſus, Aſiaticus, Maſſa, Marcellus, Carus, Parthenius, Licinius. *Iuuenalis:*

——quem Maſſa timet, quem munere palpat
Carus.

Nos Maurici Ruſticiq́; viſus.) *Scriptura apud me fidei fluxæ. Quò enim illud,* viſus? *Nec melius tamen vnde aut potius in ſententiis hac nihil video. Viri iſti mihi notiores. è quibus Mauricus, Iunius eſt Marti-*

Ayuntamiento de Madrid

cus. quo viro nihil firmius, nihil melius, *ait Plinius lib. IIII epiſtolarum. Eum à Domitiano in exſilium pulſum, rediſſe principatu primo Neruæ, docent eædem lib. I. epiſtola. v. At Ruſticum hunc Iunium Ruſticum nominat Suetonius in Domitiano:* Occidit Iunium Ruſticum, quod Pæti Thraſeæ & Heluidij Priſci laudes ediſſet. *Etiam lapis vetus, ſiue inſcriptio baſis:*

L. IVNII. RVSTICI
PHILOSOPHI
STOICI
L. IVNIVS. L. L.
MYRINVS. P. P.

*At noſter Arulenum Ruſticū appellat, initio huius libelli: & Plinius epiſtola v. lib. I. de Regulo:* Ruſtici Aruleni periculum fouerat, exſultauerat morte, adeò vt librum recitaret publicaretque, in quo Ruſticum inſectatur, atque etiam Stoicorum ſimiam appellat. *Vt omninò nomina illi fuerint, L. Iunius Arulenus Ruſticus. Plinius ipſe hūc velut doctorem monitoremq́; habuit, & in laudes eius erumpit epiſtola* XIV. *lib* I. *Etiam Plutarchus, extremo libello De Curioſitate, factum eius plenum conſtantiæ refert. & Antonius epiſtolam inſeruit* I. *De ſua vita. At Senecio, Herennius Senecio eſt, Plinio non ſemel item nominatus. Reus & interfectus fuit, quod De vita Heluidij libros compoſuiſſet, ait Plinius lib.* III. *Sed vos magnæ animæ mihi ſalutate: quos iure miramur, colimus, factis dictiſque ſapientes, & legitimos baſtæ porticus alumnos.*

PAG. 859. Sæuus ille vultus & rubor, à quo ſe contra pudorem muniebat.) *Particulam ſuperfluam puto, & lego,* rubor quo ſe. *Porrò de hoc Domitiani fallaci habitu, Plinius in Panegyrico:* Ita in oculis fæmineus pallor in corpore, in ore im-

pu

pudentia multo rubore ſuffuſa. *Et commonuit, Seneca epiſt.* x i. Quidam nunquam magis, quam cum erubuerint, timendi ſunt, quaſi omnem verecundiam effuderint. Sulla tunc erat violentiſſimus, cum faciem eius ſanguis inuaſerat.

Admiratione te potius temporalibus laudibus, & ſi natura ſuppeditet, militum decoramus.) *Cœnum & lutum, quod non purgo. Putes tentem*: admiratione te potius, te immortalibus laudibus.

# IVSTI LIPSI
# AD DIALOGVM DE CAVSSIS CORRVPTAE ELOQVENTIAE NOTAE.

LIBROS DEL DR. ... MAÑOS

SVPERIORIBVS libris lucem aliquam induſtria noſtra attulit: huic, verè poſſum dicere, ſalutem. Nam cùm deprauatiſsimus vulgo circumferretur, nulla pagina ſine vulnere & vibice: admirabile eſt, quantum à Farneſiano codice (nam Vaticanis aberat) in eo ſanando ſimus adiuti. Multi hiatus expleti, verba & lineæ integræ inſertæ, centeni aliquot loci (Latinè non oratoriè loquor) emendati. Quorum omnium numerum inire aut longum, aut ſuperuacuum

mole

Ayuntamiento de Madrid

moderabor, & in his Notis ea ſaltem tangã quorum vel inſignis correctio eſt, vel ambigua. Reliqua recepta in contextum, ſatis ſit verbo iamnunc prædixiſſe, è Farneſiani libri fide eſſe. At de ſcripto, & ſcriptore ipſo, pauca etiam hic libanda ſunt. Scriptum ſanè optimum, ſtilo, inuentionem, iudicio: & quod in hoc genere (integrum eſſet modò) conferre nihil verear cum iis quæ optimi ſæcli & optimæ notæ. Scriptor tamen ipſe incertus. Ita olim iudicaui: neque etiam muto. Nam Tacitum fuiſſe qui credam? Stilus valide abnuit, non fallax in hoc genere argumentum. qui in noſtro, conſtrictus vbique, teres, acutus, & ſeuerus magis quàm lepidus. hic omnia contrà. At mutari is in ætate aut argumento poteſt, inquiunt. Non nego. ſed nunquam ita, vt abeat prorſus à ſeſe. Quidquid Cicero ſcripſit, ſenex, iuuenis, philologum, philoſophum, in iis tamen lineamenta quædam apparent eiuſdem viri & vultus. Nec aliter fit in omnibus nobis. Aetatem etiam vide, ſi non pugnat. Hic ſcriptor ſermonem hunc habitum inducit ſexto Flauiani imperii annos: eique interfuiſſe ſe *admodum iuuenem*. Quomodo verò tunc admodum iuuenis Tacitus, ſi honores etiam cœpit ſub Veſpaſiano? Id enim de ſe fatetur, & *dignitatem ſuam à Veſpaſiano inchoatam* ait Hiſtoriar. primo. Sed exemplaria omnia Tacito adſerunt. Quæ illa? vix bina aut terna credo ea eſſe in omni Europa. quæ tam facile & pronum eſt hic mentiri, quàm in aliis libris ſæpe. Sed etiam Pomponius Sabinus. Ita enim politiſſimus doctiſsimuſq; Pythœus nos docuit, Notis ad hunc libellum. Is igitur Sabinus mediæ ætatis Grammaticus in Carmen de obitu Mæcenatis; *Cornelius*, inquit, *Tacitus appellat ſcri-*



Ayuntamiento de Madrid

*pta Mæcenatis calamiſtros.* Nec negare certe poſſumus, quin is locus hodiéque in hoc libello. Quid dicam? ſeriò & ingenuè, nihil me credere huic ignobili Sabino, qui ex veteri verbo, ſomniauit fortaſſe quod voluit. Dico me. nam aliis nihil præeo quid ſequantur. Incommodi quid erit, ſi hunc Tacito tribuamus: ſiue M. Fabio Quinctiliano vt mihi olim viſum? Nam & ſtilus ipſe planè non minus: & ille ſe De cauſsis corruptæ eloquentiæ ſcripſiſſe plus vno loco fatetur. quem titulum valdè appoſitum ſcio huic argumento. Præcipuam enim materiem & velut fundum ſcripti, hoc fuiſſe: cui deinde illa quæ ſuperant, & magis euincerent quæ à fine deſunt. Ipſe Maternus hic ad Meſſallam: *Exprime nobis non laudationem antiquorum, ſed cauſſas cur in tantum ab eloquentia eorum receſſerimus.* Aetas tamen Quinctiliani paullò grandior fuiſſe videtur, quàm vt hic ſermo illo iuuene. Itaque ambigo. & cum multa dixerim, claudo tamen omnia & ſigno hoc reſponſo, Mihi non liquere.

Pag. 861. Vt aut de ingeniis noſtris malè exiſtimandum ſit.) *Ita Farneſ. at in Rom. codice* exſtimandum habeam.

Cum ſinguli diuerſas vel eaſdem, ſed probabiles cauſſas adferrent.) *Id verò non probabile, vt in vno ſermone eaſdem cauſſas repetiuerint. Ego verum ea ſupereſſe conjicio.* vel eaſdem.

Pag. 862. Poſtquam accuratius Maternus Curiatium nec recitauerat.) *Fa rneſ.* Curiatius Maternum *Putabam*, curatius. *ſed ſententiam attendenti mihi placet* Curiatius: *quod proprium nomen Materni poetæ fuerit.*

Aper communi eruditione imbutus.) *Malè vulgo,* cum eruditione.

Pag.

PAG. 863. Sedentem ipſum, quem pridie recitauerat librum.) *Rom. copula adiũta, & quem. rectè.*

Quo minus offenſas Catonis tui ames?) *Perſpicue verum. vulgo*, aures.

An ideo librum iſtum apprehendiſti.) *Alij libri*, deprehendiſti. *Ego*, reprehendiſti *propter ſignificationem huius verbi.*

Leges tu quidem ſi volueris, & agnoſces quæ audiſti.) *Scriptus liber longè aliter*, Leges quid Maternus ſibi debuerit, & agnoſces, *&c.*

Omiſsis orationum & cauſarum ſtudiis.) *Omninò ſcribendum coniectio*, cauſſarum ſtudiis,

Et ego cui deſidiam aduocationum obiicis.) *Præclarè meus liber. Anteà corruptè & mutilatè*, cui deſidiam aduocamur, cottidianum: *&c.*

Defendendæ aduerſus te poeticæ.) *Bene quoque hoc liber. Alij*, defendens aduerſus te poeticè.

PAG 864. Gratiæ præualere.) *Typographus errauit. ſcribe*, gratia.

Et ego enim quatenus arbitrium litis huius inuenire non patiar.) *Totum locum P. Pythæus legit*, quatinus arbitrium litis huius inueni, non patiar Maternum ſocietate plurium defendi. *hoc ſenſu, Quando te, Secunde, huius litis arbitrum nactus ſum. Quod rectum omnino ijs quibus mens non cu*[illegible]*ua.*

Maternum ſolicitè plurimum defendi.) *Farneſ.* ſocietate plurium.

Ipſum ſolum apud eos arguam.) *M*[illegible]*o*, apud vos.

Conſilia, facta noſtra) *Rom. liber*, factáque noſtra.

PAG. 865 Cuius vis & vtilitas reb. prope ſluen-



Ayuntamiento de Madrid

tibus.) *Pythœus rectè legit. & diſtinguit*, rebus probè (*nec male*, *ſi*, proſperè) fluentibus aliorum præſidio & tutela intelligitur.

Sin proprium periculum increpuit.) *Alij libri*, periculum increpat. *Sed hoc Farneſianum planiſsimè verum eſt. Cicero in Catilinaria*: Quidquid increpuerit, Catilinam timeri. *Liuius*: Vnde ſi quid increpet terroris.

Cui p... i minimè contradicturum Maternum meum arbitrer.) *Ita vetus, non tamen malè vulgat*, cùm præſertim minimè contradicturum.

Orbos & locupletes & potentes) *Auxi e libro ſcripto*.

PAG. 866. Totius orbis gratia ſubnixos.) *Pythœus*, totius vrbis. *probè*.

Oculis expoſita percenſeo.) *Bene ita liber. Antea parua cenſeo, cum pernicie totius ſententiæ*.

PAG. 867. Tum abire quod ſi non in alio oritur, nec in codicillis da ur.) *Corruptio clara, nec medicina hic à libro Pythœus tentat*, Tum habere, quod non in albo oritur. *quod capio haud ſatis. An ne in albo voluit dicere? & Prætorum ius formulaſq. intellexit? Fortaſſe etiam*, quod ſcilicet (*ita enim illud*, ſi, *diducam & extendam*) non in atrio oritur. *Præceſſerat enim de plena & ſplendenti domo, concurſu ſalutantum. Rodolphi lectionem ſiue coniecturam eſt non omitto, qui in prioribus verbis legit*: tum ſuprà me abire.

Quibus morum indoles eſt & bona ſpes ſui.) *Rom. editio*, quibus maior indoles.

Non minus eſſe in extremis partibus terrarum, quàm Capuæ) *Vox deeſt quam à me repono*: non minus eſſe notos in extremis.

Nec hoc illis alterius ter millies HS præſtat, quanquam.) *In morbo locus & defectus. Scribas & diſt.n*

*diſtinguas*: nec hoc illis alterius ter millies, alterius bis millies H-S. præſtat (quanquam ad has ipſas opes poſſunt videri eloquentiæ beneficio perueniſſe) ſed ipſa eloquentia, cuius numen, *&c. Quæ addidi, ſatis mihi certa ſunt. numero tantùm excepto, nam certè vtriuſque opes exprimere propoſitum habuit. Rodolphus ſcribebat*, nec hoc illis vtriuſque ter millies H-S. *quod amplectar, ſi è libris.*

Sed hæc, vt ſuprà dixi, proxima) *Totam periodum ſcripſi, vt in Farneſiano concepta. Non diſpliceat tamen è vulgatis libris*, propria, *pro*, proxima.

PAG. 868. Quo notabilior paupertas & anguſtia rerum naſcentes eos circumſteterunt.) *Rom. editio*, anguſtia exceptum. ex *quo Rodolphus*, anguſtia parentum *ego*, anguſtiæ rerum.

Potentiſsimi ſunt ciuitatis.) *Rodolphus*, potentiſsimi in iudiciis.

Imagines ac tituli & ſtatuæ.) *Præclarè liber. Vulgò erat*, imagines Attali & ſtatuæ. *quis ingenio ſuo duce repperiſſet?*

Cui bono eſt, ſi apud te.) *Optimè quoque liber. Anteà*, crebrò etſi apud te.

PAG. 869. Beatiſsimus recitationum eius euentus ſequatur.) *Scribe* recitationem.

Seipſum colere, ſuum Genium propitiare.) *Auxi è libro, & partim correxi Nam in illo erat*, ſuum ingenium propitiare. *pro quo ſenſus ipſe facilè ſuggeſsit* Genium.

PAG. 870. In totam vrbem penetrat? nedum vt per tot prouincias.) *Reſtitui, cum in ſcripto eſſet*, penetrat medium: *in vulgatis*, metrum.

PAG. 871. Tibi Nicoſtrati robur ac vires dij dediſſent.) *De quo Quinctilianus lib. II. cap. IX.* At ſi fuerit qui docebitur, ille, quem adoleſcentes ſenem vidimus, Nicoſtratus: omnibus in eo do-



Ayuntamiento de Madrid

cendi partibus ſimiliter vtetur, efficiétque il om qualis hic fuit, luctando pugnandóque (quo vtroque certamine iiſdem diebus coronabatur) inuictum. *Quod ipſum ſuadet de Quinctiliano libelli huius auctore. Ac de Nicoſtrato palæſtrita, etiam Pauſanias in Eliacis*

Sentio quid reſponderi poſſit, *hinc ingentis ex his aſſenſus) *Deeſt. Iam odorer. & aſteriſcum poni velim, qua parte nunc addidi.*

PAG. 872. Hodie ſiquid in nobis.) *Rom. addit copulam,* & hodie. *rectè.*

Nam ſtatum cuiuſque ac ſecuritatem melius innocentia tueor.) *Mylo,* ſtatum hucuſque. *De ſe loquitur: & reſpondet illi parti Apriue orationis, qui eloquentiam telum eſſe voluit ad pericula omnia propulſanda.*

Lucroſæ huius & ſanguinantis eloquentiæ vſus.) *Fortaſſe*, & ſaginantis. *vt ad commodum lucrúmque hæc tantùm referat. Nam Sanguinare probum quidem verbum: ſed non aliud quàm ſanguinem emittere. Artus ſanguinantes, Vulnera ſanguinantia, in Quinctiliani Declamationibus mihi lecta. Quæ ſignificatio parum hîc apta: ſi ad accuſationes & ſanguiſugam illam eloquentiam reſpexit.*

PAG. 873. Nec vllis aut gloria maior, aut auguſtior honor.) *E veſtigiis ſcripturæ priſcæ reſtitui. Nam Farneſianus:* aut gloria more *Vulgati planè turbant.*

Medea Ouidij, aut Varij Thyeſtes) *Deeſt antiquo illud,* aut Varij.

Quod cum cotidie aliquid rogentur, hi quibus præſtant, Indignantur?) *Ineptè & falsò. Negationem addo,* hi quibus non præſtant. *Etſi abeſſe alterum membrum ſentio periodo plena.*



Ayuntamiento de Madrid

PAG. 874. Vipſanius Meſſalla cubiculum ingreſſus. *Legebatur antea,* Vrbanus Meſſalla. *At vetus.* Vibanius, *è quo genuinum reddere viro celebri gentile nomen.*

Ingenium alunt & eruditionem & litterarum.) *Placet cum Rodolpho,* ingenium alunt, & eruditionis & litterarum.

PAG. 875. Neminem hodie oratorem eſſe contenderes. Antiquis eò credo audacius.) *Expreſſi ſcripturam veterem, qua tamen vſa ſunt eſſe mutila, & ſcribendum:* contenderes parem antiquis. eò credo audacius. *Aut ſi inſeri vocem diſplicet:* contenderes. Atque id eò credo aud.

PAG. 876. Longius abſit Æſchine & Demoſthene Sacerdos iſte Nicetes.) *Ita emendaui vere & ὀρθῶς, cum in libris eſſet,* ſacerdos iſte enitet. *Nicetes Sacerdos declamator nobilis eo æuo. Plinius lib. VI. epiſtolarum audiſſe eum fatetur:* Erat non ſtudioſorum tantum verum etiam ſtudiorum amantiſſimus, ac prope quotidie ad audiendos quos tunc ego frequentabam Quinctilianum & Sacerdotem Nicetem ventitabat. *Extat Philoſtrati Lemnij de hoc Nicete in Vita Sophiſtarum elogium, quod Pythæus nos monuit, ipſe monitus à Neuelero. Nominat & Seneca pater lib. IX. Controuerſ.* I I Nec Iulio nec alij contigiſſe ſuo (*ſcribam*, ne Vibio nec alij contigiſſe ſcio) quàm apud Græcos Nicetæ, apud Romanos Latroni, vt à diſcipulis non audiri deſiderarent. *Et eodem libro, Controuerſia vltima:* Nicetes egregiè dixit in eodem loco.

Non ſolùm anno quo nos, ſed ferè eodem menſe.) *Imò ex analogia, inquit Pythæus,* non ſolum menſe quo nos, ſed ferè eodem die. *Ego non mutem.*

P. 877. Septimo Idus Decembris.) *In Farneſiano*



Ayuntamiento de Madrid

*tantum erat*, Septimo Idus *ſpatio tamen alteri voci relicto, quam non temerè ex hiſtoria addidi.*

PAG 878. Superfluens & parum antiquus videretur) *Legam*, parum Atticus. *quod Ciceroni obiectum etiam viuo: & (cur negemus?) in quibuſdam eius ſcriptis verè.*

PAG. 879. Brutum autem otioſum atque diſiũctum.) *Fortaſſe*, odioſum: *id eſt, affectatione quadã & aſperitate dictionis moleſtum. Nam ex reliquis epiſtolæ vnius aut alterius, nihil minus quàm otioſus Brutus, acer vbique & intentus. Diſiunctum autem accipio, quo ſenſu Senecam dixere Arenam ſine calce, nec muto.*

Ad Caſſium Seuerum. *Probum cenſeo. Verus tamen*, Caſſium quem reum faciunt.

PAG 880. Mille argumentorum gradus.) *Rom. editio*, argumentorum genera.

Cum vix in cortina quiſquam adſiſtat. *Non aliud ceperim, quàm ſubſelliorum iuxta tribunal locum. in quo non aduocati ſolum, ſed ſcribæ, præcones, atque id genus operæ forenſes conſiſtebant. Seuerus in Ætna pro theatri incurua parte dixiſſe videtur:*

—magni cortina theatri.

PAG. 881. Turpionis Ambiuij.) *Malè diſiungunt libri*, Turpionis aut Ambiuij. *Eundem enim hominem fuiſſe Terentianæ epigraphe, & Cicero De Senectute docent. Symmachus nominat lib. I. epiſt.* XXV. (*primam editionem eruditi fureri ſequor.*) Eapropter in comœdiis ſummatem quidem gloriam ſcriptores tulerunt: Roſcio tamen atque Ambiuio cæteriſque actoribus fama non defuit. *Idem lib. X. epiſt.* II. Non idem honor in pronunciandis fabulis P. Pollioni quàm Bauio fuit, neque ſui Æſopo Etruſco fama proceſſit. *quæ verba ſi*

mut

Ayuntamiento de Madrid

*mel vt legi, emendata à me*, qui Ambiuio fuit, neque par Æſopo & Ruſcio (*ſiue* Roſcio) fama.

PAG. 882. Nec vnum de populo Canuti aut Aridæ Furnio & Toranio, quique alios in eodem valetudinario) *Liber vetus*, nec vnum de populo Ganuti aut Arti de Furnio & Coranio alios in eodem valetudinario. *Mihi nulla mens aut manus, qua medear huic plagæ.*

Calui in Aſitium. (*An ne*, Aſinium.

Nempe hæ placent, ſiue in vniuerſa parte factum.) *Mendoſus & iſta liber ſcriptus*, ſiue vniuerſa parte ferum. *Valde placeat lectio quam Fr. Modius mihi adnotauit*, hæ placent, ſi non vniuerſæ, per partes tamen.

PAG. 883. Ceteros eiuſdem lentitudinis ac teporis libros legit. *Vera noſtra coniectura, cum eſſet*, ac temporis. *niſi placet magis*, ac tenoris. *De tepore adfirmat, quod pari metaphora de Cicerone mox ſcribit*, tardè commouetur, tardò incaleſcit. *Agnoſco idem virg in Plinij loco, l b v. epiſtola* vi. Cælum eſt hieme frigidum & gelidum: myrtos, oleas, quæq; alia æſtiuo tempore lætantur, aſpernatur ac reſpuit *Scriba*, æſtiuo tepore.

Viderimus inquam iudicio eius.) *Lego*, Viderimus inquam an iudicio e. v. a. a. ingenij ſuffecerit.

PAG. 884. Pauci ſenſus opt & cum quodam lumine terminatur.) *Vetus*, ſeniss opter cū. *Rom. editio* ſenſus opacur. *Forte*, opacius & cum q. l. terminantur. *vt ad picturam reſpectus ſit, in qua lumen nos delectat ſed cum quadam vmbra.*

Nihil excerpere, nihil referre poſſis.) *Perſpicua libri bonitas. Aliàs*, nihil ex tépore referre poſſis.

Locupletem ac laudatum patremfamiliæ.) *Ego non dubitem ſcribere*, ac lautum.

T 5

Ayuntamiento de Madrid

Vt ſumere in manus, vt aſpicere ſæpius liceat.) *Rodolphus benè*, libeat.

Nam & hoc inuitus retuli *Rom. codex*, inuitatus. *non malè, quia tacitè ſitum ſignificat ſeſe, ad hæc promenda, ab Meſſalla.*

Hi qui ſe antiquos oratores vocabant.) *Scribe*, vocant.

PAG. 885. Adeò mæſti & inculti illamipſam, &c.) *Rodolphus hæc legit*, inculti, vt illamipſam quam iactant ſanitatem, non infirmitate ſed ieiunio conſequantur.

Sententiarum planitas.) *Neſcio an*, ſanitas.

PAG 886. More veteri & aliis veſtris philoſophis) *Ex veteri lego*, aliàs à veſtris.

Nominis controuerſiam mouit, &c. *Hæc ſegmaſte vulgò inuſta. nos demũ ſinus & eluimus, adiuti à libro.*

Si comminus fatetur plures formas dicendi.) *Pythæus*, ſi communius fatetur.

PAG. 887. Cœlius & Brutus ſic iure.) *Lego*, ſuo iure. *Liber tamen ſcriptus*, ſic verè.

Vt ſi omnium libros pariter in manus ſumpſeris, quamuis in diuerſis ingeniis eſſe quandam iudicij ac voluntatis ſimilitudinem & cognationem. *Monere me in prima editione aliquid de hoc loco fugit qui non diffi ilu aliàs emendatu & expeditu, ex libro ſcripto. Nam in vocu lam inſerit*, ſumpſeris ſciam quamuis, &c. *Lego*: in manus ſumpſeris, ſcias quamuis in d. i. e. q. i. ac voluntatis ſimilitudinem & cognationem.

PAG. 888. Plerique temporum noſtrorum actores.) *Optime vetus. Erat antea*, plerique ipſorum noſtrorum.

Oratores noſtri tenerè dicere.) *Audacter repoſui, etſi à coniectura. Nam liber omnibus eſt*, temerè.

*Plinius*

Ayuntamiento de Madrid

*Plinius illuſtrat correctionem hanc ſatis & firmat lib.* II *epiſt.* XIV Pudet referre, quæ, quàm fracta pronunciatione, dicantur: quibus, quam teneris clamoribus excipiãtur. Plauſus tantum, ac potius ſola cymbala & tympana, illis cantibus deſunt.

Studio feriendi plerumque deiectus, non pugnat ſed rixatur. *Rom. codex.* derectus, *optimè.*

Aliud nouum agmen produceret.) *Idem liber,* aliud nobis agmen.

PAG. 889. Sed planè poſt Gabinianũ.) *Nihil hîc video, nihil capio: niſi ſi prouerbij ignotio ù formula aliqua ſit.*

Paullo antè planè mitiore eloquentia & temporum noſtrorum miratus.) *Quidam liber,* paullo antè dixiſti, planè mitiore. *Sed hæc & ſequentia tamen in mendo.*

Non ſum, inquit, offenſus Aprina diſputatione.) *Commodè videmur ita feciſſe, cùm libri præferrent,* à prima diſputatione.

Perge, inquit Maternus, de antiquis loquaris, vtere antiqua libertate.) *Scribe è ſcripto:* inquit Maternus, & cùm de antiquis loquaris, vtere.

Huic Apro ignotas, & iam mihi partes adſignatis.) *E veſtigiis priſcis,* etiamſi mihi. *Nam in ſcripto eſt,* etenim iam ſi mihi.

PAG. 890 Ac non ſtudia ſolùm moréſque.) *Vetus Farneſ.* ſtudia modò curáſque: *aptius ad ſequentia.*

PAG. 891. Neque modeſtiæ paruulos aſſuefaciunt, ſed laſciuiæ & libertati.) *Vetus:* laſciuiæ & dicacitati.

Quam nullam apud maiores auctoritatem habuerit, ſtatim de * curiis Referam neceſſe eſt.) *Ita & vetus, ſuſpicabar,* ſtatim decurſis his ἐπιτακτικῶς, *dicam videlicet aut promam. Sed placet magis Rodolphi ſcriptio,* ſtatim docuero. *Pythæus edidit.* ſtatim

audieris: *neſcio an e libro.*

PAG. 892. Qui ſcit quid ira: promptius ad miſericordiam, &c. *Ita ſcripſi & diſtinxi, turbantibus libris.*

PAG 893. Mutuabimur aliquid à Peripateticis, hi aptos & in omnem diſputationem paratos iam locos dabunt, Academici pugnacitatem.) *Valdè mihi placeat cum Rodolpho hæc omnia ſcribi & diſtingui.* à Peripateticis aptos & in o.d.p. iam locos dabunt Academici. Stoici, pugnacitatem, Plato altitudinem, *&c.*

PAG. 894. Eum qui non quaſdam artes audire.) *Malo,* artes adire.

PAG 896. Sed longè magis facultate eloquentiam contineri.) *Rodolphus appoſitè inſerit,* facultate & meditatione eloquentiam.

Quæ propriæ circa Oratoriam videntur.) *Rodolphus*, propriæ eſſe oratorum videntur. *ſed ab ingenio, vt ſolet, non à libris. Ego inſigni metaphora locum ornem:* propriæ Circo oratorio videntur. *Quia de exercitationibus loquitur, eleganter Circum adiungit, qui pugnis & exercitiis deſtinatur.*

Huius omnibus dictionibus intereſſe, &c.) *Verſus hos aliquot inſerui à Farneſiano libro, magno libelli huius bono. Alij enim omnes hi: mutili.*

PAG. 897 Habebántque ipſius populi diuerſiſſimarum aurium copiam.) *Rodolphus copula adiecta*, populi & diuerſiſſimarum *Credo fuiſſe.* populici diuerſiſſimarum. *quæ nota ſignificat*, id eſt.

Æmuli ferro non ſudibus dimicantes.) *Manifeſtò*, rudibus. *Nam hæc à gladiatoribus ſumpta.*

Vt nec benè dicta diſſimularentur.) *Rodolphus auctius:* nec malè nec benè. *ſententia quidem valdè fauente.*



Ayuntamiento de Madrid

PAG. 898. Solus ſtatim & vnus cuicumque cauſſæ par erat. ) *Ita vetus. Non malè etiam vulgò,* ſtatim vnicuique cauſſæ.

Deducuntur in ſcenas ſcolaſticorum ) *Diuinabam olim,* ſcholas. *malè Nam appoſitè S. enas appellat, loca in quibus fucata illa & perſonata eloquentia exercetur, velut per luſum.*

Ex iis ſuaſoriæ quidem.) *Hi quoque lineas aliquot adiecimus, bonam copiam, mihi faciente libro. Nam alias, turpiter hæc hiabant.*

PAG 899. Vitiatarum electiones. ) *Rectè. reſpicit ad legem Scholaſticam quæ raptarum dicitur. Rapta raptoris nuptias vel mortem optet. Doctiſſimus Pythæus.*

Cum ad veros iudices ventum. ) *Magna verè hic lacuna, de qua vulgò nec ſuſpicantur. At liber vetus præfert, & ſpatio grandi interpoſito vſque ad ea verba,* rem cogitare, *adiicit,* Hic multum deficit. *Et clarum: quia ſermo ſequens non iam Meſſallæ amplius, ſed Materni.*

Hinc conciones magiſtratuum.) *A libro eſt. quam ridicule autem alij*, conciones migrantium? *quod à conciſa illa ratione ſcribendi natum.*

Plus notitiæ ac nominis probabat.) *Melius,* parabat.

PAG 900. Cum teſtimonia quoque in publicis non abſentes. *Rodolphus:* in publicis iudiciis non abſentes. *inſitione valdè quidem apta.*

PAG. 901. Eò acrior qui pugnas ſibi aſperas deſumpſerit,) *Verus,* acrior per pugnas. *Aliquid hic vlceris.*

In ore hominum agit ) *Emendaui etiam in Hiſtoriis & produxi hanc dictionem. Vulgò,* more.

Quorum ea natura eſt, vt ſecura nolint.) *Clauſula addita Rodolphus* : vt dubia laudent, ſecura nolint,

Ayuntamiento de Madrid

nolint, *quod qui neget aptum ad ſenſum eſſe, ipſe ſine ſenſu.*

Quæ etſi nunc aptior eſt, ita erit eloquentia.) *Nobis corrupta hæc videbatur aut mutila. Rodolphus autem concinnat:* et ſi nunc aptior eſt veritati, eloquentiã tamẽ. *acutè ſi ab ingenio, fœliciter ſi à libro.*

Primus tertio conſulatu Cn. Pompeius.) *Addit etiam Rodolphus*, primus huius rei ſpatia tertio, *&c. nec hæc talia ſanè ab ingenij fonte videntur. Ego ex eo ſcribam* primus huiuſce ſpatia. *Sanè etiam poſt in hac translatione perſiſtit:* Quomodo nobiles equos curſus & ſpatia probant nec eſt aliquis oratorum campus, *&c.*

Orationibus Aſinij, quæ pro heredib. Vrbiniæ.) *Quinctilianus me duxit ad emendationem, quem vide lib. 4. cap. 1. Nam Aſinium diſertum pro heredibus Vrbiniæ laudat. In tritis libris erat*, Iꝛoniæ: *in veteri*, Vriniæ.

PAG. 904. Quem enim oratorem Lacedæmonium) *Miratur hoc idem Velleius lib. 1. in extremo: nec cauſſam dicit, quam veram ibi habes.*

Nulla in Senatu concordia.) *Sequentia verba pluſcula addititiaue à libro.*

PAG. 905. Non emendare, nec vſquam ad votum compoſitæ.) *Si nihil hic deeſt, ſcribam:* non emendatæ, nec vſque ad *Sequentia etiam in libro Farneſ. argumentum eſt.* Quis enim nos.

Melius fuiſſet non quæri, quàm iudicari.) *Lego*, vindicari.

Cum optimi citò conſentiant?) *Lego*, cum in optima. *Rodolphus autem*, cum optima citò conſentiantur.) *A fine autem libelli, vt cuivis videre eſt, multa deſunt, atque adeò præcipua diſſentionis pars. Sed mihi, cum Deo, propenſa hic & finis, cui gratia & gloria in æternum.*

FINIS.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid